Fmsdẽ scię est cõsyderare formã, & materiã vsq; ad aliquid.

Vtrum igitur eiusdem, aut alterius vtrãq; cognoscere? Ad Antiquos enim aspicienti videbitur utiq; esse materię. ad exiguã enim partem quãdam Empedocles, et Democritus formã, & quod quid erat esse tetigerũt. si autem ars imitatur naturam: eiusdem autem est scientiæ cognoscere formã, & materiam vsq; ad aliquid vt Medici sanitatem, & choleram, & phlegma, in quibus est sanitas: similiter autem & Aedificatoris formã domus, & materiam, lateres scilicet, & ligna: similiter autem & in alijs: & Physicę vtiq; erit cognoscere vtrasq; naturas.

Quoniam, si tu posueris tuam consyderationem fm q̃ Antiqui fecerũt, videbis q̃ pserutatio est de materia. Empedocles enim, & Democritus incœperunt de forma, & q̃ditate modicum. &, si ars sequitur naturam: & scire formã, & materiã vsq; ad aliquem locũ est vnius scięt̃ę. v.g. qm̃ Medicus habet scire sanitatẽ, & colerã, & phlegma: & similiter Aedificator habet scire quiditatẽ domus, & materiã eius, quæ est lateres, & ligna: & silr de alijs artificijs: necesse est vt scientia naturalis notificet has duas naturas.

22 Et, cũ homo cõsyderauit in hoc ex testimonio Antiquor, & fuerit sustentatus in modo consyderationis eorum de entibus, necesse est vt maxima cõsyderatio istius scię sit de materia, maxime enim core, de quibus Antiqui reddiderunt causas de rebus naturalibus, fm materiã sunt. Empedocles vero, & Democritus inter eos reddiderunt causas quarũdam rerũ fm formam in paucis rebus: nõ enim peeperunt formã vltimã. & ideo dixit incœperunt de forma. t. dederunt causas rerũ fm formã. cum aũt hõ cõsyderauerit in hoc fm q̃ vna ars consyderat de forma, & cõsyderat de illis vsq; ad aliquem terminum: & ars assimilatur naturæ in hoc: & consyderatio naturalis debet comunire actuum naturæ, adeo, q̃ illud, quod est notum apud ipsum, sit illud, quod est notum apud naturã, quæ est artifex rerum naturalium: manifestum est q̃ vnius scientiæ est scire has duas naturas. D.d. & scire formam, & materiã, & c.t. & scięt̃ia de forma, & de materia est in eadem arte: sed eadem ars non peruenit ad vltimam materiam, sed ad aliquem locum terminatum, & est propria formæ, s. p. punqua ei, v.g. qm̃ scientia medicinæ est sanitatem, & peruenit de scientia materiæ finitatis ad materiã propinquam sanitati, & est cholerica, & phlegmatica. & similiter ædificatoris est domũ, et est materiam, ppinquã illi. D.d. oportet igitur Naturalem, & c.t. non debes intelligere q̃ debet scire formã simpliciter, et materiã ad aliquẽ termuum: sicut accidit hoc in aliquibus artificijs aliꝰ: qm̃ hoc accidit artifici, quia sunt rerũ particularium. si aũt est hic aliqua ars cõs oĩbus artificijs, necesse est ut ista ars puenat ad vltima subiecta earũ: quẽadmodum, si est hic scientia naturalis cõs oĩbus naturalibus, necesse est ipsam puenire ad subiectũ vltimũ entium naturalium, & formam earum vltimam. Aut cẽna aũt dicit q̃ Naturalis nõ loquitur nisi de materia ppinqua unicuiq; entiũ: de prima aũt nõ cõsyderat nisi primumus Philosophus. Et peccauit, cum. n. audiuit in Posterioribus q̃ nullus artifex demõstrat causas sui subiecti, de quo cõsyderat: qm̃, si demõstraret eas per res priores illis causis, tunc erit de genere suppon. quare illa declaratio erit de alia arte superiori, quæ consyderat de genere continente subiectum illius artis. &, cũ hoc audiuit, existimauit hoc esse impossibile in tribus modis demonstrationũ, s. in demõstratione simpli, & demonstratione qa, & demõstratione pp quid. Et nõ est ita. hoc enim non est impossibile, nisi in demonstratione simpli, & demonstratione pp qd. in demõstratione aũt qa, nõ est impossibile: sicut fecit Aristo. in demonstratione primæ materiæ, & primi motoris in hoc libro: quæ, si fuerit de accidẽtibus, ppriis entis, erit demõstratio Naturalis: &, si fuerit de accidẽtibus, ppriis entis simpliciter, erit demonstratio Metaphylica. & ideo p̃ Materia nõ põt declarari esse, ppriæ nisi p signũ naturale primus aũt Motor impossibile est vt declarari ẽ nisi p signũ naturale. Vta aũt, qua processit Auicẽ. in probando primũ p̃m, est vta loquentium: et semper inuenimus quasi medius inter Peripateticos, & Loquentes. Cum autem causæ subiecti artis habuerint causas priores, tunc demonstratio illarum cautarum erit per demonstrationem simpli in arte cõtinente illam artẽ. & erit etiam per signa in illa arte: et hoc totum erit, qm̃ causæ subiecti artis latuerint.

Insuper eiusdem est id cuius gratia, & finem, & quæcunq; sunt horum gratia. natura autem finis est, & id, cuius causa. quoniã. n. contiunomotu exñte, est aliquis finis ipsius

motus,hic vltimū eſt,& id,cuius cauſa. quocirca et Poeta deriſorie adductus ē vt diceret. Habet finem,cuius quidem cauſa factus eſt. uult enim non omne vltimum eſſe finē, ſed optimum.

Defende Homerū ex t. 2. 2. meta. Finis hēt rōnē optimi vide infra t.cō. & 2. met. t.c.3. & 5. meta.t.c.3.

Et etiam illud,ꝓpter quod eſt illud,quod eſt. & finis intenta, et quod eſt cauſa iſtius, ē vnius ſcientiæ. natura aūt eſt finis, et ꝓpter quid eſt quod eſt. quod.n. de rebus hñtibus motū cōtinuū hēt aliquē finē, ille finis eſt vltimū eius, & pp quod eſt. & ideo ſermo Verificatoris, cū dixit ipſum ire ad mortē, & eſt illud, ꝓpter quod fuit, eſt deriſibilis. nō enim oē vltimum eſt finis, ſed vltimū nobilius.

23 Hæc eſt alia rōcinatio, qua declarat ꝙ Naturalis cōſyderat de natura, quæ eſt forma, & de materia inſimul. & compoſitio iſtius ſermonis eſt ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt, ꝙ omne, pp quid eſt aliquid cum illo, eſt vnius ſcientię: ſecūda aūt ꝙ natura, quę eſt forma, eſt illud, propter quod ſunt aliæ res, quę ſunt ſubiectæ ei. & concludit ex hoc ꝙ ſcire naturā, & res ſubiectas naturæ eſt vnius ſcientiæ: ſed tacuit concluſionem, quia eſt manifeſta. D.d. quod eni de rebus, &c. hæc eſt propoſitio maior alterius ſyllogiſmi, quo declarat maiorem propoſitionem, dicētem ꝙ natura eſt finis, & componitur ſic. Natura eſt illud, apud quod ceſſant motus rerum generatarum, & vltimum ſuorum motuum, & omne ex rebus habentibus motum continuum, & habētibus finem, finis eſt vltimum illius motus: ergo natura eſt finis in generatione. Sed eſt ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura, & Ariſt. vtitur hoc, qñ maior ꝓpoſitio cōuertitur vſr, & qñ hoc eſt manifeſtum per ſe: qñ tunc cōpoſitio erit quaſi in prima figura. Et ideo notificauit qñ conuertitur iſta ꝓpoſitio, & qñ non, ſ. ꝙ oē, quod eſt vltimum motuū cōtinuorum eſt finis, & dixit & ideo ſermo Verificatoris, &c.1. & non cōuertitur ita, ꝙ oē, quod eſt vltimum motuum ſit finis: niſi dicamus vltimum nobile, nō vltimū prouenīens ex neceſſitate materię, vt mors. et, cum Verificator exiſtimauit hoc cōuerti, ſ. ꝙ omne, quod eſt vltimū, eſt finis, ideo ſermo eius fuit deriſibilis. quod igitur conuertitur eſt ꝙ omne vltimū nobilius priori eſt finis: & vltimū, quod eſt in motu generationis rerum eſt nobilius prioribus: ergo eſt finis. Et ſyllogiſmus componitur ſic in prima figura. Natura eſt vltimum motuum generationis, ſ. eſt nobilius præcedentibus: & oē, quod eſt tale eſt finis: ergo natura eſt finis. & mors, quæ eſt vltimum, diſtinguitur ab vltimo, quod eſt finis in hoc: qm̄ vltimū, qđ eſt finis, eſt ꝑ̄ qs, ad quā veniūt generata: mors āt eſt poſt illud vltimū, quod ē finis: ergo primū vltimū, ad quod peruenit motus generationis, eſt finis.

Ariſto. qñ ꝙ [illegible]

Quoniam & faciunt artes materiam, aliæ quidem ſimpliciter, aliæ vero operi accōmodam. et vtimur, tāquam propter nos, omnibus, quę ſunt. ſumus enim quodammodo et nos finis. dupliciter enim eſt id, cuius cauſa. dictum eſt aūt in ijs, qui de Philoſophia.

Nos ſumus quodammodo finis omnium.

Et ēt artes faciunt materiā, quędā ſimpl'r, et quędā ſm ꝑ̄parationem, vt ſit apta in operatione. nos autem vtimur illis, ſm ꝙ omnes ſunt propter nos. nos enim ipſi etiam ſumus finis quodammodo. illud enim, quod eſt ꝓpter quid, dr̄ duobus modis. et hoc dictum eſt in noſtris ſermonibus de Philoſophia.

24 Hæc eſt ratiocinatio, qua declarat ꝙ oportet naturalem cōſyderare de materia, & intendit ꝙ artes operatiuę hñt ſolicitudinē circa materiā, quædā, quia faciunt illam, ſicut faciūt formam, vt ars Ædificatoria: qm̄, ſicut facit domum, quæ eſt forma, ita facit lateres, quæ ſunt materia domus. quędā aūt, quia ꝑ̄parant materiā ad recipiendū formā, vt ars Nauificatiua: qm̄ cū hoc ꝙ facit formā nauis, ꝑ̄parat ligna ad recipiēdā formā nauis, &c. qa ſcia in ente naturali ē ſil'is operationi in rebus artificialib⁹, neceſſe ē, ſi opatio artiū pēdet de materia, aut ſm ꝙ faciunt illā, aut ſm ꝙ ꝑ̄parāt illā, vt cōſyderatio ſciæ naturalis pēdeat de materia cum hoc, ꝙ cōſyderat de forma. ſed tacuit cōſequens, qa intelligit ex hoc, quod dixit Et ēt artes, &c.1. & qa oēs artes faciunt materiam, aut ſimpliciter, aut ſm ꝑ̄parationē, neceſſe eſt vt Naturalis cōſyderet de materia. ſcia.n. hæc eſt ſil'is operationi illi. D.d. nos autē vtimur, &c.1. & ideo, quia nos ſumus finis oīum rerū factarū ab artibus quodāmo, iō vtimur omnibus. Et intendebat ꝙ finis dr̄ duobus modis, aut ſicut dicimus, ꝙ forma eſt finis materiæ, & illud, ad quod peruenit res, eſt finis rei, aut ſicut dicimus, ꝙ illud, cui⁹ eſt res, eſt finis rei: & ſm hoc dicimus, ꝙ homo eſt finis rerum creatarū propter ipſum. Et, cum notificauit ꝙ illud, quod eſt ante finē ſm primū modum, eſt notū cum fine, declarauit ꝙ ita eſt in ſecundo modo, & ꝙ eadem eſt cauſa in hoc.

Pro hoc vide cōmē. 37. 2. de aia.

Duę igitur * ſunt artes, quæ dominantur ipſi materię, et quę ſunt cognoſcētes, ea, quę vtitur, et Factiua, quę Architectonica eſt. quapropter et quæ vtitur Architectonica quodāmodo eſt. differt autem, quatenus hęc qdē, q̄ formā cognoſcit, Architectonica ē, alia autē vt effectrix materię. gubernator.n. qualis ſit forma aliqua temonis cognoſcit, et pręcipit, alius āt ex quo ligno, et qbus ex motibus ē. In ijs igitur, quæ ſunt ſm artē, nos facimus materiam propter opus, ſed in Phyſicis eſt.

* 2.1. duę ſt. Vide contr. Zim.

Et artes cōtinētes materiā, et cognoſcētes illā ſunt duę: et de arte opationis eſt Geometria operatiua: et iō ars opatiua attribuitur ēt quodāmodo Geometrię opatiuę. ſed tñ differunt: illa.n. attribuit Geometrię opatiuæ, ſm ꝙ cognoſcit formā, iſta aūt ſm ꝙ ſcit materiam. gubernator enim ſcit formam remi, qūo debet eē, et ꝑ̄cipit fieri hmōi, et iſta alia ſcit de qbus lignis, et qbus motibus ꝑficitur. Quod aūt fit ꝑ artem, nos facimus materiā in illa propter illud, quod intendimus, in rebus autem Naturalibus eſt exiſtens.

25 Artes operatiuæ ſunt duobus modis, aut facientes artificium, aut vtētes illo. & ſunt principales, ſ. quia ꝑ̄cipiunt eis, quæ ſunt ſub eis operari. &, cum ars, quæ eſt ſub eis, perficit operationem, tunc principalis vtitur eo, quod fecit. Et, qa pōt aliquis dicere ꝙ iſtę artes nō ſciūt materiam, incœpit declarare ꝙ iſtæ etiam ſciunt materiam: & iſtā vocat Geometriam opatiuam: et dixit Et artes cōtinētes, et c.1. cognoſcētes materiā, nō facientes eam, ſunt duæ, vna aūt eſt, quæ vtitur, q̄ nō facit formam, neq; materiā, ſed ꝑ̄cipit illi, quæ eſt ſub operari: et iſta dr̄ Geometria opationum ſimpl'r, & principalis ſimpl'r. Secunda vero eſt quodāmodo vtens. 1. ꝑ̄cipit, & quodāmodo facit. & hoc intēdebat, cum dixit & de arte opatiua eſt Geometria opatiua. & q.d. & de arte operatiua eſt ars, quæ vtitur. 1. ꝑ̄cipit. D.d. & ideo ars, quæ vtitur, &c. & ſi ſit operans, tñ attribuitur Geometriæ operationū ſm ꝙ vtitur, non ſm ꝙ facit. Et, quia vtraq; ars eſt Geometria operationū, incœpit facere drias inter illas, & dixit ſed differunt, &c.1. ſed hæ duæ artes differūt. qm̄ prima principalis nouit formā, & ꝑ̄cipit iuxta illam, & ſil'r materiā: alia aūt nouit materiam, & præcipit circa illam tm̄, formam autē facit. Deinde induxit exemplū de duabus artibus, & dixit gubernator enim, &c.1. & ars, quæ vtitur ſimpliciter, quæ ſcit vtrunq;, eſt ſicut ars gubernandi nauē: ſcit enim formā remi, quæ debet eſſe, & ꝑ̄cipit ipm fieri ſm illā formā. iſta aūt alia ars, quę vtitur quodāmodo, & facit alio modo, eſt ſicut ars faciendi naues. iſta.n. facit formā, & ſcit materiā. ſcit.n. ex qbus lignis erit melior forma nauis, & qūo debent abſcindi, & ꝑ̄cipit artifici, quæ eſt ſub ea facere hoc, quæ non vtitur omnino.

Artes opatiuæ ſunt duobus modis 1. 6. Ethicorum cap. 1.

Documētū.

Et intēdebat per totum hoc declarare ꝙ materia eſt nota in oībus artibus principalibus, & nō principalibus, cum artes ſint tribus modis, aut operans ſimpl'r, aut vtens ſimpliciter, aut vtens quodāmodo, & operans alio modo, & oēs ſciunt materiā. D.d. in hoc āt, quod fit ꝑ artem, &c.1. & nō eſt dria in hoc inter artem, & naturā, ſed ars, ſicut facit formā, facit materiā: natura aūt facit formā, non materiā, cū ſit exiſtens, qa eſt æterna. & ſil'r inuenit in quibuſdam artibus, ſ. quarum materia eſt naturalis, qm̄ ars non facit illam.

Materia eorū ē, quæ ad aliquid.

Amplius, eorū, quæ ad aliqd, materia eſt. ad aliā.n. formā alia materia. Quouſq; ergo Phyſicū oportet cognoſcere formā, & ipm quid eſt? An quēadmodū Medicū neruum, aut Fabrū æs, vſq; ad aliquid: alicuius enim gratia vnūquodq;. & circa ea, quæ ſunt, ſeparabilia qdem forma, in materia autem: * hō enim hominē generat, & ſol. quomodo autē ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit, Philoſophiæ primæ eſt officium determinare.

*2.1. hō qdē. & 1. et hō generāt hoiēs.

Et ēt materia eſt de caplo relationis. diuerſa.n. in forma diuerſant in materia. Vſquequo igitur oportet Naturalē puenire in ſciētia formę & qditatis? dicamus, qm̄ quēadmodū Medicus puenit in ſciētia neruorū, et Opās cuprū in ſciētia cupri puenit ad illud, pp qđ ē vtrūq;, ſil'r eſt de iſtis ēt. oportet.n. ipm ſcire eam eſſe formā abſtractam: ſed eſſe eius eſt in materia: homo enim generat ab homine, & ſole. diſpoſitio autē in abſtracto quæ ſit, & quid ſit, eſt primæ Philoſophiæ.

26 Intendit ēt declarare ꝙ oportet Naturalē cōſyderare de forma, qa cōſyderat de materia. qm̄ materia eſt de genere relationis: dr̄.n. in reſpectu formæ. & ſil'r vr̄ eſſe de forma. oportet igitur cōſyderātē de materia cōſyderare de forma, & cōſyderātē de forma conſyderare de materia. & ēt materia eſt pp formā: et oportet cōſyderantē de aliquo cōſyderare de illo, pp qđ eſt. Et dixit diuerſa.n. in forma diuerſant in materia. Hæc ē rōcinatio, qua declarat ꝙ materia dr̄ in reſpectu formæ, & q.d. et iō diuerſat materia ꝑ diuerſitatē formarum, adeo ꝙ materia aīaliū eſt alia à materia vegetabilium, et materia hoīs eſt alia à materia aliarū ſpecierū. Et, cū declarauit ꝙ naturalis cōſyderat de forma per ſe, & de materia pp formā, incœpit q̄rere quouſq; debet cōſyderare de forma. & dixit Quouſq; igitur, &c.1. ad quē igitur ordinē oportet Naturalē puenire in ſcia formarū, & nō pertranſire illū. ſ. in ſcia qditatis, nō in ſcia eius, quod ē eē: ſed ſunt hic multi ordines formarū, ſ. abſtractę à materia, & nō abſtractæ. D.d. dicamus igitur, qm̄ quēadmodū Medicus, &c.1. & eſt manifeſtū, qm̄ quēadmodū Medicus oportet ipm puenire de cognitiōe formarū exiſtentiū in ſuo ſubiecto, de quo cōſyderat, vt neruis, & carne, ad cognitionem quiditatis vltimarū formarum exiſtētiū in ſua materia non ſeparabiliū ab ea, ſil'r oportet Naturalē puenire in cōſyderatione de formis ad vltimā formā, pp quā fuit materia. v.g. ad formā hoīs. D.d. oportet.n. ipm ſcire, &c.1. oportet Naturalē puenire ꝑ ſuā cōſyderationē ad formā abſtractā, ſ. vltimā, ſi eſſe eius eſt in materia, antēq̄ perueniat apud cōſyderationē de forma hoīs: ſed hō generat ab hoīe, & à ſole, & vtrūq; eſt forma in materia. Et dixit hic quaſi cōtradicēdo dicētibus formas ſeparari, & inueniendo ꝙ formæ naturales ſunt in materia. D.d. diſpoſitio aūt in abſtracto, &c.1. cōſyderatio aūt de diſpōnibus formarū abſtractarū, ſm ꝙ ſunt abſtractæ, & de qditatibus earū, eſt ꝓprie Primę Philoſophiæ, nō ſciētię Naturalis. Et notandū ꝙ cōſyderatio in eſſe iſtarum formarū eſt in ſcia Naturali, nō in pͣ Philoſophia: ſicut exiſtimat Auic. qm̄ in hac ſcia apparet iſtud genus formarū eē, deīde pͣ Philoſophia cōſyderat de qditatib⁹, & diſpōnibus earū. & hoc ē rectū. impoſſi.n. eſt aliquā ſciam vlem, & particularē declarare ſubiectū eē, ſiue ꝑ ſignū, ſiue per demōſtrationē: quod nō eſt ita in cauſis ſui ſubiecti: qm̄ declarat eas per ſignum, non per demonſtrationem ſimpl'r. ſcientia igitur Naturalis cōſyderat de eſſe formarū, quouſq; perueniat ad vltimam formarū materialiū, & primam abſtractarum, aut ad formas formarū, quæ ſunt mediæ in eſſe inter illas: ſicut exiſtimatur de forma hominis vltima.

Materia diuerſat ꝑ diuerſitatē formarum.

[illegible] 12. [illegible] & 3. de aia cō.60.

Documentū [illegible]

Forma [illegible] abſtractam et materiale. Vide com. Zim.

Summa Tertia, in qua agitur de Cauſis, & earum in plura membra diuiſione.

Caput Primum, in quo, quot, quǽue ſint cauſæ determinatur.

Determinatis aūt his, cōſyderandū eſt de cauſis, & quæ, & quot numero ſunt. Cū.n. ſciendi grā hoc negociū ſit: ſcire aūt nō prius opinamur vnūquodq;, q̄ vtiq; cœperimus pp qđ circa vnūquodq;, hoc aūt eſt accipere primā cauſam: manifeſtum ꝙ & nobis hoc faciendū eſt & de generatione, & corruptiōe, & de omni phyſica mutatione: vt ſcientes ipſorum principia, reducere ad ipſa tentemus quæſitorum vnumquodq;.

His igitur determinatis cōſyderandū eſt de cauſis, quę, et quot ſunt. Intētio.n. iſtius cōſyderationis, qa eſt ſciētia: & nos nō credimus aliqd ſcire abſq; eo, ꝙ prius determinemus illa, ex quibus eſt, & hoc eſt ſcire ſuas cauſas primas: manifeſtum eſt ꝙ oportet nos etiā facere hoc in generatione, & corruptione,

& in omni trāsmutatione naturali: ita quòd, cum sciuerimus principia eorū, quæremus reddere ad illa vnumquodq; eorum, de quibus erimus perscrutati.

27 Et, cum determinauimus ista, quæ debent p̄cedere hanc scientiam, oportet ēt perscrutari de causis rerum naturalium, quæ sunt, & quot. Et hoc est necesse. qm̄ inuestratio istius cōsyderationis de scia rerū naturaliū, est scientia certificata perfecta: & nos non credimus scire aliquid perfecte, nisi cum sciamus ipsum cum suis causis primis, donec perueniamus ad suas causas propinquas & hoc erit, cum prius determinauimus numerū causarum quærendarum in illo genere, quæ sunt, & quot sunt: ergo manifestum est quod similiter debemus facere in hac consyderatione naturali: ita quod, cum prius scierimus causas cōmunes omnibus rebus naturalibus, & numerum earum, quæremus in vnoquoq; eorum, de quibus loquimur illas causas esse. Et cum dixit & hoc est determinare suas primas causas. intendit q̄ ista scientia perfecta acquiritur ab aliquo, quando prius scierit causas rei primas, donec perueniat ad causas eius propinquas.

Vno igitur modo causa dicitur, ex quo fit aliquid cum insit: vt æs statuæ, & argentum phialę, & horum genera. Alio aūt modo forma, et exemplum. hæc autem est ratio ipsius quod quid erat esse, et huius genera, vt ipsius diapason duo ad vnum, et omnino numerus, & partes, quæ in ratione.

Dicamus igitur q̄ causa dr̄ vno modo de illo, ex quo fit res, & est in ea. v.g. cuprū idoli hominis, & argentum idoli anuli, & genera istorū. Et dicitur alio modo de forma, & imagine. & est ratio significans qditatem rei, & genera istius. v.g. quòd genus eius, quod est diapason, est proportio binarij ad vnum, & vniuersaliter numerus, & partes conclusæ in toto.

28 Et ā fr̄ multis modis, dr̄. n. causa materialis, vt cuprum idoli, & argentū anuli. & dixit & est in ea, vt faciat dr̄iam inter materia, & priuationē, Et dr̄ alio modo fm formā, vt figura, & imago in cupro. & hæc est causa, quam dat ratio significans qditatem rei, t. definitio. & dixit hoc, quia definitiones cōponunt ex forma vel quæ est genus, & ppria, quæ est dr̄ia. D.d. & genera istius. t. & ista forma cōis, quæ ponit in definitione, ita se habet ad ppriam differentiā, sicut cōe ad proprium v.g. qm̄ forma cōis, quæ est quasi genus propinquum ad diapason, est ꝓportio duorū ad vnū. & genus concludens, & proprium ei q̄uocat in Arabico: & vnū est numerus proprius, & vltimum est forma.

Amplius vnde principiū mutationis primum, aut quietis: vt consultor causa, & pater filij, & omnino faciens facti, & mutans mutati. Præterea, vt finis. hic autem est id, cuius gratia, vt ambulandi sanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt sanus sit: &, ita loquti, opinamur assignasse causam. & quæcunq; tam mouente alio, intermedia fiūt ipsius finis: vt sanitatis macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia nanq; hæc finis gratia sunt: differūt tm̄ abinuicē, qa alia qdem sunt opera, alia vero organa.

Et dicit etiam illud, ex quo est principiū primū trāsmutationis, & quietis. v.g. qm̄ cōsulens alicui est cā, sil'r pr̄ filij, & vniuersal'r agens acti, & transmutans trāsmutati. Et dr̄ ēt fm finē intētū. & hoc est illud, ꝓpter quid: v.g. sanitas apud ambulationē. cū enim dr̄ q̄re ambulat Sortes? dicemus propter hoc, q̄ suū corpus saneē: & hoc dicto reddimus cām. & sil'r illa, quæ sunt apud motū alterius inter illud, & finē intētū. v.g. sanitas ex dimi nutione, & purgatione, & potatione medicinæ, & instrumentis. qm̄ omnia ista intēdunt propter finem: sed differunt, qm̄ quædam sunt actiones, & quædam instrumenta.

Cum induxit causam materialem, & formalem, induxit etiam causam agentem, & finalē, & dixit Et dr̄ etiam de fine intento. t. & dr̄ causa etiam de causa finali: vt sanitas, quę est causa exercitij. & signum eius est, qm̄, cum aliquis interrogat nos, q̄re ambulat Sortes? dicimus respondendo, propter hoc q̄ sit sanus. D.d. & similiter illa, &c. t. & similiter omnia, quorum vnumquodq; est vltimum motus eius, quod est ante ipsum, ex illis multis, quæ sunt inter primū agens, et vltimum finē, s. qm̄ vnūquodq; eorū est finis eius, quod est ante, & ofa sunt ꝓp vltimum finem. v.g. ambulatio, quæ est ꝓp extenuationem, & extenuatio ꝓp sanitatem. & similiter potio medicinæ, & phlebotomia est propter extenuationem humoris vmectis in corpore, & hoc est, ꝓpter sanitatē. D.d. qm̄ omnia ista intenduntur propter finē. t. qm̄ oē, quod est ante finem, est propter finē v.g. qm̄ ista, quæ diximus, intenduntur propter sanitatem: sed differunt, qm̄ quædā sunt actiones, vt ambulatio, & quædam instrumēta, vt phlebotomia.

Causæ igitur ferè tot modis dicuntur. Accidit aūt, cum multipliciter dicant causæ, & multas eiusdem causas esse, non fm accidēs: vt statuæ, & ars statuaria, & æs, non fm alterum quid, sed quatenus est statua: sed nō eodem modo: sed hoc qdem vt materia, illud aūt vt vnde est motus. Sunt aūt quædam & adinuicem causæ: vt laborare causa est bonę habitudinis, et hæc laborādi: sed non eodem modo: sed hoc qdē vt finis, illud aūt vt principium motus. Amplius aūt eadem causa cōtrariorum est. quod enim p̄sens causa huius est, hoc et absens facimus aliquando causam contrarij. vt absentiam gubernatoris nauis subuertiōis, cuius erat p̄sentia causa salutis.

Isti igit̄ sunt modi, fm quos ferè dicuntur causæ. Et accidit, si causæ sint multis modis, vt plures causæ sint vnius rei, et non per accidens. v.g. quoniam causa idoli hominis est ars statuandi, et causa eius est cuprum, et hoc nō est alio modo, sed fm quòd est statua: sed non eodē modo sunt causæ: sed hoc fm materiam, hoc autē fm q̄ est principium motus.

Et

Et sunt aliqua, quę sunt causę sui adinuicem. v.g. quoniam labor est causa bonæ cōsistentiæ corporis, & bona consistentia est causa laboris: sed non eodem modo: bona. n. existentia corporis est causa fm finem, labor autem fm q̄ est principium motus. Et etiam idē est causa duorum contrariorum. absentia. n. eius, cuius præsentia est causa alicuius rei, est causa sui contrarij. v.g. quoniam absentia gubernatoris est causa submersionis nauis, eius præsentia erat causa salutis.

30 Cum numerauit modos quatuor causarum, incœpit dicere dispositiones earum, et quomodo se habent ad causata, et ad seinuicem, & dixit q̄ accidit q̄ plures istarum causarum q̄ vna sunt causæ vnius rei. v.g. qm̄ causa statuæ est cuprum, & agens: sed duobus modis diuersis: cuprum. n. fm materiam, artifex vero, vt ars fm agēs. et sil'r figura statuæ est causa fm formam, & illud, propter quod sunt facta est causa fm finē. Et contingit etiam q̄ eadem causa est causa duoꝝ cōtrariorum, sed duabus dispositionibus diuersis. v. g. qm̄ gubernator est causa saluationis nauis, & submersionis: saluationis qdē ipso p̄sente: submersionis aūt ipso absente. Causæ etiam habent se adinuicem, ita q̄ vtraq; duarum causarum in specie diuersarum est causa reliquæ, sed duobus modis diuersis. v. g. qm̄ labor est causa sanitatis fm agens, sanitas autem est causa laboris fm finem. & sil'r materia est causa formæ, fm q̄ forma non potest inueniri nisi per illam, forma autem est causa materiæ, fm q̄ materia nō potest esse in actu & demonstrata, nisi per illam, & præcipue prima materia. Ad. D.d. sic igitur sunt modi, &c. et dixit ferè. quia possibile est inuenire aliqua, quæ collocantur in numero istorum quatuor modorum, vt illa, quæ assimilant istis, & inueniuntur in eis. et ideo dixit ferè. quia notat dubitationem, quousq; declaretur hoc per inductionem, cum fuerit declaratum fm quot modos dicitur vnumquodq; eorum. & dixit. Alexan. q̄ dixit hoc ad excipiendum causas, quæ sunt per accidens.

Omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor cadūt modos manifestissimos. Elemēta. n. syllabarum, & materia factibilium, & ignis, & huiusmodi corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, vt id, ex quo, causæ sunt. Harum autem aliæ quidem sunt vt subiectum, vt partes, aliæ autem, vt quod quid erat eē, & totum, & compositio, & species. Semen autem, & medicus, & consultor, & omnino ipsum faciens omnia sunt vnde principium mutationis, aut status, aut motus. Aliq autem vt finis, et bōum aliorū. id. n. cuius gratia, optimum, & finis aliorum vult esse. differat autem nihil idem dicere bonum, vel apparens bonum.

Et istę causæ, quas diximus, omnes collocantur in quatuor modis, q̄ sunt valde manifesti. Literæ. n. dictionum, & materia artificiorum, et ignis, et similia corporum, et partes totius, et propositiones cōclusionis sunt causę fm illud, ex quo ē generatio. Sed quędam sunt quasi subiectum, vt partes, et quædam quasi quiditas, s. vniuersum, creatio, et compositio, et forma. Sperma autem, et semē, et medicus, et sol, et vniuersaliter agens, omnia sunt illud, ex quo est principium trāsmutationis, et quietis. Et quędā sunt quasi finis intenta per alias res, et bonum. illud. n. propter quid debet esse nobilius cæterorū, et causæ eorum. et non est differētia in hoc, quòd dicamus ipsum esse bonum, aut dicamus ipsum existimari bonum.

31 Cum numerauit genera causarum fm exemplum, incœpit notificare quomodo vnaquęq; causarū cōcausatum subsistus quatuor generibus, & dixit Et illæ causæ. &c. t. & omnis causa, aut est fm materiam, aut fm formam, aut fm agens, aut fm finē. D.d. Literæ. n. et c. idest, omnia. n. ista sunt causæ fm illud, ex quo fit generatum. syllabę. n. generātur ex literis, & similiter corpora partium consimilium composita generani ex igne, & ex alijs elmtis, & hoc intendebat, cum dixit et ignis, & sil'r corpora. t. & ignis, & alia elementa sunt materia corporum cōsimilium, quæ generatur ex eis. D.d. & partes totius. t. & partes sunt totius quasi materia. D.d. & propositiones conclusionis. t. & qm̄ conclusio generatur ex propositionibus, assimilantur igitur materiæ. Et omnia ista conueniunt in hoc q̄ sunt materia, & differunt in hoc, qm̄ quædam sunt materia fm compositionem, vt literę syllabarum, & lapides domus, & quædam sunt fm alterationem, vt panis tangibilis, & quędam fm alterationem, & compositionem, vt cuprum, & meloximellis, & quatuor elementa omnium compositorū. & hæc duo sunt fundamenta materiæ. t. compositio, & alteratio, & tertium, compositi ex eis. partes autem, & totū potuit aium modis à compositione, vt reputo, fm q̄ intendebat partes, quæ sunt in potentia, non quæ sunt in actu, aut fm q̄ intendebat vniuersum congregatum tm̄, compositio. n. est congregatio propria partium: fit. n. ex qualitate, & ordine, & positione, propositiones autem assimilantur materiæ, quia sunt in potentia conclusio, & conclusio est eis quasi forma. D.d. sed quædam sunt quasi quiditas. t. sed istarum causarum quędam sunt quasi demōstrantes quiditatem rei, & istæ inueniuntur fm numerum differentiarum, quibus differt quid, quod accipit in qditate, et sunt tria, vt forma vniuersi in partium, et forma compositionis partiū, & forma oximellis, mellis & aceti. & ideo dixit vniuersum, & compositio, & forma. Et intendit per formam, quę est fm alterationem, & aut sine compositione, aut cum compositiōe. & intendit per vniuersum congregationem partium tm̄, & intendit per compositionem congregationē totalium trium dispositionum in partibus, t. figura, ordinis, & positionis. Et, cum numerauit causas, quæ collocantur sub causa materiali, & formali, dixit Sperma autem, & semen, & c. t. sperma autem animalū, & semen vegetabilium, & medicus sanitatis, & vt agens actiū, omnia collocantur sub causa, quæ est principium transmutationis, & tuæ cessationis. Deinde induxit genus, quod est fm finem, & dixit Et quædam fm finem. t. & sunt quædam causæ, quæ sunt quasi fines intenti per operationes, & quasi bonum intentū. Deinde induxit ratiocinationes super hoc, & dixit illud enim propter quid, &c. t. quoniam illud propter quid, quia est nobilius illis, quæ quęruntur propter ipsum bonum intentum per illas res, & ideo est [illegible] illaæ agens. n. & materia non sunt nisi propter [illegible] fm: ex [illegible] materi

& ſimiliter formæ nõ ſunt niſi propter vltimum finẽ. D.d.& non eſt dꝛia,etc.i.non eſt dꝛia inter hoc,ꝙ deſcribemus iſtam cauſam,quod eſt bonum intentum ꝓ illa,quæ ſunt ante illam in rei veritate, aut illud, quod exiſtimatur eſſe bonum,licet non ſit bonum in rei veritate.& dixit hoc, vt deſcriptio ſit communis rebus voluntarijs,& naturalibus.quoniam vltimum intentum in rebus voluntarijs multotiens videtur bonum, & non eſt in rei veritate,intentum vero in rebus naturalibus eſt bonum verum.

Vltimũ intentũ in rebꝰ voluntarijs multotiẽs vꝛ bonũ, & nõ eſt in rei veritate, intentum ✳ in rebꝰ naturalibus eſt bonũ verũ, vꝛ ꝓ 2. ethicorũ.

Cauſæ igitur tales,et tot ſunt ſpecie. Modi autem cauſarum numero quidẽ ſunt multi,in capita vero contracti et hi pauciores. dicuntur.n. cauſæ multipliciter. et ipſarum, quæ ſimilium ſpecierum ſunt,prior ac poſterior alia,alia,vt ſanitate medicus, et artifex, et ipſo diapaſon duplum,et numerus,et ſemper quę continent ad ſingulares.

ꝓ ſpm ar. poſterior.

Iſtæ igitur ſunt cauſæ, et tot ſunt ſpẽs earum. Modi autem cauſarum ſunt multi, ſed cum adunantur ſunt pauciores. cauſæ.n. ẽt dicuntur multipl'r. dicitur. n. in cauſis, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,ꝙ vna cauſa eſt prior, aut poſterior alia. v.g.qm̃ cauſa ſanitatis eſt medicus, & cauſa eius eſt ars,& cauſa eius, quod eſt diapaſon,eſt duplum, & cauſa eius eſt numerus,& ſimiliter ſemper in reſpectu comparatio continentis ad particularia.

32 Intendit per modos cauſas,quæ diuiduntur per accidentia.Et,cum notificauit ꝙ modi cauſarum concludũtur ſm genera eoꝝ,incœpit numerare eos,& dixit dicitur.n.in cauſis,&c.i.cauſæ enim,quę ſunt eiuſdem ſpeciei quatuor ſpecierum dr̃ cauſæ ſm prius,et poſterius.v.g.in cauſis agẽtibus,medicus,& ars: medicus.n.eſt poſterior,ars autem eſt prior. Et ſ'r in cauſis formalibus.v.g.qm̃ forma diapaſon eſt duplũ, & forma dupli eſt numerus,& forma numeri eſt quãtitas. & ſ'r inuenitur ſemper proportio inter v'r, & partic ipare.& hoc intendebat, cum dixit & ſ'r ſemper,&c.i.& ſ'r temper inuenitur comparatio cõis ad proprium,i.qm̃ cõe eſt prius ſm formam, aut ſm genus proprio.& hoc accidit priori,& poſteriori ſ vnaquæq; ſpeciem cauſaꝝ,i.ꝙ prius eſt quaſi cõe ad poſterius. Et prius,& poſterius in materijs manifeſta ſunt.et ſ'r in finibus.extenuatio enim eſt finis exercitꝛ,& finis extenuationis eſt ſanitas.

Amplius autem vt accidens,& horum genera:vt ſtatuæ aliter Polycletus,& aliter ſtatuarius:quoniam accidit ſtatuario Polycletum eſſe.& continentes etiam accidens: vt ſi homo cauſa ſit ſtatuæ,aut omnino animal. ſunt autem accidentium alia aliꝭ remotius, & propinquius:vt ſi albus,& muſicus cauſa dicantur ſtatuæ.

Cſ p ſe,per accidens.

Vide contr. Zim.

Et etiam ſm accidens,& genera iſtorum. v.g.qm̃ ea ſtatuæ eſt Polycletus quodãmõ, et alio modo faciens ſtatuas:accidit.n.artifici ſtatuarum ꝙ ſunt Polycletus. & continentia ſunt per illud, quod eſt accidens. ver. g. quoniam homo eſt cauſa ſtatuæ, & v'r antmal.& accidentia **quædam ſunt remotiora,** quædam propinquiora.v. g. quoniã albus, & muſicus ſunt cauſa ſtatuæ.

Cum declarauit ꝙ in oĩbus ſpẽbus cauſarum inueniũt duo modi,ſ.prius & poſterius,ſcœpit etiam declarare alios duos modos cauſarũ,ſ.per ſe,& per accidens,& dixit Et etiam ſm accidens,i.& iſtæ cauſę diuiduntur ſm accidens:& genera iſtarum collocant in hoc modo.v.g.cum dicitur ꝙ Polycletus fecit ſtatuã, & ꝙ artifex ſtatuaꝝ fecit ſtatuã.hoc.n.ẽ ꝓ ſe,illud aũt ꝓ accñs.accidit.n. artifici ſtatuaꝝ ꝙ fuit Polycletus, quoniam non fecit ſtatuam ſecundum quòd eſt Polycletus,ſed ſecundum hoc ꝙ habet de arte ſtatuarum. D.d.& continentia,&c.i. & illa, quæ continent cauſas,& ſunt genera cauſarum,ſunt cauſæ per accidens. v.g.qm̃ homo eſt cauſa ſtatuæ per accidens,et v'r animal:homo aũt eſt cauſa ſtatuæ per accidens, quia accidit artifici,qui eſt cauſa per ſe,ꝙ tunt hõ,aut aĩal. Et, cum narrauit ꝙ in illo,quod eſt per accidẽs,inuenitur propinquum,& remotum,dedit exemplũ,& dixit.v. g.dicere ꝙ albus,& muſicus ſunt cauſa ſtatuæ. albus enim eſt remotior,q̃ muſicus:licet vterq; ſit cauſa per accidens:quia album eſt commun' homine: ergo eſt remotius quàm muſicum.

Cãſ potẽtia, in actu.

Præter omnes autem, & proprie dictas, & ſecundum accidens, aliæ quidem vt potentes dicuntur, alię vero vt operantes:veluti ædificandæ domus ædificator, aut ædificans ædificator.

Et omnes cauſæ,quæ dicuntur cõuenienter,& quæ dicuntur per accidens,quædã dicuntur cauſæ,quia poſſunt, & quædam dicuntur cauſæ,quia agunt.v.g.quoniam cauſa domus eſt ædificator,dum ædificat.

Et omnes cauſæ,quæ dr̃ per ſe,& quæ dr̃ per accidens,& propinquæ,aut remotæ dr̃ eſſe, aut actu, aut potentia.v.g.qm̃ ædificator eſt cauſa domus: ſed, cum ædificat,eſt cauſa in actu, &, cum non ædificat, eſt cauſa in potentia.& hoc intẽdebat cum dixit. v.g. qm̃ cauſa domus eſt ædificator,&c.i.qm̃ cauſa domus eſt ædificator:ſed dum ædificat eſt ædificator in actu, & dum non ædificat eſt ædificator in potentia. ſed tacuit hoc,quia intelligitur per oppoſitum.

Perinde autem dicetur & in ijs, quorum cauſæ ſunt ipſæ cauſæ,atque in ijs,quæ dicta ſunt. vt huius ſtatuæ,aut ſtatuę,aut ẽt omnino imaginis,& æris huius, aut æris, aut omnino materiæ,& in accidentibus ſimiliter.

Et,ſm ꝙ narrauimus,dicitur etiam in rebus,quarum cauſę ſunt cauſę.v.g. cauſa ſtatuæ iſtius hominis,aut cauſa ſtatuę hominis, aut cauſa ſtatuę v'r,& etiã cauſa iſtius cupri, aut cauſa cupri,aut cauſa materię vniuerſaliter,& ſimiliter eſt de accidentibus.

Et ſ cut hoc dicitur in cauſis, ſ'r dicitur ĩ cauſatis,ſ. ꝙ quædam propinqua ſunt, & quædam remota, & quædam per ſe,& quædam per accñs. et hoc intendebat,cum dixit Et,ſm ꝙ narrauim', dicitur etiam,&c. i.&,ſicut iſta inueniuntur in cauſis, inueniuntur ĩ eis, quorum ſunt illæ cauſæ,ſ.in cauſatis. D.induxit exẽplum in propinquo,& remoto in cauſatis, & dixit. v. g.cauſa ſtatuæ,&c,i.quoniam faciens ſtatuam iſtius hois

hominis, & faciens ſtatuam dicitur faciens ſtatuam hominis,& dicitur faciens ſtatuam vniuerſaliter. ſtatua igitur hominis huius eſt cauſatum propinquum, ſtatua vero ſimpliciter eſt cauſatum remotum. Et ſimiliter,cum dicitur quòd hoc eſt cauſa cupri,aut cauſa materiæ. cuprum enim eſt cauſatum propinquum, materia autem eſt cauſatum remotum. D.d. & ſ'r de accidentibus,i.quoniam in cauſatis accidẽtibus inuenitur propinquum, & remotum:ſed ſicut inuenitur in eis per ſe. & hoc capitulum inuenitur in libro Alex. manifeſtius q̃ hic ſit.& eodem modo dicitur ĩ rebus, quarum cauſæ ſunt cauſæ,etiã ſicut iſta narrata. v. g. huius ſtatuæ dicitur in rebꝰ pluribus q̃ dicitur ſtatuæ v'r,& huius cupri magis q̃ cupri,& v'r materiæ, & in accidentibus etiam eodem modo.

Amplius aũt cõnexæ & hæ,& illę dicent: vt nõ Polycletus, neq; ſtatuartus,ſed Polycletus ſtatuarius. Attamen oẽs hæ ſunt multitudine qdem Sex:dictæ aũt dupliciter. aut ,n. vt ſingl'are,aut vt genus,aut vt quod ſm accñs,aut vt accñtis genus, aut vt connexæ hæ,aut vt ſimpl'r dictæ: oẽs autem, aut actu exiſtentes,aut ſecundum potentiam.

Et dicunt etiam cõpolitè iſti cũ illis, v. g. nõ dicere Polycletum, neq; dicere artificem ſtatuarũ,ſed Polycletũ artificẽ ſtatuarũ. Sed omniũ iſtorũ numerus eſt Sex: modi vero, ſm quos dr̃,ſũt Duo. ſunt.n. aut quaſi pars, aut quaſi genus,aut quaſi accñs,aut quaſi genus accñtis,aut dicit cõpoſite,aut ſigillatim, & omnia dicentur,aut actu,aut potentia.

36 **Induxit hic tertium modum cauſarum, & eſt, quoniam quidam iſtorũ modorum dicuntur ſigillatim,& quidam compoſitè.& hoc intẽdebat,cum dixit Et dicuntur etiam,&c. D.induxit exemplum compoſiti ex eo,quod eſt per ſe,& ex eo,quod eſt per accidẽs,et dixit.v.g.non dicitur,&c.i. v. g. compoſitum ex eo, quod eſt per ſe,& ex eo,quod eſt per accidens non ita ꝙ dicatur ꝙ homo eſt factor ſtatuarum, ſed ꝙ Polycletus artifex ſtatuarum fecit ſtatuam. Et, cum numeraut ſecundũ exemplum modos cauſarũ,fecit ſummam de numero eorum,& dixit Sed oĩum iſtorũ,&c. i.ſed iſta,quæ numeraumus ſm dr̃as,qbus diuiduntur,ſunt ſex,i.ſm propinquitatem,& remotionem:& per ſe,& p accidens:& compoſitionem, & diuiſionẽ. ſm dr̃as,in quibus conuenũt,et ſunt duæ,ſ.potentia, & actu:qm̃ vnuſquiſq; eorum ſex eſt potẽtia, & actu. erunt igitur oẽs modi cauſarum duodecim. D. d. aut ſunt quaſi pars,aut quaſi genus.& intendit ꝓ partem quaſi cauſam proqnquam,& per genus quaſi remotam:propinquum.n.eſt quaſi pars,i.propria, remotũ autem eſt quaſi genus: & maxume cauſæ,quę ſunt ſm formam,& ſm materiam.D.d.aut quaſi accidẽs, aut quaſi genus accidentis. i. aut quaſi cauſa, quæ eſt per accidens propinquum,aut quaſi cauſa,quę eſt per accidens remotum:& hoc vocauit genus accidentis.**

Differunt aũt tm̃,ꝙ actu qdem exiſtẽtes, et ſingulares,et ea, quorum ſũt cauſę, ſimul, ſunt,& nõ ſunt. vt hic medens cũ hoc,qui ſanat,& hic ędificator cum hoc,quod ędificat. quæ aũt ſunt ſm potentiam, non ſemp: corrumpit',n.non ſimul domus,& ędificator.

Et differentia inter hęc duo eſt, quoniam cauſę,quę agunt particularia,ſunt,et nõ ſunt cum eis illa,quorum ſunt cauſę.v.g.quoniã iſte medicus,cum hoc curato, & iſte ędificator cum hoc ędificato. in potẽtia vero nõ ſemper ſunt ita:corruptio enim domus non eſt cum corruptione ędificatoris.

Vult dare dr̃iam inter cauſas,quę ſunt in potentia, & quæ ſunt in actu,& dixit Et dr̃ia inter hęc duo,etc. & dr̃ia inter cauſas,quæ ſunt a'tu,& quæ ſunt potentia,eſt, qm̃ quæ ſũt actu,mutuantur cum illis,quorũ ſunt cauſæ,& deficiunt cum illis.v.g.qm̃ iſte medicus nõ eſt curator in actu,niſi cum hoc curato in actu. cauſæ autem in potentia ſunt,licet cauſata non ſint. nõ.n. corrumpitur domus inſimul cum ędificatore. Et hoc capitulum inuenitur in libro Alexan. manifeſtius ſic. & differunt in hoc,quoniam cauſæ,quæ agunt particularia,ſunt,aut non ſunt inſimul cum illis, quorum ſunt cauſę.v.g.quoniam iſte curator cum hoc curato, & iſte ædificator cum hoc ædificato. in potentia aute nõ ſemp:non.n.corrũpit domus,& ędificator ſimul.

Cãſ actu ſit ſcũ effectũ ſũ effecta. i.ſũ.

Oportet autem ſemper cauſam vnuſcuiuſq; ſummã quęrere, vt & in aliꝭ. vt homo ędificat,qm̃ ędificator eſt: ędificator autem eſt ſm ędificandi artem.hęc igit' prior cauſa eſt:& ſic in omnibus. Amplius aliæ quidem genera ſunt generum,alię autem ſingularia ſingularium:vt ſtatuarius qdem ſtatuę, hic autem huiuſce.Et potentię qdem poſſibilium,actu autem exiſtes ad actu exiſtia.

Vñs ſcũ ſpm vñs ſcũ ſpm ſcũ genꝰ.

Et oportet quęrere in vnaquaq; rerũ causam eius,quę eſt extremum vltimum, ſicut quęritur in aliꝭ rebus. v.g.qm̃ homo ędificat,quia eſt ędificator:& eſt ędificator, quia habet artem ędificandi. hęc igitur cauſa eſt prior:& ſ'r de eis omnibus. Et etiam genera ſunt cauſę generum,& particularia cauſę particularium. v.g.qm̃ artifex ẽ cauſa ſtatuę,& iſte artifex eſt cauſa huius artificiati. Et potentię ſunt cauſę potentiarum, & quę agunt ſunt in reſpectu actorum.

38 Cum notificauit numerum modorum cauſarũ, incepit narrare qui iſtorum modorum ſunt quærendi principaliter,& dixit Et oportet quærere,&c.i. oportet intendere, principaliter de cauſis cauſam vltimam in quæſtione, non vltimam in eſſe:& illa eſt cauſa propinqua:vltima.n.in eſſe eſt cauſa remota.v. g. qm̃ aliquis interrogat, quare ædificat aliquis homo & dicetur, quia eſt ædificator:& ,cũ dicitur,& quare eſt ædificator dicetur quia habet artem ædificandi:& hic eſt ſat quæſtio. D.d.& ſ'r de aliꝭ,i.de ipſis cauſarũ. ſ. qm̃ oportet quærere ſemper cauſam priorem. Cum dedit iſtud præceptum, notificauit etiam aliam diſpoſitionem de cauſis:& eſt, qm̃ aliæ ſunt v'tes, aliæ particulares quemadmodum cauſatorum alia v'ta, alia particularia:& ꝙ opinandũ eſt ꝙ particulare eſt cauſa particularis,& v'r cauſa v'tis. Et dixit hoc, prætermittendo a Platonica opinione,ſcꝑ v'ta ſunt cauſæ particularium,v.g.qm̃ artifex ſimplex eſt cauſa ſtatuæ ſimpl'r, & iſte artifex demonſtratus eſt cauſa iſtius ſtatuę de monſtratę.D.induxit aliam diſpõnem de cauſis,et di-

xit

xit Et potentiæ ſunt cauſæ potentiarum, i. & cauſæ, quæ ſunt in potentia, ſunt cauſæ eorum, quę ſunt in potentia, & quæ ſunt in actu ſunt cauſæ eorum, quæ ſunt in actu. & hoc intendebat, cum dixit & quæ agunt in reſpectu actorum, i. & cauſæ, quæ ſunt in actu, dicuntur in reſpectu actorum, quæ ſunt in actu.

Caput Secundum, in quo de Caſu, & Fortuna tractatur.

QVot igitur cauſæ, & quomodo cauſæ ſunt, ſint nobis determinata ſufficiẽter. Dicitur autem & Fortuna, & Caſus de numero cauſarum eſſe: & multa & eſſe, & fieri propter fortunã, & caſum. Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna, & caſus, & vtrum idem ſint fortuna, & caſus, aut diuerſum, & omnino quid ſit fortuna, & caſus, conſyderandum eſt.

Iam igitur determinauimus cauſas quot ſunt, & ſm quot modos ſunt ſufficienter. Et in numero cauſarũ eſt Caſus, et Ex ſe. dicitur enim in pluribus fieri, & eſſe caſu, & ex ſe. Oportet igitur conſyderare ſm quot modos collocantur caſus, & ex ſe in iſtis cauſis, & vtrum caſus, et ex ſe ſint idem, aut diuerſa, et vniuerſal'r qd ſit ex ſe, et quid caſus.

39 Intendit per quot ſunt numerũ ſpẽrum. D. d. Et in numero cauſarũ, &c. t. & quia apparet de Caſu, et de illo quod dicitur fieri Ex ſe, ꝙ collocant in numero cauſarum, oportet nos perſcrutari de eis conſyderãdo ſm quot modos poſſunt collocari in cauſis, & vtrum ſint idem ſm definitionem, aut diuerſa. & hoc ſciemus, ſi ſciuerimus ſubſtantiã vtriuſq; perſcrutatio. n. de ſubſtantia vtriuſq; perſcrutationem continet in ſe de eis, vtrum ſint diuerſa, aut idem. & ideo dixit & vſq; quid ſit ex ſe, & quid ſit caſus. Et, quia iſta præſcrutatio non poteſt fieri niſi concedendo caſum, & ex ſe eſſe, ꝙ pures Antiqui negabãt, incœpit prius dicere opiniones eorum, & contradicere eis. quemadmodum multi etiam Antiqui attribuebant omnia caſui, & ei, quod eſt ex ſe. Et hoc capitulũ ſic debet legi. quia & in numero cauſarum eſt caſus vſq; ad finem capituli.

Multi Antiq. attribuebant omnia caſui.

Quidam. n. et ſi ſint, an non, dubitant. nihil. n. fieri à fortuna dicunt, ſed omnium eſſe aliquam cauſam determinatam, quęcũq; dicimus à caſu fieri, aut à fortuna. vt veniendi à fortuna in forum, et reperiendi quem volebat quidem, non autem putabat, cauſa eſt velle, cum venerit, emere. ſimiliter autem et in aliis, quę à fortuna dicũtur, ſemp aliquam eſſe accipere cauſam, ſed non fortunam.

Quidam. n. dubitauerunt in eis vtrũ ſint, aut non. et dixerunt ꝙ nihil fit caſu, ſed omne, quod dicitur fieri ex ſe, aut caſu, habet aliquã cauſam terminatam. v. g. qm̃ iuit cauſa emendi aliquid ad forum, ita ꝙ inueniat aliquem hominem, quem diligebat inuenire, ſed non cogitabat ipſum inuenire illic, eſt ipſum velle ire ad forũ dicunt, et ſimiliter omnia, quę dicuntur fieri caſu, habent cauſam exiſtentem, quę non eſt caſus.

Et pſcrutatio de caſu, & de eo, quod eſt ex ſe, eſt neceſſaria. quidam. n. negabant ea eſſe, et dicebant ꝙ nõ ſunt niſi noia tm̃. habet. n. vnumquodq; eorum, quæ dñr fieri casu, aut ex ſe, cãm notam, cui poſſit attribui. v. g. qui uadit ad forum, & inuenit illic hoiem, quẽ diligebat inuenire, ſed non iuit, vt inueniret ipſum, cauſa inueniendi eum non eſt niſi exitus à foro, aut voluntas eundi alibi. et ſiſr eſt de omnibus aliis, quę dñr fieri caſu, i. quia habent cauſam terminatam. Et ſermo eius ſic debet legi. v. g. qm̃ cauſa eundi aliquem ad forum, ita ꝙ inueniat aliquem hoiem, quẽ diligebat, ſed non cogitabat ipſum inuenire illic, i. quia non cogitabat inuenire ipſum illic eſt propter ipſum velle ire ad forum. Et ille ſyllogiſmus componitur ſic. Si caſus eſt, cauſa eſt: ſed non eſt cauſa, quia non eſt terminatus, & cauſæ ſunt terminatæ: ergo caſus non eſt.

Qm̃, ſi aliquid eſſet fortuna, inconueniẽs vtiq; perq̃ vere videbitur, et dubitabit vtiq; aliqs propter qd nullus Antiquorum ſapiẽtum cauſas de gñatione, et corruptione dicens, de fortuna quicq̃ determinauit, ſed (vt videt) nihil opinabantur illi eſſe à fortuna.

Et dicunt et etiam, ſi caſus haberet rationem, eſſet inopinabile, & locus ambiguus, quomodo Philoſophi Antiqui, loquẽtes de cauſis generatiõis, & corruptionis, nihil dixerunt de caſu. vr̃ igitur ꝙ illi non tacuerũt, niſi quia non opinabantur aliquid fieri caſu.

Inducit teſtimonium ſup̃ hoc ꝙ caſus nihil eſt. qm̃, ſi eſſet, aliqs Antiquor̃ locutus fuiſſet de natura illius: ſed nullus eor̃ fuit locutus de eo: ergo nõ eſt. Et cum, induxit has duas rõnes deſtruẽtes caſum eẽ, & ex ſe, incœpit contradicere, & primo primæ rationi.

Sed et hoc mirabile. multa. n. et fiunt, et ſunt à fortuna, et caſu, quę non ignorãtes ꝙ licet referre ad aliquam cauſam unũquodq; eorũ, q̃ fiũt, ut Antiquus ſm̃o dixit, deſtruẽs fortunam, horum tm̃ alia quidem eſſe dicunt oẽs à fortuna, alia uero non à fortuna.

Sed hoc eſt mirabile, ſ. ꝙ plura fiunt caſu, & ex ſe. & licet non ignoremus quomodo reducitur vnumquodq; iſtorum ad aliq̃ cauſam gñationis, vt Antiqui dixerunt negantes caſum, tm̃ oẽs dicimus ꝙ rerum quędam fiunt caſu, & quædam non fiunt caſu.

Dicit mirabile eſt quòd oẽs homines conueniunt quòd hic ſunt aliqua, quæ fiunt caſu, cũ hoc, quòd nullus ignorat ea reduci ad cauſas generationis. nos enim, & illi conuenimus in hac diuiſione entium, ſcilicet qm̃ quædam fiunt caſu, quædam non fiunt caſu.

Quocirca & quodammodo erat facienda ipſis mentio. At vero neq; illorum quidem aliquid opinabantur eſſe fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid aliud taliũ. Inconueniens eſt igitur, ſiue non putauerunt eſſe, ſiue putantes

reliquerũt,

reliquerunt, præſertim aliquando vtentes: vt Empedocles non ſemper aerem ſegregari ſuperius dicit, ſed vt accidit. dicit enim in mundi fabrica. Sæpe alias aliter, ſed tunc ſic forte cucurrit. & partes animalium à fortuna fieri plurimas ait.

Empedocles.

Κοσμος ποιεῖ.

Oportet igitur omnino ꝙ illi dixiſſent aliqd de eo. Et non viderunt etiã ꝙ caſus ſit aliqd illarum rerum, ſ. amicitiæ, aut litis, aut intelligentiæ, aut ignis, aut aliorũ ſiſſium. Et malum eſt, ſi non opinabantur ipſum eſſe aliqd exiſtens, & malũ eſt etiã, ſi opinabant ipſum eſſe, & nihil dixerũt de eo, licet fortaſſe vtantur illis in verbis ſuis, vt fecit Empedocles, cum dixit ꝙ aer non ſemper excutitur ad ſurſum, ſed quomodocũq; ſit. dicit. n. cum loquitur de factura mundi, hæc verba ſic. Accidit caſu, vt creuit in illo tempore, & forte eſt alio modo. & dicit in membris animalium plura accidunt caſu.

43 Cum declarauit ꝙ illud, quod Antiqui induxerunt in negãdo caſum ipſum eſſe vnũ ſuper hoc, ꝙ ſit caſus, incœpit dicere etiã ꝙ ratio, quam induxerunt de hoc ꝙ Antiqui nihil locuti fuerunt de caſu, non eſt rõcinatio, neq; demonſtratiua, neq; probabilis, ſed ſolũmodo accuſatio Antiquorum, quia debebant loqui de illo, & dicere aut ꝙ nihil aliud eſt à cauſis notis, aut ꝙ eſt aliquid aliud ab eis. Et hoc intendebat, cũ dixit Oportet igit omnino, &c. t. & hoc, ꝙ Antiqui dimiſerunt loqui de illo, nõ eſt rõcinatio ſuper hoc, ꝙ nõ ſit, ſed eſt accuſatio eorum, qui debebãt dicere aliquid de eo. D. d. & non viderunt etiam, &c. t. cum hoc, quod apparet, ꝙ apud eos non eſt vna illarũ cãrum, quas dicunt, vt amicitiæ & litis apud Empedoclem, & intelligentiæ apud Anaxagoram, aut ignis, aut aliorũ corporum apud eos, q non cõcedunt niſi cauſas materiales tm̃. & hoc intẽdebat cum dixit, ſ. amicitiæ, &c. D. d. & malum eſt, &c. t. & malum eſt eos non opinatos fuiſſe ipſum eſſe aliquid exiſtens, ſed eſt vna illarũ cauſarum, & non notificare hoc: ſicut etiã eſt malũ opinari ipſum eſſe aliquid aliud ab eis, & nihil dicere de eo omnino. D. d. ꝙ apparet ex Empedocle, & aliis ꝙ apud eos eſt aliquod additum illis cauſis. & rationinat̃ ſuper hoc ex eo, ꝙ Empedocles attribuit aliqua caſui. dixit. n. ꝙ congregatio mundi, & eius ſegregatio fiunt ex amicitia, & lite: ſed hoc, ꝙ congregatio fit in aliquo tpe proprie, & ſegregatio in alio dicit eẽ caſu. et ſiſr attribuit motũ aeris ſuperius in quibuſdã tpibus, et nõ in quibuſdã caſui. & dicit etiam ꝙ eã cõgregationis, ex qua fit caput, pprie, et cõgregationis, ex qua fit man⁹, eſt caſus. & coactus eſt ad hoc, qm̃, cũ poſuit cauſam congregationis amicitiam ſimpliciter, non potuit dare cauſam, propter quam accidit aliqua congregatio, & non alia. & ideo attribuit hoc caſui. apparet igitur ex Empedo. ipſum ponere caſum eſſe aliud à ſuis principiis: ergo oportet ipſum dicere quid ſit caſus.

Cõgregatio mundi fit ſm Empedo. ex amicitia, & ſegregatio ex lite. Idē 8. phy. c. 8.

Sunt aũt quidam, q & cœli huius, & mundanorũ omniũ cauſam eſſe ponũt Caſum. à caſu. n. fieri dicũt revolutionẽ. et motũ, q diſcreuit, et cõſtituit in hunc ordinẽ vniverſũ.

Et quidam alij poſuerũt cauſam iſtius cœli, & omnium mundanorum Ex ſe. dixerũt enim ꝙ ex ſe fuit ex circulo motus, q diſtinxit, & conſtituit totũ ſm hunc ordinem.

Vult deſtruere ſermonem dicentiũ ꝙ Caſus eſt cauſa vniuſcuiuſq; eorum, & incœpit inducere modum, quo contingens iſtus, & eſt hoc, ꝙ ponunt cauſas caſuales, & omnium entium caſum, & ex ſe, & dixit Et quidam d'n, &c. D. d. uxit illud, ex quo cõtingit hoc, & dixit dicit. n. &c. t. quñ, cum poſuerunt ꝙ ex ſe, & casu fiunt reuolutio corporis cœleſtis, & motus, qui largitur aliis entibus ordinem contingit eis, vt oẽs cãe inueniant eis ex caſu, qđ. n. fuerit ex illo, quod fuerit ex caſu, fuerit ex caſu.

Et valde hoc ipſum admirationẽ dignum eſt, ꝙ dicant ipſi quidem animalia, ac plantas à fortuna nec eſſe, nec fieri, ſed aut naturam, aut intellectum, aut quippiam tale aliud eſſe cauſam. nõ. n. quoduis ex ſemine vnoquoq; fit, ſed ex tali quidem olea, ex tali autem homo: cœlum autem, & diuinora ſenſibilium à caſu fieri: talem autem cauſam nullam eſſe, qualem animalium, & plantarum.

Et hoc ipſum eſt mirabile, ſ. dicere in animalibus, & vegetabilibus ea non fieri, nec moueri caſu, ſed hñt cauſam, aut naturã, aut intelligentiã, aut aliud tll'r. non. n. generatur quodlibet ex quolibet ſemine, aut ex ſpermate, ſed ex hoc ſemine gñatur oliua, & ex hoc ſpermate gñatur hõ. & dicunt de cœlo, & de corporibus, q̃ ſunt de genere aliorum corporum diuinorũ, ea fieri ex ſe, et non hñre cãm omnino vt animalia, et vegetabilia.

Cum induxit primum inopinabile eorum, quæ dicuntur, induxit aliud, & dixit Et hoc, quod dicunt. vade ex mirabile, i. opinari ꝙ animalia, & vegetabilia, & alia, quę ſunt vtilia à corporibus cœleſtibus, non fieri inter. nec corrumpunt caſu, ſed ex cauſis terminatis, aut naturã, aut intelligentia, aut aliis cauſis, cum appareat ꝙ non quodlibet generetur ex quolibet, & opinati ſunt hoc de corporibus cœleſtibus, quę ſunt principia aliorum, & quæ eis largiuntur ordinẽ, ea fieri ex ſe, & non habere cauſam oino, quam animalia, & vegetabilia habent.

Atqui ſi hic ſe habeat hoc ipſum, dignum eſt conſyderatione, & bene ſcire habet dici aliquid de hoc ipſo. Nam preterq̃ ꝙ et aliqꝙ abſurdũ eſt quod dr̃, adhuc abſurdius eſt dicere hæc, cũ videãt in cœlo nihil a caſu factũ, in iis aũt, quę non à fortuna, multa contingere à fortuna. attamẽ par erat contrariũ fieri.

Et ſi hoc eſt ita, exigit per ſe cõſyderationem, et rectum eſt loqui de illo aliqꝙantulũ. Iſte. n. ſermo, licet ſit irrõnabilis omni modo, tñ maximum inopinabile cõtingit etiã eis ex hoc loco, ſ. ex hoc, ꝙ nõ inueniunt in cœlo aliqd, quod ſit ex ſe, et inueniũt in eis, quorum gñatio non eſt caſu, pl'a, quæ accidunt caſu. et neceſſe eſſet contrarium.

46 Qua iſte ſermo deſtruit primum principium eſſe, ideo induxit ſermonem in totum dicens Et ſcire oportet ſe eſt perſcrutari de hoc, & dixit Et hoc, quod dicunt. vade ex mirabile, notificat ꝙ perſcrutari de hoc magis eſt

q̄ perſcrutari de natura cauſæ. & dixit et rectum eſt loqui aliquantulum. quia iſta conſyderatio non eſt propria huic ſcientiæ, ſicut dixit fingens q̄ ens eſt vnum. Et, quia iſte ſermo eſt iopinabilis, dixit Iſte. n. ſermo, licet ſit, &c. 1. & rectum eſt loqui cum iſtis. qm̄, et ſi ſermo eorum eſt irrationabilis, tm̄ maxima inopinabilia accidunt eis, ſ. qm̄ attribuunt oia, quę apparent in cœlo, caſui, & eū hoc q̄ nunq̄ ſenſerunt, neq̄ ſentient aliquid in eis fieri caſu: & attribuunt quæ apparent i omnibus, quæ ſunt ſub cœlo, ordini, & non caſui, cū hoc q̄ plura eorum ſunt, quæ fiunt caſu. et oportet ponentem caſum eſſe principium ponere contrarium.

Sunt autem quidam, qbus Fortuna videt̄ qdem eſſe cauſa, immanifeſta autē humano intellectui, tanq̄ diuinum quiddam exiſtēs, & fœlicius. Quare conſyderandū eſt & qd ſit vtrūq;, & ſi idem, an aliud & caſus, & fortuna, & qūo in determinatas cās incidunt.

Et alį exiſtimauerunt q̄ Caſus eſt aliqua cauſa, ſed eſt ſubtilior q̄ vt apprehendatur à mente hominis, quia eſt res diuina nobilis. Oportet igitur piſcrutari de vtroq; qd ſit, et vtrū caſus, et ex ſe ſint idē, aut diuerſa, et qūo reducuntur ad cauſas, quas diſtinguimus.

47 Cum notificauit q̄ quidam negant ipſum eſſe, & quidam nimium extollunt ipſum, ita q̄ attribuūt cœlos et, incœpit inducere tertiam ſectam, & ſunt illi, qui concedunt ipſum eſſe, & dicunt q̄ nullus ſcit quiditatem eius, ſed eſt res diuina. & tacuit iſtos, quia iſte ſermo eſt irrationabilis, ſ. vt ſit hic cauſa ignorata naturaliter. & etiam cōtradictio eorū eſt demſrando eis qd ſit caſus. & ſermo eius reſiduus manifeſtus eſt per ſe.

Primum igitur, cum videamus alia quidē ſemper ſiſr fieri, alia autem frequenter, manifeſtum eſt q̄ neutri horum cauſa fortuna dicitur. id. n. quod à fortuna, neq; eius eſt, quod ex neceſſitate, et ſemp, neq; eius, quod eſt frequenter. ſed qm̄ quædam ſi unt & p̄ter hæc, & oēs hęc dicūt eſſe à fortuna, manifeſtum q̄ aliqd eſt Fortuna, & Caſus. talia. n. à fortuna, & quæ à fortuna talia eſſe ſcimus.

Dicamus igit̄ primo, q̄ nos videmus res quaſdam eſſe ſemp eodem modo, & quaſdā in maiori parte. manifeſtum eſt igitur q̄ caſus non dicitur eſſe cauſa alicuius iſtorum duorum modorum, et q̄ caſus non eſt illud, quod eſt neceſſarium, & ſemp, nec illud, qđ ẽ in maiori parte: ſed, qa ſunt hic aliqua, quæ fiūt extra iſtos duos modos, & homines dicunt iſta fieri caſu, manifeſtū eſt q̄ Caſus ẽ aliquid, quod ẽ Ex ſe. ſcimus. n. q̄ quicquid eſt tale fit caſu, & quicquid fit caſu eſt tale.

48 Primo perſcrutatur de natura, quę inuenitur ex caſu. qm̄, cum fuerit declaratum hic eſſe naturam propriam et, declarabitur ipſum eſſe, & declarabitur poſt quæ cauſa eſt: cauſata. n. ſunt notiora apud nos cauſis. Et incœpit diuidere res in aliqua, quæ ſunt ſemper, & alia, quæ ſunt in maiori parte, & poſuit q̄ neuter iſtorum duorum modorum ſit caſu. Et hoc, quod poſuit, manifeſtum eſt per ſe. qm̄, cum poſuerimus q̄ non oēs nia ſunt neceſſaria, ſequitur vt quædā ſint poſſibilia: & poſſibile diuiditur in illud, quod eſt poſſibile ī maiori parte, & in illud, quod non eſt poſſibile in maiori parte. et ſimiliter etiam manifeſtum eſt q̄ illa, quę fiūt in maiori parte, non dicuntur fieri caſu. ſi igitur caſus, & ex ſe ſit aliquid, neceſſe eſt vt ſit in rebus, quæ non ſunt poſſibiles in maiori parte. Et poſitio iſtius ſermonis eſt poſitio ſyllſi hypo. & cōponit ſic. Caſus aut eſt in rebus neč̄ſ, aut poſſibus in maiori parte, aut i illis, q̄ fiunt in minori pte, ſed non inuenit in neč̄ſ, neq; in poſſibus in maiori pte, ergo neč̄io inuenit in eis, q̄ ſunt in minori parte. Deinde iduxit teſtimonium hominum, & dixit & hoīes dicunt, &c. & rōcinatur ſuper hoc etiam ex conuerſione exiſtente etiam inter iſta. manifeſtum eſt. n. per ſe, q̄ illud, quod non eſt neceſſarių, neq; poſſibile in maiori parte fit caſu, & quod fit caſu non eſt neceſſarium, neq; poſſibile in maiori parte. ſed iſta, quæ non ſunt neceſſaria, neq; poſſibilia in maiori parte, quædā ſunt poſſibilia æqualiter, & quędam in minori parte, Quærendum igitur, vtrum caſus inueniatur in vtroq;. Sed, ſi exiſtimauerimus q̄ potētia iſtius ſermonis eſt potentia ſyllogiſmi hypothetici diuiſiui, neceſſe eſt ſm Ari. vt caſus ſit in vtroq;. Sed Poſteriores Peripatetici, vt narrauit Auicē. dicunt q̄ caſus inuenit in eis, quæ ſunt poſſibilia in minori parte, non in eis, quæ ſunt æqualiter. & hæc eſt ſnia Themiſtij. Auicēna aūt dicit q̄ caſus ẽ in vtroq;. & narrauit q̄ illi ratiocinantur ſuper hoc, dicētes q̄ illa, quæ ſunt & non ſunt æqualiter, cum attribuuntur potentiæ actiuæ, ſunt vt ambulatio, et quies. cum. n. aliquis ambulat, non dicimus q̄ ambulatio eius fuerit caſu, neque, ſi quieuerit, quòd quies eius fuerit caſu. Auicenna autem contradixit huic ſic. Non eſt impoſſibile inuenire vnum, quod dicatur eſſe neceſſarium in reſpectu alicuius, & caſuale in reſpectu alterius: & ſiſr erit poſſibile in maiori parte in reſpectu alicuius, & in minori parte in reſpectu alterius. Et quaſi intēdit q̄ ambulatio, ſi attribuitur potentiæ motiuę in loco, erit caſualis, quia non eſt in natura iſtius potentiæ mouere pluſq̄ quieſcere: &, ſi attribuitur ad appetitum, qui facit motum, non erit caſualis. Sed, ſi hoc fuerit, non erit hoc contingens vt ī paucioribus naturaliter, neq; vt in pluribus, neq; neceſſarium, quod eſt inopinabile. Et manifeſtum eſt q̄, qñ dicimus q̄ contingit mihi q̄ comedi cum ſacietate, & hoc eſt caſu, & dicitur ſine caſu, vt me comedere per appetitum. ergo contingens æquale impoſſibile eſt vt inueniatur ex eo altera duarum actionum, niſi ex altera cauſa coniuncta cum eo: qm̄ neutra actio eſt dignior vt ſit reliqua. &, cū ita ſit, actio nō inuenitur ex eo, quod eſt contingēs æqualiter, niſi ex aliqua cauſa extrinſeca coniuncta cum eo. Iſta igitur cauſa, ſi fuerit vt in pluribus, tunc illa actio non dicetur fieri caſu, ſ. ſi prouentus illius actionis ab eo fuerit in maiori parte, erit in pluribus, & ſi fuerit in minori parte, erit i pauciorib. cum igitur actio prouenit ab aliquo contingente per ſe, & primo, neceſſario aut eſt in minori parte, aut in maiori. à contingente autem æqualiter nulla actio prouenit, ſm quòd eſt contingens æqualiter, qm̄ natura eius eſt natura materię, non natura formæ. Actiones igitur, quæ nō ſunt neceſſariæ, neq; contingentes vt in pluribus, neceſſario prouenient in minore parte. & ſm hoc caſus non erit in contingenti æqualiter, neq; etiam Ariſt. dimiſit vnum modum actionum, in quibus inuenit caſus.

Et debes ſcire q̄ dīa inter cōtingens vt ī pluribus, & neceſſarium non eſt q̄ cōtingens vt in pluribus habet impedimentum vt in pauciorib., & neč̄ium non habet impedimentū, vt dicit Aui, ſm, n, hoc ſequitur, vt omnia ſint naturaliter neceſſario: immo contingēs vt in pluribus eſt illud, in cuius natura eſt poſſibilitas vt actio eius deficiat in minori parte: et ideo inuenitur illic impedimentum extrinſecum. neceſſarium vero, quia non habet hoc in ſua natura, ideo non inuenitur impedimentum illi extrinſecum. ſi ergo non inuenitur impedimentum extrinſecum ei, quod eſt contingens vt in pluribus, contingeret tunc vt poſſibilitas in illo eſſet octoſa: &, ſi inuenitur ei, quod eſt neceſſarių impedimentum, tunc eſſet impedimentum octoſum: & natura nihil agit octoſe. Et, cum contingentia dr̄ de cauſa agente, & recipiente, perſcrutandum eſt de iſtis perfecte. Dicamus igitur q̄ prima materia eſt parata ad recipiendum duo contraria æqualiter, & ideo receptio vtriuſq; contrariorum eſt ei naturalis. & ſiſr apparet de aīa concupiſcibili, ſ. ipſam eſſe pręparatam ad actiones contrarias æqualiter. Iſtud igitur contingens non habet cauſas agentes contraria æqualiter in omni tempore, ſ. illud, quod eſt naturale, & ſi nō, tunc natura ageret octoſe. vnde neceſſe eſt vt illæ actiones attribuantur agenti, ſ. quod facit alterum contrariorum ita, ſm q̄ in pluribus, non caſu. &, ſi eſſet hic aliquid, quod agit, & non agit æqualiter, tunc natura ageret octoſe: potentia. n. ad eſſe, & non eſſe eſſet æqualis in eo p ſe. Et, cū dicimus q̄ potētia ad eſſe in prima materia eſt æqualis potentiæ ad non eſſe, intendimus quòd duo contraria inueniuntur in ea in temporibus ęqualibus oppoſitis, vt pluuiam eſſe, & non eſſe æqualiter, ſed hic in hyeme, & hic in æſtate. et cauſarum alternatio agentium hæc duo contingentia æqualiter eſt neceſſe in temporibus æqualibus, & actio earum in cauſatis eſt in maiori parte, & ſunt corpa cœleſtia, & ideo ſunt cāæ eorū, quæ ſunt, & nō ſunt æqualr. Apparet igr̄ ex hoc, q̄ contingens æqualr non inuenit in potentijs agētibus p ſe, ſed in potētijs paſſiuis, & in eis, quarum pparatio ad receptionem duorum contrariorū eſt ęqualis, ſiue ſit aīa, aut non aīa. in potētijs aūt paſſiuis, q̄ dignius recipiunt alterum contrariorū q̄ reliquum, non eſt contingentia æqualiter: & tamen contingens æqualiter inuenitur in paſſione, non in actione. nō. n. inueniuntur actiones, quę ſunt ęqualiter. paſſiuum. n. non exit ad actum niſi à potentia actiua. & hęc eſt cauſa, quare Ariſt. dimiſit in hoc capitulo contingens ęqualiter. ſermo autem dicens q̄ omnia ſunt neceſſaria nullus eſt, & in Metaphyſica cōtradicitur.

Eorum autem, quæ fiunt, alia quidē propter aliquid fiunt, alia vero non. horum aūt, alia quidem ſm electionem, alia vero nō ſm electionem. ambo autē ſunt in rjs, quæ propter aliquid. Quare manifeſtum eſt q̄ in rjs, quæ ſunt præter neceſſarium, & quod frequenter, ſunt quædam, circa quæ contingit eſſe id, quod eſt propter aliquid. Sunt autem propter aliquid, & quæcunq; ab intellectu vtiq; aguntur, & quæcunq; à natura.

Et poſtea illa, quæ ſunt, quædam propter aliquid, & quædam non. quædam. n. ſunt p cognitionem, vel voluntatem, & electionē, & quædam non. ſed hæc duo collocantur in eis, quæ ſunt propter aliqd. Declaratum eſt igitur q̄ in eis, quæ ſunt extra neceſſarium, & extra illud, quod eſt in maiori parte, ſunt aliqua, in quibus poſſibile ẽ inuenire aliqd, quod eſt propter aliud. Et illa, quę ſunt propter aliquid, ſunt omnia, quæ facta ſunt per cognitionē, & omnia, quæ ſunt à natura.

Cum declarauit q̄ caſus, & ex ſe ſunt in rebus, quæ ſunt in minori parte, & illa, quæ ſunt in minori parte, quædam ſunt à rebus, quæ non ſunt propter aliquid, vt actiones, quæ fiunt ſine cognitione, vt caſus capillorum à contrectatione barbæ, hoc. n. fit in minori parte, & quædam fiunt in minori parte, ſed à rebus, quæ ſunt propter aliquem finem, ſed ſequitur ex eis aliud ab illo fine, vt inuento debitoris in toro, hoc. n. eſt in minori parte, ſed fit ex itinere ad lorum, quod fuit propter aliquem finem. Et, cum hoc fecit, incœpit in hoc ſermone declarare quod caſus, & ex ſe ſunt in rebus, q̄ ſunt in minori parte, quæ fiunt à rebus, quæ ſunt propter aliquam cauſam. ſed errauerūt in illa cauſa, & fuit inuenta ab eis alia cauſa, & dixit Et poſtea, &c. i. poſtea illa, ex quibus ſunt res, quæ ſunt in minori parte, quædam ſunt propter aliud, & ſunt actiones, quę ſunt à cognitione, & voluntate, & quædam ſunt non propter aliud, et ſunt actiōes octoſę. D. d. ſed hęc duo, &c. i. ſed caſu, & ex ſe fiunt ex rebus, quæ ſunt propter aliquid, ex quibus inuentur aliud in minori parte. D. d. Declaratum eſt igitur, &c. i. &, cum ſit declaratum de rebus, quæ ſunt in minori parte, q̄ quædam fiunt ex rebus, quę ſunt propter aliud, & quędam fiunt à rebus, quæ non ſunt propter aliquem finem, manifeſtum eſt q̄ in illis, quæ non ſunt neceſſaria, neq; cōtingentia in maiori parte, inueniuntur aliqua, quæ ſunt in minori parte, quæ fiunt à rebus, quæ ſunt propter aliquā cauſam, ſ. propter aliquem finem. Et, cum declarauit q̄ illa, quæ ſunt in minori parte, ſunt duobus modis, modo ſ. qui fit ex aliquo, quod eſt propter aliquem finē, & modo, qui fit non per aliquem finem, & q̄ illa, quæ fiunt ppter aliud, ſunt res perfecte à natura, & à cognitione, incœpit declarare q̄ in primo modo eſt caſus.

Huiuſcemodi igr̄, cū ſm accīs hunt, à fortuna dicimus eſſe. vt. n. & quod eſt, aliud q̄dem per ſeipſum eſt, aliud autē ſm accidens, ſic & cauſam contingit eſſe. vt ipſius domus per ſe quidem cauſa eſt ædificatiuum. ſm accidens autem album, aut muſicum. itaq; per ſe cauſa definita eſt, quæ vero ſm accidēs indefinita. infinita. n. vni accident. ſicut igitur dictum eſt, cū in rjs, quę propter aliqd fiunt, hoc fiat, tunc dicitur a caſu, & à fortuna.

Quod igitur eſt tale, cum fuerit per accidens, dicemus ipſum fieri caſu. & quemadmodum ens quoddam eſt per ſe, & quoddā per accidens, ſiſr poteſt eſſe cauſa. v. g. qm̄ cauſa eſſentialis domus eſt ædificator, accidentalis vero muſicus. et cauſa eſſentialis eſt terminata, accidentalis vero non terminata. eidem. n. poſſunt accidere infinita. & eſt, ſicut diximus, qm̄, quando in rebus, quæ ſunt propter aliqd fuerit hoc, quod narrauimus, tam dicitur eſſe tunc ex ſe, & caſu.

Et illa, quæ ſunt talia ex rebus, quæ ſunt propter aliquid, qñ ex eis fit aliud per accidens, dicitur q̄ illud fit caſu. Deinde dixit & quemadmodum ens quoddam eſt per ſe, &c. i. & quemadmodum ens quoddam eſt per ſe, & eſt ſubſtantia, & quoddam eſt accidens et & eſt accidēs, ſiſr eſt de cauſa, ſ. quoniam cauſa, quædam dicitur

Prima materia ẽ parata ad recipiendum duo cōtraria æqualiter. Idē. 9. meta. 17. &. 4. cæ. c. 35. & 2. de gñatione. 51.

Caſus nō ẽ neceſſarius, neq; in his, quæ ſ. vt in 8°. idem 2. Gen. t. c. 59. Digreſſio

Oſi. Themiſtij, et rō opinionis.

Auicēna cōtra Themiſtium.

Auerrois contra Auicennam.

Sermo dicēs q̄ oia ſūt neceſſaria nullus eſt. a In Cod. An. addita ſūt hęc verba, & hoc ẽ contra ponētes fideſtinationē. Ideſt oib°. ſed forte eſt gloſſa.

A cōtingēte æqualr nulla actio, ꝓcedit, ſm q̄ ẽ cōtingēs æqualr. Nota q̄ ex hoc ſoluitur rō Auicen.

Recapitulo

Cōtinuatio. 49

Expoſitor

dicitur causa per se, vt ædificator domus, & quædam per accidens, vt ædificator, cui accidit q̃ fuit musicus, in eo q̃ musicus. dicitur. n. q̃ musicus est causa domus per accidens, i. quia inuenitur in causa, quæ est per se.

Et dr̃ia inter illud, quod agit casu, & iter causam, quę est per accidens, vt dixerunt expositores, est, qm̃ causa, quæ est per accidens, vt Musica, aut Medicina, nō operatur in domum sīno, neq; agit illam, sed dicitur causa per accidens, quia accidit causæ agenti, & dicit
* a.l. casus. * illud agens p̃ accidens, quia ex eo fit aliquid per accidens, non illud propter quod est, & est illud, quod fit ex eo per se. D.d. causa autem per accidens, &c. causa, quæ est per accidens, non est terminata, cum possibile est vt accidant causæ, quæ est per se, infinita per accidens. Et prædixit hoc, vt notificet post q̃ cū agēs per accidens illud, quod fit ex ipsa, est etiam causa non terminata: qm̃ illa acta, facta per accidens possunt fieri ā pluribus causis diuersis. inuenire. n. debitorem potest ee abire ad forum, & ire ad scholas, & à pluribus.

Cū p̃ accīs nō determinatū sit. 1. phy. cō. 44. & 8. phys. & 46

D.d. & est sicut diximus, & c. et, cū declarata sunt ista, & exposita, manifestum est q̃, cum à rebus agentib⁹, quæ sunt ꝓpter aliquam actionem, fuerit iste modus actionis, fit ex eis p̃ accīs, & sunt causæ eius agentes p̃ accīs, & dr̃ fm̃ hunc modum fieri casu, et ex se.

Ipsa autem adinuicem horum differentia posterius determinanda est. nunc vero hoc sit manifestum, q̃ vtraq; sunt in ijs, quę propter aliquid sunt. vt causa recipiendi argentum venisset, reportaturus pecuniam, si sciuisset: venit autem non huius gratia, sed accidit venisse, & fecisse hoc reportādi gratia: hoc autem neq; vt frequenter veniente ad locum, neq; ex necessitate. Est autē hmōi reportatio, non causarum, quæ in ipso, sed eligibilium, & ab intellectu, & dicit tunc à fortuna quidem venisse. si autem proponens, & huius gratia, aut semper veniens, aut frequenter reportans, non a fortuna.

Differentia autem, quæ est inter hæc duo in se, determinanda est post. sed in hoc loco manifestum est q̃ ambo collocantur in eo, quod est propter aliquid. v. g. qm̃ iste homo iret ad talem locum, vt acciperet à debitore suam pecuniam, si sciret hoc: sed nō propter hoc iuit ad illum locū, itio eius ad illum locū propter hoc, quod accipiet suam pecuniam, fuit accidens ei: & hoc erit, quando itio eius ad illum locum non fuerit consueta ei, neq; necessaria. Et finis, i. accipere pecuniam nō est ex causis, quæ sunt in ipsa natura rei, sed ex causis, quæ sunt sine voluntate, & sine cognitione, & tunc dicitur q̃ contingunt casu. si igitur fuerit per voluntatē, & itio illic fuerit propter hoc semper, aut in maiori parte, tunc accipere pecuniam non erit casu.

51 Differentia aūt inter hęc duo, &c. i. inter casum, & ex se. D.d. i hoc autem loco. i. quod declaratum est ex eis est, qm̃ collocantur in causis, quæ sunt propter aliquid, s. agētibus. hoc. n. ita se habet ad illa, sicut genus, & illud, quod habet se ad illā, sicut dr̃ia est, vt sint causæ agentes per accidens. D. induxit exemplū, & duxit v. g. &c. i. & causæ agentes, quę sunt propter aliqd esse causas alicuius per accidens, & sunt illa, quę dicuntur casu, & sunt, sicut, si aliquis homo habet debitorē, & est in aliquo loco, quem nescit esse ibi: &, si sciret, tunc iret ad illum. accidit igitur illi homini tendere ad illum locum ad faciendum aliud, cuius cōsuetudo fuit vt fieret in illo loco. iste igitur homo, qm̃ tenderit ad illum locum, & inuenerit suum debitorem in illo, & acceperit pecuniam ab eo, dicetur q̃ inuētio eius fuit casu: et manifestum est q̃, cum exiuit ad illum locum, nō intēdebat accipere pecuniam. exitus igitur eius ad illum locum fuit causa acceptionis pecuniæ per accidēs, cum voluntas eius non intendebat accipere illam pecuniam. Et hoc intendebat, cum dixit non est ex causis, quæ sunt in ipsa natura rei, i. in natura exitus ad illum locum, cum non sit consuetudo ad inueniendum debitorem illic: sed est causa per accidens, cum non cogitabat, neq; intendebat illud: & tunc dicitur q̃ acceptio pecuniæ est per accidens. si autem itio eius ad illū locum fuit ad hoc, vt mueniret suum debitorem in illo loco, quia debitor est assuetus inueniri illic, aut semper, aut in maiori parte, & inuenit illum, tunc itio erit causa acceptiōis pecuniæ per se, & nullus dicit q̃ acceptio pecuniæ fuit per accidens. Et hoc intendebat, cum dixit si igitur fuerit per voluntatem, &c. i. si igitur itio eius ad illum locum fuit p̃ voluntatē ad accipiendū illic pecuniam à debitore, quia consuetudo est vt illic accipiatur pecunia ab eo semper, aut in maiori parte, & inuenit, & acceperit pecuniam ab eo, tunc non dicetur quòd acceptio pecuniæ fuit per accidens. & causa vtriusq; est vna, & est itio. causæ igit agētes collocant in casu, & ex aīa, cū fuerint causæ alicuius per accīs.

Quid sit fortuna.

Manifestum itaq; q̃ fortuna causa est fm̃ accidens in ijs, quæ secundum electionem, eorum, quæ propter aliquid sunt. quapropter circa idem & intellectus, & fortuna est. electio. n. non sine intellectu est.

Circa ea q̃ fiunt ex electis, & in quibus fortuna versatur.

Declaratum est igitur quòd casus est causa per accidens in rebus, quæ sunt voluntariæ, & ex eis, quę sunt ꝓpter aliquid. & ideo cognitio, & casus sunt in eodem. voluntas enim non est sine cognitione.

52 Hæc est definitio casus, fm̃ q̃ apparuit ex sermone prædicto. & dixit q̃ est causa per accidens, vt distinguat inter illud, & causam essentialem. Et cum dixit in rebus, quæ sunt voluntariæ, intendit in rebus paucioribus, quæ sunt voluntariæ, & est dr̃ia, qua distinguit subiectum casus ab eo, in quo non contingit casus. Et, cum dixit ex eis, quæ sunt propter aliquid, distinguit inter ipsum, et actiones otiosas. per has igitur tres differentias perficitur definitio casus, & contentus est ad dicendum illa, quæ sunt voluntariè, vt distinguat casum ab eo, quod fit ex se. & forte tacuit hoc, quia notum est quod illud, quod fit ex natura, in hoc est, sicut illud, quod fit ex voluntate. Deinde d. & ideo cognitio, & casus sunt in eodem. id est &, quia casus est causa per accidens in rebus, quæ sunt à voluntate, & propter aliquid, ideo subiectum casus, & cognitionis est idem: quoniam subiectum casus, & voluntatis est idē: & voluntas non est extra cognitionem. & similiter intelligendum de natura, s. quòd subiectum casus, & rerum intentarum in eis est idem.

Volūtas fit extra cognitionē. Idem 12 meta cōmen. 19.

Indefinitas igitur causas necesse est esse, à quibus fiat quod est à fortuna. vnde videtur fortuna indefiniti esse, & immanifesta homini.

mini. Et est, vt nihil à fortuna videatur vtiq; fieri. omnia enim hæc recte dicuntur, quoniam rationabiliter. est enim vt fiat à fortuna, secundum accidens enim fit.

Et causæ, ex quibus est illud, quod est casu, necesse est vt sint non terminatæ, & ideo existimat q̃ casus etiam est non terminatus, neq; manifestus homini. Et quodammodo rectum est existimari q̃ nihil fit casu. qm̃ oēs isti sermones, quia sunt recti, sunt necessarij in illo. est. n. hic modus latens eius, quod fit casu, & quoniam non fit, nisi per accidens.

53 Et causæ, quæ sunt casu, non sunt terminatæ, quia sunt causæ per accidens, & vt in paucioribus. Et intendebat per hoc notificare quòd cognitio non continet casum, & quòd nulla scientia speculatiua perscrutatur de illo, cum nullum ens intentum naturaliter proueniat ex eo, & entia, quæ sunt ab eo, non possunt habere causas terminatas. D.d. necesse est vt sint non terminatę. s. in se. i. extra mentem, cum non sint causæ vt in pluribus, sed in paucioribus eorum, quæ fiūt ex eis.

Nulla scia speculatiua p̃ scrutatur de eare p̃ accidēs. Idem 6 met. te. 4.

D.d. & ideo existimatur, &c. i. quòd scientia eius est non terminata apud nos: quoniā ex eo, q̃ in se est causa, s. non terminata, ideo scientia eius est non terminata. D.d. & rectum est quodammodo existimare, &c. i. propter latentiam suæ naturæ existimatur ipsum nō esse, & causa latentiæ eius est, quia est per accidens, & quod est per accidens est in minori parte, & quod est in minori parte existimatur non esse. & hoc intendebat, cum dixit est enim hic modus, &c.

Et est causa, vt accīs, fortuna, vt autē simplr nullus. vt domus ædificator quidē causa est, fm̃ accidens aūt tibicen. et vt veniens referat argentū, non huius causa veniens, infinitæ sunt multitudine: etenim videre aliquē volens, & persequens, & visurus, & fugiēs.

Casus igitur est causa fm̃ q̃ est accidēs, simpliciter autē non est causa alicuius omnino. v. g. quoniam causa domus est ædificator p̃ se, per accidens vero musicus. & hominem ire ad aliquem locum, donec apprehendat pecuniā, absq; eo, q̃ propter illam pecuniā iuit ad illum locum, habet causas infinitas. v. g. velle inuenire illic aliquem amicum, aut quærere fugientem, aut fugere quærentem.

54 Dicit q̃ casus est causa agens per accidens, & non simpliciter. causa enim essentialis est vna eius, cuius est causa, causæ autem per accidens sunt infinitæ, verbi gratia quoniam causa domus per se est ædificator, per accidens vero sunt infinitæ, verbi gratia musicus, & medicus, & similiter causæ casus sunt infinitæ. ire enim ad aliquem locum, vbi contingit inuenire debitorem, à quo apprehenditur pecunia, habet causas infinitas. vadit enim illuc propter causas diuersas, verbi gratia ad quærendum aliquem amicum, aut fugiendum aliquem inimicum. Et iste sermo est quasi prima figura. & vna propositio eius est, quòd illud, quod est casu habet causas infinitas: secunda autem, q̃ causę infinitæ collocantur in causis, quæ sunt per accidens: & concluditur quòd casus est causa per accidens. exēp'um igitur, quod induxit de domo, & ędificatore, induxit ad verificandum maiorem propositionem, & exemplum, quod induxit de debitore, induxit ad verificandum minorem).

Et dicere esse aliqd p̃ter rationem fortunā recte est. ratio. n. est aut eorum, quę semp sunt, aut eorū, quæ frequenter: fortuna autē est in ijs, quæ fiunt p̃ter hæc. quare, cū indefinitæ sint quæ sic sunt causæ, & fortuna indefinita est. Attamen etiā in qbusdā dubitabit vtiq; aliqs, nunquid quæuis sint fortunæ causæ, vt sanitatis, aut spiritus, aut æstus, sed non detonderi. sunt. n. aliæ aliis proximiores earum, quæ fm̃ accidens, causarum.

Cum igit causæ, quę sunt fm̃ hunc modū, sunt non terminatę, casus etiā est non terminatus. Sed hō dubitat in vnaquaq; earum, vtrū causæ casus sunt quæcūq; causæ sint ex eis, ex quibus fit aliquid casu. v. g. q̃ causa sanitatis fuit aduentus venti, & solis, non euacuatio. causę. n. quę sunt p̃ accidens, quędam sunt propinquiores quibusdam rebus.

55 Hoc, quod dicit, manifestū est per se. qm̃, cum causæ fuerint non terminatæ, casuatum etiam erit non terminatum, sed, licet homo concedat q̃ causæ casus sunt non terminatæ, dubitat in causis vnaquæq; earum, quæ fiunt, quæ earum attribuatur casui, & quæ non, quoniam quia causæ casus sunt causæ per accidens, & causæ, quæ sunt per accidens, quædā sunt propinquæ, & quædam remotæ, remotæ autem magis sunt de capi. accidentis, q̃ propinquæ, & propinquę magis sunt de eo, quod est per se, ideo conuiderans reuoluit se in istis causis. cum autem differentia fuerit manifesta in eis, non reuoluetur, inter causam essentialem, & accidentalem. vt cum dicimus q̃ causa sanitatis casualis est aduentus venti, & solis, nō euacuatio: manifestum est enim quòd aduentus venti est causa sanitatis per accidens, euacuatio autem per se. exemp'um igitur, quod induxit, non est de causis, quæ faciunt dubitare de casu, sed de eis, quę non faciunt dubitare, et induxit exemplum loco secundi modi, & quasi dicat & causarum in quibusdam dubitatur, & nō possunt distingui illæ, quæ sunt casu ab illis, quæ sunt per se, & quædam nō, vt cum dicitur q̃ causa sanitatis fuit aduentus venti, & solis, non euacuatio. Deinde induxit causam dubitationis accidēs in istis causis, & dixit causę enim, quæ sunt per accidens, &c. & hoc est ita, quoniam, cū in quo'libet genere sunt aliqua nota naturaliter, & alia quæ ignota, & casus est vnum generum entium, accidit in eo etiam tale accidens. s. quoniam in eo est, quod est manifestum per se ipsum esse causam, & quod non est manifestum per se. Themistius vero exponit hoc e ipsu'um ita, q̃ intendebat notificare q̃ causæ casus quædam sunt propinquæ, & quædam remotæ, & q̃ hoc intendebat per exemplum, cum dicit quòd causa sanitatis fuit aduentus venti, &c. quasi intendit q̃ alterum istorum est propinquius reliquo. Et in quibusdam libris inuenimus non abradere caput. & secundum hoc intendit, quod causæ remotæ, quæ sunt per accidens, non numerantur in causis casus. abradere enim caput est causa, causalis remota: tol autem, & vnius est causa propinqua.

Fortuna autem Bona quidem dicitur, cū bonum aliquid euenit. Mala autem, cū ma-

Quod parū, tanq̄ nihil differe vī.

ſum aliquid. Proſperitas vero fortunę, et Infortuniū, cum magnitudinem hñt hęc. Quo circa, & cum parum abeſt, vt qs malum, aut bonū capiat magnum, eſt vel infortunatum eẽ, vel bene fortunatum: qm̃, tanq̄ exiſteret, dicit intellectus. quod. n. parum, tanq̄ nihil differe vī. Amplius autem incerta eſt ꝓſpera fortuna rōnabiliter. fortuna. n. incerta ẽ. neq; n. ſemper, neq; frequẽter poſſibile eſt eſſe eorum, quæ ſunt à fortuna quicquam.

Et dicit ꝙ Caſus eſt Bonus, cum finis eius fuerit laudabilis, & dr̃ ꝙ eſt Malus, qñ finis eius fuit illaudabilis, & dr̃ Bonitas caſus, & Malitia caſus, qñ iſti fines fuerint maximi. Et iō q ferè venit ad maximū malū, aut maximū bonū, dr̃ fortunati caſus, aut infortunati: intellectus. n. profert res ſm ꝙ ſunt, aut ferè. illud. n. quod diminuit quaſi nihil eſt. Sed fortunitas caſus eſt res non certa. quod. n. fit caſu non eſt ſemper, neq; in maiori parte.

56 Et dicitur ꝙ caſus eſt Bonus, cum finis eius fuerit laudabilis, & econtra. Bonitas autem caſus eſt, quando illud laudabile fuerit maximum. & ſimiliter Malitia caſus dicitur, quando illud illaudabile fuerit maximum. Et quaſi intendit ꝙ bonitas, & malitia caſus vſitãtur, quando caſus ſunt maximus, magis q̄ vſitantur bonus caſus, & malus caſus. & forte hoc eſt in vſu hominum. D.d. & ideo qui ferè venit, &c. i. & propter hoc, quod diximus ꝙ malitia, & bonitas caſus dicitur in maximis caſibus, ideo dicuntur in eo, qui ferè venit ad maximum malum, & euadit ab ipſo, quod eſt Fortunati caſus, & qui ferè venit ad maximum bonum, et non attingit ipſum, dicitur ꝙ eſt Mali caſus. illud. n. quod eſt propinquum ad habendum, & exiſtimatur oīno haberi, eſt apud intellectum quaſi habitū. & hoc intendebat, cum dixit intelle ctus. n. &c. i. & homines tenent illa, quæ ſunt propinqua ad habendū, quaſi habita, quia itellectus profert res, ſm ꝙ ſunt in ſe. ſed forte diminuit in aliquo modico, & exiſtimatur ꝙ nō diminuit in aliquo, ſicut accidit in iſtis rebus, quæ ſunt propinquæ ad eſſe, deinde impediuntur à caſu. intellectus enim ponit eas quaſi exiſtentes. Et induxit totum hoc ad demonſtrādum ꝙ non dicunt malitiam, & bonitatem caſus, niſi de finibus exiſtentibus i actu, aut de illis, quæ ſunt quaſi exiſtentes in actu. Deinde dixit Sed fortunitas caſus eſt nō certa res. et dixit hoc, ne homo deciptatur in ſua vita humana ex hoc, quod accidit ei de bonitate caſus.

Sunt igitur ambo cauſæ, quemadmodum dictum eſt, ſecundum accidens, & fortuna, & caſus, in ijs, quæ poſſunt fieri non ſimpliciter, neq; frequenter. & horum, quæcunq; vtiq; fient in ijs, quæ propter aliquid. Differunt autẽ, quoniam caſus in plus eſt. quod enim eſt a fortuna, eſt & à caſu: hoc autẽ non omne à fortuna eſt. Fortuna enim, & quod à fortuna eſt, ijs ineſt, quibus & fortunatos eſſe inerit, & omnino actio.

Caſus igitur, & ex anima ambo ſunt cauſæ per accidens in rebus cõtingentibus, non ſimpliciter, neq; vt in pluribus, & iſtorum in eis, quæ ſunt propter aliquid. Sed differunt, quoniam ex anima dicitur de pluribus eis, de quibus dicit caſus. omne. n. quod eſt caſu, ex ſe eſt, & non omne, quod eſt ex ſe, eſt caſu, caſus enim, & illud, quod eſt caſu, inueniuntur in rebus, in quibus poteſt contingere bonitas caſus, & vniuerſaliter in rebus, quæ poſſunt operari.

Cum declarauit naturam cõem caſus & eius, ꝙ eſt ex ſe, incœpit dare differentiam inter illa, et primo dedit definitionem continentem illa, & dixit Caſus igit̃, & ex anima, &c. ideſt et intendit per contingentia entia, & p hoc, ꝙ dixit non ſimpl̃r, i. nō illa, q̄ ſunt nec̃ia, neq; illa, quę ſunt i maiori parte, ſed i eis, quę ſunt neq; nec̃ia, neq; vt in pluribus, et ex iſtis etiam in eis, q̄ ſunt ꝓpter aliquid. D. dixit Sed differũt, &c. i. & ex ſe dicitur magis generale q̄; caſus. omne. n. quod eſt caſu, dicitur eſſe ex ſe, & omne, quod eſt ex ſe, non dicit eſſe caſu, ſed nō ſm ꝙ illud, quod ſignificat illud, quod eſt ex ſe, eſt quaſi genus eius, quod eſt caſu, ſed ex ſe. et caſus in rei veritate ſunt duæ ſpecies, quarum altera eſt in rebus voluntarijs, & ſecunda in rebus naturalibus. ſed vtitur vno nominum iſtarum duarum ſpecierum communiter, & proprie, & eſt ex ſe. quandoq; igitur ſignificat caſum in rebus naturalibus tantum, & quãdoq; ſignificat caſum in rebus naturalibus, & voluntarijs. caſus autem non ſignificat niſi illud, quod fit in rebus voluntarijs tantum. D. d. caſus enim, &c. caſus enim ſignificat illa, in quibus caſus poteſt dici bonus, & ſunt vniuerſaliter res operatiuæ.

Quocirca & neceſſe eſt circa agenda eſſe fortunam. Signũ autem eſt, qm̃ videt̃ vel idẽ eſſe cũ fœlicitate Proſpera fortuna, aut ꝓpe. fœlicitas aũt actio q̄dã eſt. eſt. n. bona actio. Quare quibuſcunq; non contingit agere, ijs neq; à fortuna aliquid facere continget.

Fœlicitas ẽ quędã actio.

Et ideo neceſſe eſt, vt caſus ſit ex rebus, q̄ fiũt. Et ſignũ eius eſt, qm̃ exiſtimat̃ ꝙ Bonitas caſus, & fortunitas maximorum eſt aliqua opatio: creſcit. n. in operatione. Ex quo ſequit, vt quicquid non intendit opationẽ, impoſſibile eſt vt faciat aliquid caſu.

Et quia bonitas caſus inuenitur in rebus voluntarijs, neceſſe eſt vt caſus ſit in rebus voluntarijs, nõ naturalibus. D.d. Et ſignũ eius eſt, quia exiſtimat̃, &c. i. & ſignum eius, quod Bonitas caſus eſt in rebus operatiuis, eſt, qm̃ bonitas caſus ẽ fortunitas eorum, qui maximam habẽt fortunitatem: fortunitas autem non eſt niſi in actionibus. nihil. n. aliud eſt niſi actiones finium laudabilium. & hoc intendebat, cum dixit inuenitur. n. in operatione. Et, cum declarauit ꝙ bonitas caſus eſt fortunitas: & fortunitas non inuenitur niſi in homine: ergo caſus nō inuenitur niſi in actionibus hominis voluntarijs tm̃. & ideo dixit poſt. Ex quo ſequitur, &c. i. cum poſuerimus ꝙ caſus inuenitur in rebus volũtarijs, ſequitur vt omnia, quę non habent voluntatem, neq; intentionem, vt non habeant caſum.

Fortũitas ẽ nti i actionib⁹. Idem. 12. me. c. 19

[a] Ob idq;, neq; inanimatũ ꝓpiam, neq; beſtia, neq; puerulus, quicq̄ facit à fortũa, qm̃ nõ hñt electionem: neq; proſpera fortuna, neq;

a Fortũa nõ i rebꝰ ai. rãtibꝰ, neq; i ſtantibus neq; in bris. Idem Eth. cap. &. 10. hñs cap. 10.

neq; infortunitum, his ineſt, niſi ſm ſiſ̃itudinẽ. vt dixit Protarchus fortunatos eſſe lapides, ex qbus ſunt arę, ꝙ honorent̃, copulati aũt cũ his cõculcent̃. Pati aũt à fortuna ineſt quodãmodo & his, cum agens aliquid circa hæc agat à fortuna: aliter autem non eſt.

Et ꝓpter hoc nihil agit caſu aliquid illud, quod nõ habet animam, neq; brutum, neq; infans, qm̃ non habent electionem, neq; habẽt fortunitatem caſus, neq; infortunitatem niſi ſm ſimilitudinẽ, ſm ꝙ dixit Protarchus, quoniam lapides, ex quibus fiunt idola, ſunt fortunati, quia ſunt glorioſi, & alij lapides incedunt ſuper ipſos. Paſſio enim caſus eſt iſtius etiam quodammodo, qñ aliquod agẽs egerit aliquid caſu: alio vero modo non.

59 Cum declarauit ꝙ caſus eſt in rebus, quæ ſunt ſm cognitionem, incœpit declarare ꝙ ſequitur ex hoc, vt caſus non inueniatur in aliqua operatione rerum non animatarum, & non habentium cognitionem, & dixit Et propter hoc, &c. i. et propter hoc, quod declaratum eſt, ꝙ caſus eſt in actionibus inãẽis, manifeſtum eſt, ꝙ caſus non mutatũ in rebus carentibus aĩa, neque in aĩalibus brutis, neq; in infantibus, quia non habent cognitionem. D. induxit exemplum, & dixit & in iſtis non inuenitur caſus, quia fortunitas, aut infortunitas non attribuitur alicui iſtorum, niſi trãſumptiue ſm paſſiones contingentes eis ex habentibus voluntatem, vt accidit quibuſdam lapidibus vt fiant idola glorificata, aut altaria. Et hoc intendebat, cum dixit Paſſio autem eſt caſus iſtorum, i. quoniam non habẽt caſum in actione, ſed in paſſione ſecundum actiones eorum, quorum actionibus accidit caſus, & ſunt habentes voluntatem.

Sed caſus & alijs animalibus, et inanimatorum multis. vt equus caſu, dicimus venit, qm̃ ſaluatus qdem eſt veniens, nõ ſalutis autẽ gratia venit. & tripes caſu cecidit: ſtetit. n. ſedendi cauſa, ſed non ſedendi cauſa cecidit.

L. Alex. & malãis.

Ex ſe autem eſt in alijs animalibus, etiam in pluribus carẽtibus anima. v. g. quoniam dicimus ꝙ equus venit ex ſe, & ſaluatur ex ſuo aduentu, ſed aduentus eius ad nos non fuit propter ſuam ſalutem. & dicimus quòd ſcãnum habẽs pedes cecidit ex ſe ſuper ſuos pedes, ita vt ſit aptũ, vt ſedeat qs ſup ipſum, ſed cadere nõ fuit, vt quis ſederet ſup ipſum.

60 Vult narrare ꝙ ex ſe inuenitur in operationibus carentium volũtate, vt accidit equo, quem cœpit inimicus, qui erat ſit ad nos, & fugit ad nos propter cõſuetudinẽ, & accidit ei ſaluari ex ſe. dicimus. n. ꝙ iſte equus ſaluat̃ ex ſe, quia non intendebat p ſuũ aduentum ſalutẽ. & ſiſ̃r, qñ accidit vt cadat ſcamnum ſuper ſuos pedes, ita ꝙ ſit aptum vt ſedeatur ſuper ipſum: dicimus enim ꝙ ipſum cadere ſuper pedes fuit ex ſe.

Quare manifeſtum eſt ꝙ in ijs, quæ ſimpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius, quod euenit, gratia fiunt, cuius extra eſt cauſa, tunc à caſu dicimus. à fortuna autem horum, quæcunque à caſu fiunt, eligibilium, in habentibus electionem.

Manifeſtum eſt igitur ex hoc, ꝙ illa, quæ ſunt ſimpliciter, & propter aliquid, cum nõ fuerit propter aliquid illud, quod accidit ex eis ex cauſa extrinſeca, dicitur eſſe ex ſe, & quòd ex iſtis, quæ fiunt ex ſe, ex habentibus voluntatem, & p voluntatem, dicit̃ eſſe caſu.

10 Et, cum ex ſe eſt cauſa per accñs, & eſt ex cauſis, quæ 61
ſunt propter aliquid, manifeſtum eſt ꝙ illa, quæ ſunt propter aliquid ſimpl̃r, qñ ex eis non fuerit illud, propter quod fuerint, ſed ex eis fuerit aliquid. quod innatum eſt prouenire ab alijs extrinſecus eſſentialr, manifeſtũ eſt ꝙ illa dicunt fieri ex ſe. &, ſi iſta fuerint actiones habentium cognitionem, & prouenient ex cognitione dicuntur proprie caſus. &, ſi fuerint actiones nõ habentium cognitionem, & prouenient ex habentibus cognitionem, ſed nõ ex cognitione, dicuntur cõmuniter ex ſe. Et, cum dixit quę ſunt ſimpliciter propter aliquid, intendebat quæ in ſua natura, & ſua ſubſtantia ſunt propter aliquid, non ſm quid. & quaſi intendit hic per ſimpliciter cõitatem, & vniuerſitatem. D.d. cum non fuerint propter aliquid, i. cum non ſequitur illud, ꝓpter quod fuerit. D.d. quod aũt accidit, etc. i. quod autem ſit ex talib⁹, ex eis, quorum cauſę eſſentiales ſunt extrinſecæ, illud dicitur fieri ex ſe, cum non inuenitur à cauſis, à quibus innatum eſt inueniri, ſed à rebus, à quibus non eſt inueniri innatum. & ſecũdum hoc dicimus in iſtis cauſis, quòd ſunt ex ſe.

Signum aũt eſt ipſum Fruſtra. qm̃ dicitur, cum non fiat quod ꝓpter aliud eſt, illius gratia. vt ambulare, ſi purgationis gratia eſt. ſi vero non facta fuit ambulanti, fruſtra dicimus ambulaſſe, & ꝙ ambulatio, fruſtra fuit. tãq̄ hoc ſit Fruſtra, quod natũ ẽ alterius grã, cum non perficiat illud, cuius gratia erat, natumq; erat. qm̃, ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra, quia non defecit ſol, ridiculus vtiq; erit: non enim erat hoc illius gratia.

Quid ſit Fruſtra

Et ſignum eius, quod diximus, eſt ꝙ dicit̃ aliquid eẽ Ociоſum, qm̃ aliquid, quod eſt ꝓpter aliud, non eſt ꝓpter illud aliud. v. g. qm̃, ſi homo ambulat ad laxandum ventrem, & non laxatur, dr̃ ꝙ ambulauerit ociоſe, & ꝙ eius ambulatio fuit ociоſa. hoc. n. eſt Ociоſum, ſ. vt illud, quod innatum eſt puenire ad aliud, non puenĩat ad illud, ꝓpter quod fuit. qm̃, ſi aliquis dixerit ꝙ introitus in balneum fuerit ociоſus, quia ſol non eclipſatur, ſermo eius erit riſibilis: qm̃ hoc nõ fuit ꝓpter illud.

Et ſignum ꝙ illud, quod eſt ex ſe, inuenitur à rebus 62
quæ non ſunt innatæ, vt ab eis inueniatur illud, quod attribuitur caſui, qm̃ ab eis inuenitur aliud caſu in loco finis intẽt̃, eſt, qm̃ iſta dicuntur fieri ociоſe. Ociоſum enim dicitur in rebus, quæ ſunt propter aliud, ſed ab eis non inuenitur illud. v. g. qm̃ homo ambulat ad laxandum ventrem, & non laxat. tunc. n. dicitur ꝙ eius ambulatio fuit ociоſa. illa autem, quæ non ſunt ꝓpter aliqua, cum non ſequunt̃ ſe adinuicem, non dicunt̃ fieri ociоſe. ſi. n. aliquis dixerit ꝙ introitus balnei fuerit ociоſus, quia ſol non eclipſatur, eſſet deriſibilis: eclipſis enim non ſequitur introitum balnei. Et, cum declarauit ꝙ ociоſa eſt illa cauſa, à qua nõ inuenit̃ eius finis, et

vult concludere ex hoc, ꝙ ex se inuenit à talibus causis, induxit minorē ꝓpōnem, & est, ꝙ ex se est frustra.

Si igitur casus iuxta nomē est, cum ipsum frustra fit. decidit enim non percutiendi gratia lapis. à casu igitur decidit lapis, quoniam cecidisse potuit vtique à quodam, & percutiendi gratia.

Et sīr est de automato. i. ex se, quoniā ſm suum nomen non est, nisi quando fuerit automatum, i. quando res fuerint frustra. v. g. qm̄, si lapis ceciderit, & interfecerit, tunc ipsum cadere non fuit ad interficiēdum. ex se igitur cecidit adeo, quòd interfecit, quoniā possibile esset vt aliquis proijceret ipsum, & intendisset propter ipsum interficere.

63 Dicit Et sīr est de automato, i. ex se. et intendit qm̄ est frustra. hoc. n. nomen derivatur apud eos ab hoc aduerbio frustra, & dicūt: qm̄ ex se est frustra: & illud, quod est frustra, est illud, cuius finis non est ab eo: ergo ex se fit ex rebus, ex quibus non inuenitur earum finis. Deinde induxit exemplum, quo declarauit ꝙ illud, quod fit ex se, innatum est iueniri per se ab alijs, & dixit. v. g. quoniam, si lapis ceciderit, et interfecerit hominem, hoc erit ex se, cum lapis per suū descensum ad inferius non est innatum interficere hominem: ergo hoc fuit ab alio, à quo non est innatum fieri: est. n. innatum fieri à lapide, si aliquis homo proiecerit lapidem ad interficiendum alium hominē. Et debes scire ꝙ res fiunt frustra, quando ex eis non inuenitur aliquid, & tunc dicuntur frustra in rei veritate. & quandoq; inuenitur ex eis aliquid, sed nō fuit propter illud, & hoc est illud, quod derivatur ab hoc aduerbio frustra in idiomate Græcorum.

Documentū

Vide contr. Zumarę.

Maxime autem est separatum quod à fortuna est in ijs, quæ natura fiunt. nam, cum fit aliquid præter naturam, tum non à fortuna, sed magis a casu factum esse dicimus. est autem et hoc alterum: huius enim extra est causa, illius vero intra.

Et hoc magis differt ab eo, quod est casu, in rebus, quæ sunt per naturam. cum. n. fuerit in cursu extra naturam, tunc non diceret eē casu, sed dignius diceret ex se. sed hæc est alia intentio naturę ab illa: illud. n. causa eius est extrinseca, hoc aūt cā eius est intrinseca.

64 Et diuersitas eius, quod est ex se, ab eo, quod est casu, magis apparet in rebus naturalibus, ſ. ꝙ hoc magis apparet in naturalibus, quàm in habētibus animas irrationabiles. naturalia. n. quando currunt extra naturam, vt generatur homo habens sex digitos, non dicimus ꝙ hoc accidit casu, sed ex se. D. d. sed hic est alius modus naturæ: causa. n. illius est extrinsecus, & hominem generari cum sex digitis est ex materia.

Quid igitur sit casus, & qd fortuna dictū est, & quo a semuicem differant. At de modis causarum, in quibus ē vnde principium motus, vtrūq; ipsorum est. aut. n. eorū, quæ sunt natura, aut ab intellectu, causa semp est, sed horum multitudo indeterminata est.

Iam igitur narrauimus ex se, quid sit, & casus, & in quo differunt. Et vtrunq; collocatur ex modo, ſm quem dicīr causa in modo continente illud, ex quo est principium motus. illud. n. quod est p naturam, aut p cognitionem, semp est causa. sed numerus istorū non est numerabilis, neq; determinatus.

Includit hic illa, quę iam declarauit de casu, & ex se, & dixit Iam igitur narrauim⁹, i. cōmuniter, & in quo differunt, i. ſm vocem, & ſm rem, et est declaratum ꝙ vtrunq; collocatur de speciebus causarum sub specie, quæ est illud, ex quo est principium motus, & est causa mouens, & agens. D. d. quod. n. fit per naturā, etc. i. et hoc est ita, qm̄ oē, quod fit casu, fit aut à causa naturali, aut à causa voluntaria, cum non sit hic tertia causa agēs alta ab istis duabus causis. D. d. sed ista sunt innumerabilia, & nō terminata, i. sed cāæ rei, quæ fit casu, licet sint ex causis agentib⁹, tñ sunt non terminatæ, & innumerabiles, ꝙa casus fit ex eis p accīs, & nō sunt innatæ vt sequatur ab eis nisi illud, quod impedīē à casu, & est actio prouenies à natura p se, aut à cognitione. 65

Ex hoc hr ꝙ natura, & itells cā sūt effectiua omniū eorum, quæ cōtīnr.

Qm̄ autem casus, atq; fortuna causæ sunt eorū, quorū aut intellectus cā fit, aut natura, cū ſm accīs causa aliqua fit horum ipsorum, nihil autem ſm accīs est prius ijs, quę per se sunt, manifestum est ꝙ neq; causa per accidens prior est ea, quæ est per se.

Nihil ſm accīs ē prius ijs, quæ sunt p se. idē. 4. meta. to. 14 &. 1. c. 14. & 4. phy. 41.

Et, quia ex se, & casus sunt duæ causæ rerum, quarū causæ sunt intellectus, & natura, & est causa illarū earundē rerum p accīs, & nihil, quod est p accīs, est prius illo, quod est p se, ita ꝙ sit hoc ēt necessarium in cā, manifestum est ꝙ cā p accīs non p̄cedit cām per se.

Quia casus, & ex se sunt duæ causæ, ſ. natura, & intellectus, & natura, & intellectus sunt causæ duæ hoc modo, ſ. ſm ꝙ dicuntur causæ casus per accidens, & nihil, quod est per accidēs, est prius illo, quod est per se, manifestum est quòd causa, quæ est per accidens, non est prior causa, quæ est per se. 66

Posterior itaq; casus est, atque fortuna & intellectu, & natura. quare si quàm maxime cœli causa est casus, necesse est prius intellectum, & naturam eē & aliorum multorum, & huius vniuersi causam.

Ex se igitī, & casus sunt posteriores ab intellectu, et natura. ex quo sequitī si causa cœli ꝓprie est ex se, vt necessario intellectus, & natura sint duę cāę prius cœli, et aliarū rerū.

Cum declarauit ꝙ ex se, & casus sunt posteriores in hoc, ꝙ sunt causæ ab intellectu, & natura, dixit ex quo sequitī, si intellectus, & natura sunt duæ causę, ſm quas casus, & ex se, vt prius sint causæ cœli per se, & aliarū priusq; cœli. & totum hoc est impossibile. 67

Quod autem sint causę, & ꝙ tot numero, quot dicimus, manifestū est. tot. n. numero ipsum ꝓpter quid comprehendit. Aut. n. ad ipsum, qd est reducīr ipsum ꝓpter quid vltimū in immobilibus, vt in Mathematicis. ad definitionem

definitionem. n. recti, aut commensurabilis, aut alius cuiusꝓam reducitur vltimum.

Et manifestum est ꝙ hę sunt causæ exītes, & ꝙ sunt tot, quot diximus. qō. n. per quare cōtinet istū numerum. Quare. n. aut reducīr ad qd est res, & est vltimū eorū, ad quæ reducīr in rebus immobilibus. v. g. in Mathematicis. non. n. reducunī, nisi ad definitionem recti, aut simetri, aut ad aliud ab istis.

68 Cum posuit prius ꝙ genera causarum sunt quatuor, & notificauit ꝙ casus, & fortuna non sunt altæ causæ ab illis, & ꝙ collocantur in genere, quod est mouēs, ſ. in eo, quod est per accidens, non per se, reuersus est ad certificandum causas esse quatuor, et dixit Et manifestum est, &c. i. & declarauit ꝙ hic sunt causæ existentes, & sunt tot, quot diximus. quærere. n. per hanc cōiunctionem, Quare, non vsītat nisi istis quatuor modis, non in pluribus: & ꝙ vniuersalis interrogatio cōtinet istum numerum. Et, cū narrauit hoc dixit. Quare. n. aut reducitur, &c. i. interrogare. n. per quare, aut respondere ei est, aut per quid ēst, ſ. per causam formalē. ista. n. causa est vltimum eoꝝ, ad quæ peruenit interrogatio per quare, in rebus immobilibus, & apud illam cessat qō, & responsio. Et intendit per res immobiles ea, quæ sunt in materia ſm esse, non aūt ſm definitionem, sicut est definitio in Mathematicis: ista enī considerant de formis, & ideo causę in eis sunt ſm formam. Et deinde iduxit exemplum de Mathematicis, & dixit. v. g. &c. i. ver. g. quęstiones accidentes ī Mathematicis: quoniam omnes reducuntur ad definitionem, vt ad definitionem simetri, & asimetri, aut recti, aut circularis, aut aliud ab istis.

Aut ad mouens primum. vt ꝓpter quid certauerunt? quoniam furati sunt. Aut cuius gratia? vt dominentur. Aut in ijs, quæ fiunt, materia. Quod igitur causæ hæ, & tot sint manifestum est.

Aut reducitur ad primum motorē. v. g. quare pugnant? dicetur, quia deprędabantur. Aut reducitur ad illud ꝓpter quid. v. g. vt regnarent. Aut reducitur in rebus generabilibus ad materiā. Apparet igitur quòd causæ sunt quatuor, & quot sunt.

69 Hoc, quod dixit, manifestum est per se, & est declaratio ad confirmandum per syllogismum dialeticum. Dialeticus. n. ponit ꝙ interrogatio per quare reducīr ad istas quatuor cās, ita ꝙ hoc est manifestum p se. Et sermo componīr sic. Causæ sunt illæ, quæ inducuntur ad quare: & illa, quæ inducunī in responsione ad qre, sunt quatuor; ergo causæ sunt quatuor. Et exemplū responsionis ad quare secundum materiam, cum dicitur, quare corrumpitur animal, est cum dicitur, quia compositum est ex contrarijs.

Cū aūt causę quatuor sint, de omnibus est Physici cognoscere, et ad oēs, reducēs ipsum ꝓp qd, assignabit physice materiā, formā, ipsum mouēs, & id, cuius grā. Veniūt aūt tres in vnam plerūq; ipsum. n. qd est, & id, cuius grā, vna est: ipsum verovī motus primū spē eadem est his: homo. n. hominem generat.

Tres causæ plerumq; in vnā veniūt.

65 Dicit Et videmus eos magnificare infinitum, quia opinantur ipſum eſſe totū, & continēs omne. & cauſa in hoc eſt, quia inter illud, & totum eſt ſimilitudo, vnde exiſtimauerunt ipſum eſſe totum. & ſimilitudo inter illa eſt, quia illud, quod dī infinitum, eſt prima materia, quæ eſt ſubiecta complementi menſuræ, quę eſt totum. vnde exiſtimauerunt illud, quod eſt in potentia totum, & compictū eſſe in actu totum, & cōpletum.

a Materia ſ. ſubiecta complementi menſuræ, quę eſt totum. vnde exiſtimauerunt illud, quod eſt in potentia totum, & compictū eſſe in actu totum, & cōpletum.

Deinde incœpit declarare modū, quo oportet, ꝙ eſſe eius eſt in potētia, & dicit. Et eſt diuiſibile, &c. t. & eſt in potētia, quia infinitas nō inuenīt in mēſura, niſi ſm diminutionem exiſtentē in ea, & additionem, quæ eſt econuerſo diminutioni, vt declaratū eſt in ſermone p̄dicto. D. d. & non eſt totū, &c. t. & ſubiectum recipiēs infinitatem, quod eſt [a] materia, nō eſt totum, neq; ſint tum per ſe, ſed per aliud, ſ. per formā, & eſt contentum in cōpoſito ex materia, & forma, & forma continet illud. Et, quia infinitum accidit materiæ, ſm ꝙ eſt materia, dixit ſed cōtinet, ſm ꝙ eſt infinitum, t. ſubiectū infinitatis eſt contentū, ſm ꝙ eſt infinitū, t. ſm ꝙ eſt materia. D. d. & ideo eſt delatum, &c. t. &, quia ſubiectum recipiens infinitum eſt conclutum in toto, ideo exiſtit in illo, t. in compoſito, & nō eſt exiſtens per ſe, ſed ſm ꝙ recipit infinitum: & hoc eſt ſm ꝙ eſt materia. [b] & cauſa in hoc eſt, quia materia non habet formam. nā, ſi haberet formam, eſſet per ſe. non delata in alio. &, quia nō habet formā, ideo eſt delata in alio. Et debes intelligere hic p delatū non illud, quod dī in ſubiecto, aut de ſubiecto, materia enim non dī in ſubiecto, neq; de ſubiecto, ſed delatum accipitur hic loco eius, quod non inuenitur, niſi in alio. & hæc eſt diſpoſitio [d] materiæ, & diſpoſitio accidentium, & formarum. ſed accidētia, & forma ſubſtātialis materia in hoc, ꝙ ſunt in ſubiecto, aut de ſubiecto materia aūt eſt ipſum ſubiectū. Intē debat igitur per ſe ſtantem illud, in quo materia conuenit cum accidentibus, & formis. & ꝙ non inuenitur per ſe, ſed in aliquo ſuo compoſito, & cum aliquo, ſ. cum forma. [e] materia iſtemi per formā, ſm ꝙ forma eſt perfectio eius, formaliter intelligitur per materiā ſm hoc, ꝙ materia eſt ſubiectum eius, & ſimiliter accidentia.

a Materia ſ. ſubiecta complementi menſuræ, quę eſt totum. vnde exiſtimauerunt illud, quod eſt in potentia totum, & compictū eſſe in actu totum, & cōpletum.

b Forma eſt cōplementum & cōplementum videlicet perfectio. ſ. ſubiecti.

c Materia iſtemi per formā, ſm ꝙ forma eſt perfectio eius, formaliter intelligitur per materiā ſm hoc, ꝙ materia eſt ſubiectum eius, & ſimiliter accidentia.

d Materia ſ. ſubiecta complementi menſuræ, quę eſt totum. vnde exiſtimauerunt illud, quod eſt in potentia totum, & compictū eſſe in actu totum, & cōpletum.

Quare manifeſtum eſt ꝙ magis in partis ratione infinitū ſit, q̄ in totius. pars enim materia totius eſt, ſicut æs æneæ ſtatuæ. qm̄, ſi continet in ſenſibilibus, et in intelligibilibus ipſum magnum, & paruum, oportebat cōtinere intelligibilia. inconueniens autem, & impoſſibile eſt ignotum, & indeterminatū continere, & determinare.

Apparet ergo ex hoc ꝙ infinitum magis eſt quaſi pars, q̄ quaſi totū. materia enim eſt pars totius, quemadmodum cuprū eſt pars ſtatuæ cupreæ. &, ſi illud, quod continet ſenſibilia, & itelligibilia, eſſet magnū, & paruū, tunc illud cōtineret intelligibilia. ſed improbabile eſt, & impoſſibile vt ignotum nō terminatum contineat terminatum.

Et, ſi illud infinitum, quod continet ſenſibilia, & intelligibilia, eſſet magnum, & paruum ſm ſententiam Platonis, quorum natura non eſt terminata, neq; nota, tunc illud, quod terminat terminatum, & notum, ſ. intelligibilia, eſſet non terminatū, neq; notum. & inopinabile eſt vt nō terminatum, neq; notum terminet terminatum, & notum. Et hoc contingit Platoni, qa ipſe ponit magnum, & paruum eſſe infinitum, & ponit ea terminantia res ſenſibiles, & intelligibiles. & facit bene in hoc, ꝙ ponit infinitum in magno, & paruo, quia magnum, & paruum ſunt ſm materiam, ſed infinitum non inuenīt in magno, niſi ſm additionem menſuræ, quæ eſt cōuerſum diminutionis. et peccat in hoc, ꝙ ponit ipſum determinare totum. 66

Inopinabile ē ut nō terminatū, neq; tum terminet terminatū, & notum.

Caput Septimum, in quo redditur cauſa, propter quā non pōt reperiri Infinitum in actu, ſed in potētia.

SEcundum rationem aūt accidit, vt & qđ eſt ſm appoſitionem non eſſe videatur infinitum ſic, vt oēm excedat magnitudinē, in diuiſione aūt eſſe. cōtinet enim licut materia intus, & infinitum, cōtinet aūt forma.

Forꝫ ē cōtinere.

Et recte etiā contingit ꝙ infinitum ſm additionem videt eſſe impoſſibile pertranſire oēm menſuram, ſm aūt diuiſionem poſſibile. materia enim continetur intra, & eſt res infinita, continens autem eſt forma.

Cum declarauit ꝙ menſura non creſcit in infinitū, & diminuitur in infinitum, & ꝙ cauſa in hoc, ꝙ infinitum nō eſt in actu eſt forma, & in hoc, ꝙ infinitum eſt in potentia eſt materia, incœpit declarare conuenientiam, eius, quod declarauit cum iſta cauſa, & dixit Et recte etiam, &c. t. &, cū finitas acciderit rei ex forma, & infinitas ex materia, recte contingit ꝙ magnitudo non poſſit pertranſire oēm menſurā in additione. qm̄, ſi hoc eſſet, tunc eſſet poſſibile formam inuenire infinitam. & intelligo per hoc, quod dico. qm̄ forma eſt cauſa terminationis, & continentiæ, impoſſibile eſt vt ea accidat non terminatio, & non continentia rei habēti formam. & ſimiliter ēt contingit recte vt diminutio ſit in infinitum. cauſa enim diminutionis eſt materia, quæ eſt terminata, nō terminans. & hoc intēdebat, cū dixit materia enim, &c. t. &, qua materia eſt terminata ab alio, non terminata in ſe, ideo nō eſt impoſſibile vt infinitas, quæ eſt in potentia, accidat ex illa, non ex forma 67

Forma eſt terminatiꝫ & cōtinentia videl. p. &c. t. alia cō ꝙ

forma, quia eſt terminās. ex illa enim, ſi eſſet infinitū, tunc poſſibile eſſet corpus in actu eſſe infinitū. & vīr apparet ꝙ infinitum eſt cōtrarium terminato.

Numer⁹ eſt augmentabilis non diminuibilis in infinitū, e cōtra ipſe magnitudo.

Rationabiliter autem & hoc in Numero qdem eſſe uerſus minimum, terminū, verſus autem plura ſemper oēm excedere multitudinem. in Magnitudinibus vero ecōtrario. verſus enim minus, oēm excedere magnitudinē, ſed verſus maius, nō eſſe magnitudinem īnitam. cauſa autē eſt, qm̄ vnū eſt indiuiſibile, quodcunq; vnum ſit. vt homo, vnus homo, & nō multi. numerus autē eſt vna plura, & quāta quædam. quare neceſſe eſt ſtare ad indiuiſibile. duo nāq;, & tria denominatiua ſunt nomina: ſimiliter āt & aliorum numerorum vnuſquiſq;. verſus autem plus ſemp eſt intelligere: infinitæ enim ſunt bipartitiones magnitudinis. quare potentia quidem eſt, actu aūt nō eſt: ſed ſemper excedit acceptum oēm determinatum multitudinem. at nō ſeparabilis eſt numerus hic bipartitionis, neq; manet infinitas, ſed fit, ſicut & tempus, & numerus temporis.

Et recte etiā Numerus in ꝓceſſu ad paucitatem habet finem, & in proceſſu ad multitudinē ſemp addit omni numero. & in Mēſura eſt ecōtrario, ſ. qm̄ in paruitatē pertranſit oēm menſuram, in magnitudine aūt impoſſibile eſt mēſuram eſſe infinitam. & cauſa in hoc eſt, quia vnū eſt indiuiſibile, quodcunq; vnum ſit. v. g. homo, qui eſt unus homo, nō plures. & numerus eſt plures vnitates, & quātitates. oportet igitur ipſum ceſſa re apud indiuiſibile. duo enī, & tria ſunt res, & ſimiliter vnuſquiſq; aliorum numerorū. proceſſus aūt ad multitudinem poſſibile eſt ſemper imaginari, quoniam diuiſio menſuræ in duas medietates, & medietatis in duas medietates procedit in infinitum, & ſic erit in potentia, in actu aūt nō: ſed inuenitur in eo aliqd, quod ſemper addit omni numero terminato. ſed iſte numerus nō ſeparatur ab hac diuiſione, neq; infinitum eſt aliquod permanens, ſed ſemper generatur, & ſimiliter tempus, & numerus temporis.

68 Cum declarauit ꝙ recte menſura diuiditur in infinitum, & nō creſcit, & dedit cām in hoc, incœpit declarare ſt ꝙ ex illa cā accidit i Numero cōtrarium, ſ. creſcere in infinitum, et nō diminui. cauſa enim additionis in numero eſt materia: & diminutio in ea inducit ad formā vnitatis, quæ eſt indiuiſibilis. & dixit Et recte ēt, t. &, ꝓpter illud, quod dicimus ēt diuiſio numeri ad paucitatem vadit ad finem, ſed verſus partem multitudinis nō habet finem, ſed ſemper potes addere omni numero poſito in infinitum, in Menſura aūt eſt econuerſo. D. d. in paruitatē aūt, &c. t. diuiſio aūt magnitudinis, & diminutio eius ad paruitatem pertranſit omnē menſuram, t. pōt quis accipere ad oēm menſuram minorem illa. qm̄, ſi hoc nō eſſet, tunc menſura non diuideretur ſemp. D. d. in magnitudine aūt, &c. t. additio aūt eius ſemper, ſm ꝙ eſt vna mēſura, impoſſibilis eſt. qm̄ impoſſibile eſt menſurā infinitā eſſe in actu, vt declaratū eſt. Et, cum declarauit ꝙ diſpoſitio in numero eſt ecōtrario et, quod eſt in mēſura, exponit cām in hoc, & dicit & cauſa in hoc eſt, &c. t. & cauſa in hoc, ꝙ numerus diuidit in indiuiſibile, eſt, quia omne vnum eſt indiuiſibile, vt vnus homo, & vnus equus: eſt enim indiuiſibilis in illa ſpecie: ideo vnum ſimplr, ſ. vīle eſt indiuiſibile ēt. &, qa numerus eſt coaceruus vnitatū, numerus erit compoſitus ex indiuiſibilibus: & diuidit in indiuiſibile: ergo numerus diuiditur in indiuiſibile: & omne, quod diuidit in indiuiſibile, diuiſio finitur in eo: ergo diuiſio finit, & ceſſat i numero. D. d. duo enī, & tria ſunt res indiuiſibiles, & non ſunt quātitas continua, & ſīr alij numeri. & cauſa in hoc, ꝙ vnū eſt indiuiſibile, eſt, quia oīs res eſt vna per ſuam formā, & forma eſt indiuiſibilis per ſe. D. d, ꝓceſſus aūt eius, &c. t. proceſſus aūt numeri ad multitudinem numeroꝝ ſem per eſt poſſibilis. diſpoſitio enim in additiōe numerorum eſt ſicut diſpoſitio in diminutione mēſuræ. Quēadmodū enim cauſa in diuiſione menſuræ in infinitum eſt materia, ſimlr eſt cauſa in additione vnitatū in infinitū, & additio numeri in infinitum eſt in potentia. nō ꝙ additio infinita exeat in actum, ita, ꝙ inueniatur numerus in actu infinitus. ſed ꝙ additio nunq̄ ceſſet. D. d. ſed iſte numerus, &c. t. ſed numerus non eſt ſeparatus ad hanc additionem, quę eſt in infinitum, neq; infinitum exiſtēs in eo eſt res ſua, ſed infinitas in eo eſt * in actu, & in tranſmutatione, ſicut eſt diſpoſitio t. ꝓpter, & numero temporis. Et intendit per numerum tēporis, numerum, qui eſt genus temporis, vt poſt declarabitur, & differentia inter has duas additiones, vt diximus, eſt, qm̄ additio in continuo eſt ex forma, & in quantitate diſcreta eſt ex materia: & diuiſio in eis eſt econuerſo, ſ. qm̄ diuiſio in numero eſt ex forma, & in magnitudine ex materia.

Oīs res eſt una p ſuā for mā, & ſi mi ē indiuiſibilis p ſe Idem t. d. ut. 6. 00 & ex Idē ē de ani. t. 8. 9. 60 Idē 8. meta t. c. t. & com Idē c. meta cō. rec. t. cō. t. Idē 8 me ta cō vīt et c. meta c. 6. 60. t. priphy. 61.

* 2 t addit. in meta.

In Magnitudinibus autē contrarium eſt. etenim diuiditur in infinita continuum. verſus aūt maius nō eſt infinitum. quātum enim contingit potētia eſſe, & actu contingit tm eſſe. Quare, cum infinita nulla ſit magnitudo ſenſibilis, non cōtingit excellum eſſe omnis determinatæ magnitudinis. eſſet enim aliquid cœlo maius.

In Magnitudine aūt eſt ecōtrario. continuum enim diuidit in infinitū. ſed in magnitudine nō eſt infinitum. qm̄ in quacūq; mēſura poteſt eſſe in potentia, in illa mēſura poteſt eſſe in actu. Et, cum nulla menſura ſenſibilis eſt infinita, impoſſe eſt vt excedat oēm menſuram terminatam. qm̄, ſi hoc eſſet poſſibile, tunc aliquid eſſet maius cœlo.

Dicit In magnitudine, &c. t. ſed mentura impoſſibile eſt vt creſcat in magnitudine in infinitum. qm̄ menſura demonſtrata in quacūq; quātitate fuerit in potentia, in illa quātitate pōt poni in actu. Et intendit ꝙ, ſi menſura demonſtrata poſſet augeri, & creſcere in infinitum, ēt poſſibile erit inueniri mēſuram infinitam in actu. Deinde deſtruxit aūs, & cōcluſit oppoſitum cōſequēs, & dixit &, cum nulla mentura, &c. t. &, cum poſuerimus ꝙ in quacūq; quātitate fuerit poſſibile vt mentura ſit in potentia in illa quantitate, erit poſſibile vt ſit in actu. &, cum poſuerimus quod aliqua men-

69

Digressio, q̃ quærit, vtrũ sit vnus inter numerũ, & magnitudinẽ, sit ne possibile augeri.

Solutio.

Possibilitates in rebꝰ augmẽtabilibꝰ in infinitũ sunt diuersarum dispositionũ, & nõ sunt plures simul possibilitates eiusdẽ subiecti, nisi vnius rei habentis partes.

Infinitum natura est vna in motu, & magnitudine, & tempore.

Et hoc, quod dicimus, quòd magnitudo non potest crescere in infinitum, nullum fundamentum destruit Mathematicorũ, sicut qui dicit quòd impossibile est magnitudinem diuidi in infinitum, destruit fundamentum Mathematicorum, non enim indiget in sua scientia ponere quòd mensura crescit in infinitum, sed indigent in sua scientia ponere mensurã in quacunq; quantitate voluerint, possunt enim ponere mensuram maiorem cœlo. &, cum dicunt, extrahamus lineam in infinitum, intendunt vt accipiant ex ea quantum voluerint. Et hoc accidit eis, quia non consyderant de mensura, ſm quòd est finis corporis naturalis, sed ſm quòd est non in corpore omnino. D.d. & possibile est diuidere, &c. ideſt vt mihi videtur, & signum eius, quod Geometer non indiget ponere lineam infinitam in additione est, quoniam illud, quod potest declarari in linea maiori, & si esset maxima, potest declarari in minori linea, quæcunq; sit, vt diuidere lineam in aliqua proportione, et alia multa, quę accidunt lineis. &, cum non est differentia inter magnum, & paruum in hoc, quo indigent, quid igitur coget eos ad ponendum lineam infinitam in actu?

Vide phil. 2 phy. 50 & quæ ibi.

Quoniam

Quoniam aũt causæ diuisæ sunt quadrifariam, manifestũ est, ꝙ vt materia, ifinitũ causa est: & ꝙ esse quidem ipsius priuatio est, p se aũt subiectum, continuum ipsum, & sensibile est. Videntur aũt & omnes alij tanq̃ materia, vtẽtes infinito. quocirca & incõuenies est, cõtinens facere ipsum, & non cõtentũ.

Et, cum causæ sunt quatuor, manifestũ ꝙ infinitum est causa, quasi materia, & ꝙ quidditas eius est priuatio, & ꝙ subiectum p se est cõtinuum sensibile. Et videmus omnes, loquẽtes de infinito, vti ipso quasi materia. & iõ nõ est rectũ vt sit continẽs, nõ cõtentũ.

72 Manifestũ ē ꝙ infinitũ ē mā ideſt sup. q. 60. 65. 67. Cq.

Quidditas ī pam ē priua tio finis, & ī priuatiõis est materia.

Et, cum genera causarum sunt quatuor, manifestũ est ꝙ causa infiniti est materia, & ꝙ, si infinitum ponatur causa, erit cã ſm materiã. a qm̃ quidditas infiniti est priuatio finis, & causa priuatiõis est materia, sed subiectũ istius priuatiõis nõ est materia abstracta à forma, sed subiectũ p se istius priuationis est corpus continuũ sensibile, cõpositũ ex materia, & forma, ſm ꝙ est materiatum, non ſm quòd est formatum. D.d. Et videmus omnes loquentes de infinito, &c. vt Platonem, qui ponit ipsum magnum, & paruum, & illos, qui ponunt ipsum numeros, & ponunt ipm quasi materiam, ideo necesse est vt sit contentum, non continens.

Caput Octauum, in quo destruuntur rationes, quæ probare uidentur dari infinitum in actu.

RElinquum est aũtẽ aggredi ſm quas rationes infinitũ esse videtur, nõ solũ potentia, sed vt determinatum. Alia enim ipsorum nõ necessaria sunt, alia aũtẽ habent alias quasdam veras obiectiones. Neq; enim, vt generatio non deficiat, necessarium est actu infinitum esse corpus sensibile. cõtingit enĩ alterius corruptionem generationem alterius esse, cum omne finitum sit.

Et oportet nũc narrare sermones, ex quibus existimatur nõ solum materiã esse in potẽtia, sed est existens per se. Quidã enim eorum sermonum nõ est necessarius, et in quibusdam sunt obiectiones ueræ. Qm̃, ut non generatio deficiat, est in actu corpus infinitum sensibile. quoniam possibile est ut corruptio alterius sit generatio reliqui, & totũ, & vtrunq; finitum.

73 Cum numerauit quinq; rõnes in probando infinitum esse, incœpit demonstrare deceptiones in eis, et dixit Et oportet nunc, t. & postq̃ diximus de modo infiniti possibili, & impossibili, oportet nos narrare sermones, ex qbus existimatur ꝙ infinitum nõ est solummodo in potẽtia, sed in actu. quidam enim illorum sermonum sunt veri, sed non sequitur ex eis illud, quod reputant sequi, & quidam sunt falsi, et hũt contradictiones veras. Deinde incepit à ratiocinatione, quę est ex rebus veris, sed non concluſit illud, quod existimant, & dixit Qm̃ ut generatio non deficiat, &c. t. qm̃, nõ quia generatio non deficit, est necesse corpus in actu esse infinitum sensibile. generatum enim, quia occupat locũ corrupti, non est necesse ex hoc, ꝙ generatio est in infi-

nitũ, locum eẽ ifinitũ. qm̃, si locus pcessit generatũ, & gñatũ est factũ succedtiue in ifinitũ, & gñatio generatiõ nõ sit corruptio alterius, tũc necesse est locũ eẽ infinitum, & vt totum addatur in potentia in infinitum, & sic poterit exire in actũ: sed quia hoc nõ est, imo generatio alicuius est corruptio eius, ex quo generatur: iõ non sequitur ex hoc illud, quod existimabãt sequi.

Amplius tangere, & finitum esse alterum est. illud enim ad aliquid est, & alicuius (tangit enim omne aliquid) & finitorũ alicui accidit. finitum autẽ non ad aliquid est. neq; tãgere cuiuslibet quoduis est.

Et ẽt intẽtio cõtactus est alia ab intẽtione infiniti. cõtactus enĩ est in respectu alicuius. si enim aliqd tangit aliqd, & hoc accidit quibusdã finitis. finita autẽ non in respectu dicũtur. neq; quodlibet tangit quodlibet.

Hæc est rõcinatio, in qua dictum est ꝙ corpus finitũ finit p tuã continuationẽ cũ alio corpore, & illud aliud cũ alio, si igit corpora necesse est vt finiant in aliquid, necesse est vt totũ sit infinitũ. Et incœpit declarare deceptionem in hac rõcinatione, accepit enim in ea loco cõtactus finitas, & dixit Et etiam, &c. t. & illud, quod sequitur in contactu, nõ sequitur in finitate: contactus enim aliud est à finitate: cõtactus enim dĩ in respectu alterius: finitas autẽ res dĩ in respectu tunc ſius. vnde dĩ ꝙ corpus finitũ est illud, quod cõtinet ab vno termino, aut terminis, quæ sunt fuæ superficies, non superficies corporum extraneorum. Et, cum declarauit ꝙ finitas nõ est cõtactus, declarauit etiam ꝙ nõ est necesse vt omne finitum tangat. &, si, siue per se, siue per accidens alterum istorũ esset verum, ratiocinatio esset vera. & dixit et hoc accidit quibusdam finitis, &c. et hoc, s. cõtactus accidit quibusdam rebus finitis, oẽ enĩ tangens est finitum, sed nõ omne finitum est tangens. Deinde dixit finita aũt, &c. t. sed nõ omne corpus dicitur in respectu alicuius. quod enim dicitur in respectu est pars totius, &, si omne corpꝰ diceret in respectu eius, à quo cõtingetur, & quod tangit, tunc non esset illud totum omnino. &, cum totum nõ tangit, nõ erit pars. Et ista ratiocinatio, vt mihi videtur, est cõmunis, cũ non sit manifestũ per se hoc, sed hoc declarabitur propriis, cum fuerit declaratum ꝙ extra mundum non est vacuum, neq; plenum, t. & non omne tangens habet naturam tangendi quodlibet. res enim non tangit, nisi illud, quod est suũ totũ naturaliter. nõ. n. quodlibet tangẽs tangit quodlibet, nedum vt quodlibet sit tangẽs.

Et apparet quòd corpus circulare non est innatum tangere, cum sit completum per se. & quòd corpus rectum est natum tangere, cum sit finitum, & completũ per aliud: & hoc inuenitur in corpore circulari, & in elementis, vt post declarabitur.

Intellectione aũt credere incõueniẽs est. nõ enim in re superabundantia, & defectus est, sed in intellectione. vnumquẽq; enĩ nostrum intelligit vtiq; aliquis multo maiorẽ seipso, augmẽtans in infinitum. sed nõ propter id extra vrbem qspiam est, extra ve tantillam magnitudinem, quam habemus, qm̃ intelligit aliquis, sed qm̃ est. hoc aũt accidit. Tempus aũt, & Motus infinita sunt, & Intellectio, non permanẽte accepto. Magnitudo aũt, neq; diuisione, neq; intelligibili augmẽ-

tatione

Cõtactus dr respectu alterius, sed finitas dr in respectu tunpsius.

Oẽ tangens est finitum, & nõ oẽ finitum est tangens.

Documẽtũ.

Corpꝰ circulare nõ ē innatum tãgere, cũ sit cõpletũ p se sed corpꝰ rectũ ē innatum tãgere, cũ sit cõpletũ, & nõ per aliud.

tatione est infinita. Sed de Infinito quidem quomodo est, & quomodo non est, & quid est, dictum est.

Et nō est rectum etiā credere illud, quod imaginatur imaginatione. additio enim, & diminutio nō erit tunc in re, sed in imaginatione. potest enim quis imaginari ꝙ vnusquisq; nostrum creuit multotiens in infinitū super quātitatem, in qua sumus. sed nō sequitur, si aliqs imaginatur hoc in nobis, vt nos simus extra ciuitatem, sed, cum erimus sic, accidet hoc nobis, Tēpus autē, & Motus sunt infinita, & similiter Imaginatio absque eo, ꝙ id, quod inuenitur ex eis, sit fixum. Mensura autem neq; ſm diminutionem, neque ſm additionē per imaginationem erit infinita. Iam igit̄ diximus de Infinito quomodo est, & quomodo non est, & quid est.

75 Imaginatio facit credere infinitum, in actu esse, & in potentia, in vero, ſ. & in falso. in vero quidem, quia possibile est imaginari infinitum in additiōe numerorum, & in diminutione mensuræ, in falso verò quia possibile est imaginari mēsurā crescere, sicut diminui. in eo aūt, quod est in actu facit credere, vt dictū est superius. nō enim possumus imaginari extra mūdū, nisi corpus, aut vacuum: et illud vacuum, aut corpus, si ponatur finitum, tūc nō possumus imaginari extra ipm, nisi aut vacuū, aut corpus, ex quo existimatur sequi ꝙ extra mundum est corpus infinitum, aut vacuū, aut corpora infinita: & vbi imaginatur vacuū, posse est vt vt in eo sit corpus: ergo, si vacuum fuerit infinitū, corpus erit infinitū. immo necessariū hoc est. possibile enī vt dicit Arist. in æternis est necessariū. Et, cū imaginatio facit hoc, incœpit declarare ꝙ multa sunt, quæ non possunt imaginari, & multa imaginantī, quæ nō sunt. & dixit Et non est rectum ēt, &c, i. & nō est rectū credere ꝙ cē sequit imaginationē. augmētū, n. & diminutio, quæ pūt imaginari in rebus existentibus, in quibus impossibile est additionem esse, aut diminutionē, non sequitur imaginationē, immo illud, quod est in imaginatione, non est nisi in aīa tūm. v.g. qūi possibile est vt aliquis imaginetur ꝙ vnusquisq; nostrū crescat plus sua quantitate naturali, sed non sequitur ex illa imaginatione vt simus in hac dispositione magnitudinis. Et dixit sed non sequitur, &c. forte intendit, sed, si aliquis imaginetur hoc in nobis, i. vt ita simus magni, adeo, ꝙ simus extra ciuitatem, non sequitur ex hoc vt simus extra ciuitatem. Et forte est defectus in lib. & sic debet legi. & similiter potest quis imaginari nos esse extra ciuitatem, sed nō sequitur ex sua imaginatione nos esse extra ciuitatem, sed, cum fuerimus extra ciuitatē, tunc imaginatio illius erit vera, & erit accidens enti. & hoc intendebat, cū in dixit sed, cum fuerimus sic, accidet hoc nobis, i. sed, cum fuerimus extra ciuitatem, accidet vt imaginatio sit talis. imaginatio enim sequitur ens, sed non ens imaginationem. D.d. Tēpus autem, & c. i. tempori autē, & motui accidit ꝙ sunt in se infinita, & similiter imaginatio eorum. sed illud, quod inuenitur de infinito in eis, non est fixum, i. existens in actu. hoc enim est impossibile, sed est successiuum. D.d. Mensura vero, &c. i. mensura vero non est infinita in additione, & diminutione propter hoc, ꝙ imaginatur diminui, & crescere in infinitū, sed in hoc, quod est infinita in diminutione, conueniunt esse, & imaginatio per accidens. & in hoc, quòd est infinita in additione, nō conueniunt, vt declaratum est superius. ex imaginatione igitur non potest quis iudicare uero iudicio essentialiter ipsam diminui in infinitum, aut crescere, sed, si iudicauerit ipsam diminui, erit verum iudicium per accidēs, &, si iudicauerit ipsam crescere, erit falsum simpliciter. Et, cum compleuerit sermonem de infinito, dixit Iam igitur diximus, &c. i. iam igitur diximus qūo est infinitum, i. in potentia, & quomodo nō est, i. in actu, & quid est, i. & iam definiuimus ipm sic, ſ. qm̄ est illud, extra quod semper est aliquid. Epilogus.

Posse, vt dicit Aristo in 3 meteor. & de cœlo & mundo. Idē 1 phy. 11. & quæ ibi.

Pria expō.

Secunda.

Imaginatio facit credere infinitum, & in actu esse, & in potentia, & in vero, & in falso. & quomodo.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER QVARTVS,
cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de Loco. In Secunda de Vacuo. In Tertia de Tempore.

Summæ Primæ Caput Primum, in quo famosæ afferūtur rōnes, tum affirmantes, tum negantes Locū esse.

SImiliter autē necesse est Naturalem & de Loco, ut & de infinito, cognoscere si ē, an non, & qūo est, & quid est. Etenim quæ sunt, oēs existimāt alicubi esse, quod vero non est, nusq̄ esse. vbi enim est Hircoceruus, aut Sphinx? Atque motuū cōmunis maxime, maximeq; proprius ſm locum est, quem vocamus Lationem.

Et oportet Naturalem cōsyderare de Loco, sicut de infinito, donec sciat utrū sit, aut nō, & qūo, & quid sit. Hoīes enim opinātur entia eē in ubi. quod enī nō est, nō est apud eos in loco. Hircoceruus enim, & Chimera nō hnt ubi. Et ga cōior motuum, & manifestior est ille, qui est in loco, q dr̄ Trāslatio.

INtendit in hoc tractatu perscrutari de Loco, & Tēpore quid sit substātia vtriusq;. illa enim esse manifestū est per se. sed apud perscrutationem de natura eorum accidūt in hoc quæstiones. Et post perscrutationē de loco perscrutabitur de Vacuo etiam, vtrum sit, aut non: quia assimilatur loco: & quia existimatur esse locus, in quo non existit corpus Et primo incœpit perscrutari de loco, & incœpit in hoc notificādo quæ sunt cōsyderanda de loco, et dixit Et oportet Naturalē consyderare, &c. & intendit quòd Naturalis debet cōsyderare de vtroq;. vtrunq; enim est consequens corporis naturalis. Deinde dixit vtrum sit aut non. [a] Et non intendit perscrutari de suo esse ſm demonstrationem, sed ſm dialecticam: [b] locū enim esse notū est p se. et, cū perscrutatur ſm dialecticam de quiditate eius, occurrunt hic quæstiones, quæ faciunt dubitare in suo esse.

a Documentum primum b Aristo tēdit per scrutari de esse ſm demonstrationem, qui locus est notus de se. &

Deinde

Deinde dixit et qſio, i. vtrum sit de genere entium per se, aut de genere entium per aliud. & quid sit, intendit definitionem, & substantiam. Et, cum narrauit quòd oportet Naturalem perscrutari de loco, incœpit dare causam famosam cogentem ad perscrutationē de hoc, & dixit Homines enim, &c. id est & oportet perscrutari de loco, quoniam Antiqui opinabātur ipsum esse necessarium in eē cuiuslibet entis. & causa illi⁹ opinionis est, ga, cum viderunt ꝙ illud, qđ nō est ens, vt Chimera, & Hircoceruus non est in loco, existimauerunt quòd sequitur ſm cōuersionem quòd omne, quod est ens, est in loco. sed declaratum est in Logica, ꝙ non tenet ista cōuersio. sunt. n. entia, quæ nō sunt in loco. Et, cum dedit causam famosam cogentem ad perscrutandum de loco, dedit in hoc causam naturalem, & dixit, Et quia cōmunior motuū proprie, &c. i. & causarum cogentium ad perscrutandum de loco est, ꝙ inest motus localis, qui est communior motuum, scilicet extra quem nullum ens est naturale, & prior eorum, ſ. ſm tēpus, & causam. & post declarabitur ꝙ necessarius est locus. & cū Naturalis habet perscrutari de motu, oportet ipsum etiam perscrutari de loco.

Quomodo motus localis est communior & prior ipsis, & quibus, vide 5 phy. 2. & 3. & 4. & 6. & 8. ad. 61.

Habet autem multas dubitatiōes quidnā sit Locus. non enim idem videtur speculantibus ex omnibus, quæ insunt. Amplius autē neq; habemus quicquam ab alijs, aut ante dubitatum, aut prius traditum de ipso.

Et in intentione Loci, qđ sit, sunt multæ qōnes. nō enim in quacūq; parte inspexerimus ipm, inueniemus ipm vnū. Et etiā nō habemus ab alijs prædecessoribus aliquid dubitatum, neq; aliquid inuentum de ipso.

2 Cum narrauit ꝙ oportet Naturalē perscrutari de loco, et dedit causam in hoc, incœpit narrare difficultatē cognitionis loci, & declarare cūm in hoc, & dixit Et in intentione, qđ sit locus, sunt multæ qōnes, i. in scire definitionē, & qđritatem loci sunt multæ qōnes, & maxima difficultas. Deinde dedit causam in hoc, & dixit non enim in q̄cunq; parte, &c. i. & cā difficultatis qđritatis eius est, ga, cū cōsyderabimus de illo, nō inueniem⁹ ipsum vnū dictū vniuoce in oibus corporib⁹ naturalib⁹, sed ēssi dictū mō dubitatiuo. [a] & scire qđritatē hmōi entiū est difficile, ga appropinquat et, quod nō hēt cōem naturā: & ideo latet. & definitio cōis declarat hanc naturā cōem, & hmōi definitiones difficile inueniunt p regulas dātes definitionē, quæ sunt diuisio, & cōpositio, & demōstratio. [b] Aut intēdit ꝙ cōsyderare de loco inducit cōsyderantem ad res diuersas de dispōne eius. sunt enim aliqua, quæ faciunt existimare in ipso res diuersas, vt post declarabitur. Et, cum dedit causam ex ipsa re, dedit aliam causam extrinsecam facientem etiā scire quiditatem loci esse difficilē, [c] & dixit Et etiam non habemus ab alijs præcedentibus, &c. i. & etiam cōsyderare de loco erit difficile, quia nihil inuenimus in ipso dictum à præcedentibus, neq; aliquid, quod faciat dubitare in eius esse, neq; aliquid inuentum de cognitione substantiæ eius.

Quod igitur locus sit, videtur manifestū esse ex translatione. vbi nāq; nunc est aqua, hinc egressa tanquam ex vase, iterum aer inest: aliquando autem eundem locum hunc aliud aliquod coporum obtinet. hoc autem ab ijs, quæ insunt, & transferuntur, omnibus alterum esse videtur. in quo enim aer nunc est, aqua in hoc prius erat. quare manifestum est quòd locus, & regio aliquid erat diuersum ab vtrisque, ad quam, & ex qua transferebantur.

Et existimatur quòd manifestum est locum esse aliquid ex mutatione, & trāslatione. vbi enim nunc est aqua, illic, quando exit aqua, est aer. verbi gratia quando aqua exit à vase, erit etiam ibi aer: & forte secundum hunc modum erit ibi aliquod corpus aliud. & existimatur hoc esse aliud ab omnibus rebus, quæ sunt, & transferuntur in ipm. illud enim, in quo modo est aer, prius erat in ipso aqua. declaratū est igitur ex hoc locum esse aliquid aliud à duobus, ſ. illud ad quod, & à quo succedunt.

Cum declarauit cām, propter quam oportet Naturalē cōsyderare de loco, & declarauit cām difficultatis, quæ est in cognitione substātiæ eius, incœpit numerare res famosas facientes locum esse, deinde post hoc numeraut res famosas ēt, quę facūt dubitare in ec eius, vt est eius mos, ſm ꝙ ordinando tot modos logicos tot modibus demōstratuus, quæ hūt cū cognitione rei dubitationē illorū sermonū cōtrariorum. Et dixit Et existimatur ꝙ manifestum est, &c. i. & apparet locum esse ex mutatione ſm trāslationē, ſ. permutationem corporum succedētium in ipso. apparet enim quòd illud vbi est aqua, quando recedit ab eo, succedit vbi aer, aut aliud corpus, vt accidit in vase, ꝙ, cum ab eo exit aqua, succedit et aer, aut aliud corpus. & hoc intēdebat, cum dixit vbi enim est modo aqua, &c. i. apparet. n. ꝙ vbi inuenit aqua, illic, qūi exit aqua ab eo, sicut si exit à vase, iuenit aer. D.d. & forte hoc modo erit illic aliquod corpus aliud, i. et forte ſm successionē veniet in hūc locum, in quo fuit aqua, aliquod corpus aliud ab aere. D.d. existimatur igitur, &c. i. fertur igitur ex successione, cuius causa est translatio, quòd locus est aliud à rebus succedentibus in ipm. manifestū est enim quod illud, in quo modo est aer, tā in eo erat prius aqua & ipsum est fixum, & recipiens successionem istorum duorum corporum: & hæc duo corpora non sunt fixa, sed successiua: ergo est aliud necessario à corporibus accidentibus. & hoc quod dixit, cum hoc, quod est tantum, est notū per se ēt. D.d. declaratum est igitur ex hoc, &c. i. declaratum est igitur ex hac cōsyderatione locū esse aliquid aliud ab istis duobus, quæ succedūt sibi in illo, & est illud, ad quod trāferuntur, & in quo succedunt sibi.

Amplius aūt lationes physicorum corporū, & simplicium, vt ignis, & terræ, & talū non solū ostēdunt ꝙ est aliqd locus, sed ꝙ et habet quandā potentiā. fertur enim vnum quodq; in suum locum, non prohibitū, illud quidem sursum, hoc vero deorsum. hæc aūt sunt loci partes, & spēs, sursum & deorsum, & reliquæ distantiarum sex.

Et modi translationis coporum naturalium simplicium, verbi gratia translationis ignis, & terræ, & similium significāt cū hoc, quòd significant locum esse aliquid. & ipm

habere etiam aliquam potẽtiam. quodlibet enim eorum transfertur ad ſuum locũ, quẽ habet, niſi impediatur ab aliquo. hoc igitur transfertur ſuperius, & hoc inferius. & iſtæ ſunt partes loci, & ſpecies illius, ſ. ſuperius, et inferius, & aliæ partes.

4 Ex hoc ẽt apparet ꝙ locꝰ eſt aliquod ens aliud à corporibus localibus. & apparet ex eo etiam ipſum habere potentiam naturalem cõuenientem ei, quod mouetur ad ipſm: et, ſi nõ, tunc corpora nõ mouẽtur ad ipſm. & apparet ex eo etiam tertium, qm̃ diuidit in ſpẽs contrarias. et hoc apparet, ſicut dixit, ex cõſyderatiõe modorum translationis corporum ſimplicium trãslatione naturali, vt ignis ſuperius, & terra inferius, & aer ſuper aquã, & ſub igne. apparet enim intuẽtibus hoc, quòd illud, quod terra quærit per ſuum motum ad inferius, eſt locus illi conueniens, & ſimiliter illud, quod ignis quærit per ſuum motum ad ſuperius. Et apparet ex hoc, quòd locus eſt perfectio moti ad ipſum. & hoc intendebat, cum dixit ipſum habere potentiam, t. qm̃ apparet ex motu terræ ad inferius, & ignis ad ſuperius, quod quęrunt per iſtum motum, vbi conueniens ſibi, quæ conuenientia non eſt, niſi per potentiam naturalem exiſtentem in illo vbi. D.d. & hoc tranſfertur ad ſuperius, &c.t. & apparet etiam ex hoc, ꝙ vnũ corpus ſimplex transfertur ad ſuperius, & aliud ad inferius, quod ſupius, & inferius ſunt partes loci, in quas diuiditur, ſm quod genus diuiditur in ſuas differẽtias ſpecificas. & quaſi d. ſunt partes loci, quæ ſunt ſpecies illius. & addit hoc, ne aliquis intelligat per partes, partes ſm quantitatem, non ſm formam. & intendit per ſex partes, ſurſum, & alia.

Sunt aũt talia nõ ſolũ ad nos dextrũ & ſiniſtrum, atq; ſurſum et deorſum. nobis. n. non ſemp idẽ, ſed ſm poſitionem, ut cõuertimur, fiunt. idcirco idem crebro dextrũ & ſiniſtrũ eſt, & ſurſum & deorſum, & ante & retro. In natura aũt determinatũ eſt ſeorſum vnumquodq;. nõ enĩ quodcunq; cõtingit ſurſum eſt, ſed quo fertur ignis, & leue. ſil'r vero & deorſum, non quodcũq; cõtigit, ſed quo habẽtia grauitatẽ, & terrea, tanq̃ nõ poſitione dr̃ta ſolũ, ſed & potentia. Oñdunt aũt & Mathematica. cũ enim nõ ſint in loco, tamẽ ſm poſitionem ad nos hñt dextra, & ſiniſtra (vt ſolum intelligatur ipſorum poſitio) non habentia natura horum vnumquodq;.

Et iſta, & eis ei ſimilia nõ ſunt in reſpectu ad nos, ſcilicet ſuperius & inferius, & dextrum & ſiniſtrum. non enim vnum eorum eſt vnum ſemper in reſpectu ad nos. pars. n. nõ eſt apud nos ſemper vnam, ſed eſt ſm latum ſm motum noſtrum. & ideo forte idem in nobis erit dextrum & ſiniſtrum, & ſuperius & inferius, & ante & retro. Sed vnumquodq; iſtorum diſtinguitur per naturam. ſuperius enim non eſt quilibet locus, ſed locus, ad quem transfertur ignis, & leue, & ſimiliter etiam inferius, nõ quilibet locus, ſed ille, ad quem transfertur graue, & corpora terreſtria. Manifeſtum eſt igitur ex hoc ꝙ diuerſitas eorum nõ eſt ſolummodo in ſitu ſed in loco, & in potentia. Et hoc ſignãt diſpoſitio Mathematicorum. v. g. triangulus. quoniam, & ſi non ſunt in loco, tamẽ ſm ſuũ ſitum, quãdo comparãtur ad nos, inuenitur in eis dextrum, & ſiniſtrum. ſed ſitus eorum eſt opinabilis tm̃, non quia habent in ſua natura quodlibet iſtorum.

Cum declarauit ꝙ ex hoc, quod ſupius, & inferius apparent, apparebit natura ſpecierum loci, & ſuperius & inferius ſunt duobus modis: alia enim ſunt, quę ſunt in reſpectu ad nos, abſq; eo, quod habẽt eſſe extra animam in ſe, & alia ſunt, quæ ſunt habentia eſſe naturaliter: incœpit declarare quod ſuperius & inferius, quæ ſunt ſpecies loci naturalis, non ſunt illa, quæ ſunt in reſpectu ad nos, & dixit, Et illa, & eis ſimilia, &c. id eſt & iſtæ partes non ſunt partes, quæ dicuntur in reſpectu ad nos. Deinde. d. pars enim, &c. t. pars enim. quę eſt in reſpectu, non eſt vnum exiſtens naturaliter, ſed eſt ſm noſtrum ſitum, t. ſm illud, quod eſt in nobis, in reſpectu ad nos, eſt ſm locum rei ad nos. quoniam, ſi fuerit verſus caput, erit ſuperius, & ſi verſus pedes, dicetur eſſe inferius. D.d. & ideo forte, &c. t. quia iſtæ partes non ſunt in ſe res exiſtentes, ſed ſunt diſpoſitiones collatæ ad nos, forte accidit eidem vt ſit dextrum, deinde erit ſiniſtrum per mutationem noſtri ſitus in reſpectu ad ipſum, aut per mutationem ſui in reſpectu ad nos. ſimiliter accidit et ꝙ quandoq; ſit ſuperius in reſpectu ad nos, & qñq; inferius, & qñq; ante, & qñq; retro. iſtę enim partes non ſunt exiſtẽtes in ſe, ſed ſunt collationes dictæ in reſpectu ad nos: & collatio diſtinguitur per trãſmutationem vtriuſq; collatorum. D.d. Sed quodlibet iſtorũ eſt diſtinctum per naturam, t. & iſtæ partes naturales non ſunt collatæ ad nos, ſed quælibet earum eſt diſtincta naturaliter. ſuperius enim naturale nõ eſt quælibet pars, ſed pars, ad quã transferẽ ignis, et vlr corpus leue. & ſimili inferius non eſt quęlibet pars, ſed pars, ad quam transferẽ terra, & vlr corpora grauia. D.d. Declaratũ eſt igit ex hoc, &c. t. & declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ corpora contraria ſm naturã mouentur ad iſta loca contraria in loco, qm̃ iſta loca ſitus nõ ſunt cõtraria in loco tm̃, ſ. qa ſunt in duobus extremis vnius lineæ rectæ longiſſimæ, ſed & cũ hoc ſunt contraria ſm potentiam. res enim, quarũ ſubſtantiæ ſunt ſimiles cõtrarię, hñt ſubſtãtias cõtrarias aliquo modo. D.d. Et ſignãt hoc diſpoſitio Mathematicorum, t. & dr̃ta, quæ videt inter partes, quæ ſunt in rebus naturalib⁹, & in rebus mathematicis. qm̃ mathematica non hñt potentiã ad partem, et naturalia habent hoc, ſ. ſignificat ꝙ partes rerum naturalium non ſunt ſm poſitionem, nec loca eorum ſunt per exiſtimationẽ, ſicut eſt diſpoſitio in rebus mathematicis. †ſ. & ſi nõ eſſet} differẽtia inter corpora naturalia, & mathematica. D.d. ſed ſitus eorũ, &c. t. ſed & partes exiſtentes i corporibus mathematicis nõ ſunt partes exiſtentes in eis extra intellectum, ſm quòd ſunt mathematica, ſicut eſt diſpoſitio in corporibus naturalibus, ſ. qm̃ in eis inueniuntur partes ſex diſtinctæ ſm naturam: & hoc in ãato, in maiato vero nõ inueniunt hęc, ſed ſunt res, quæ exiſtimant in eis a exiſtimatione tantũ, ita, ꝙ extra animam non ſunt ſicut ſunt in anima. Et eſt intelligendum de hoc, quod dixit in eis, quæ ſunt præter ſupius, & inferius, qm̃ ſunt diſtincta naturaliꝫ. qđ itẽdebat p hoc, ſm ꝙ ſunt ptes, nõ ſm ꝙ ſunt vbi, qm̃ non ita de ſuperiori. & inferiori. inuenĩ enim in eis

Com. Pe.: eis aliquod diſtinctum, ſm ꝙ eſt vbi, et ſm ꝙ eſt pars. & iam expoſuimus hoc in capitulo de infinito, vbi numerauit differentias loci naturales, & quòd intendit ꝙ iſtæ partes ſex non ſunt diſtinctæ in mundo, ſed in cœlo, ſm quòd eſt animatum.

Vacuum. Amplius, vacuum affirmãtes eſſe, locum eſſe dicũt. Vacuum enim locuserit vtiq3, priuatus corpore. Quod igit̃ aliquid ſit locus p̃ter corpora, & omne corpus ſenſibile in loco, per hæc aliquis exiſtimabit. Videbit̃ aũt vtiq3, & Heſiodus recte dicere, cũ fecit primum ipſum Chaos. dicit enim Omniũ quidem primum Chaos factum eſt, ſed poſtea terra lata. quaſi oporteret primum, fuiſſe receptaculum ijs, quæ ſunt, ꝓpterea quòd pũtabat, quemadmodum multi, eſſe omnia alicubi, atque in loco.

Et etiam dicentes vacuum eſſe, dicunt locũ. Vacuũ enim eſt locus ſine corpore. Ex his igit̃ exiſtimat̃ locus eſſe aliud à corporibus, & ꝙ omne corpus ſenſibile eſt in loco. Et exiſtimatur ꝙ Home. bene dixit in ſuis verſibus, ꝙ Inane fuit primo. & ſermo eius eſt talis. In principio fuit Inane, & poſtea terra ampla, & ſpacioſa. & dixit hoc, quia intendebat ꝙ primo neceſſe eſt locũ eſſe entibus, ꝙa exiſtimabat illud, quod vulgus exiſtimat, t. ꝙ oia entia ſunt in aliquo vbi, & loco.

6 Vacuũ eſt famoſum ꝓp exiſtimationẽ, & neceſſarium eis, qui generãt mũdũ ſm totũ.

Iſta eſt Tertia, famoſa ratio ẽt. & accidit ei quòd fuit vera, ſicut accidit duabus pręcedẽtibus ꝙ fuerũt, cum hoc, quòd fuerunt famoſæ, veræ etiam. dicere enĩ vacuum eſſe, & quòd eſt locus ſine corpore, eſt famoſum propter exiſtimationem, & eſt neceſſarium in exiſtimatione eis, qui generant mundum ſm totum. Lexi ſtimare vacuum p̃cedere, neceſſe eſt enim vt locus p̃cedat corpus: & cum totum eſt generatum, ſequitur vt vacuum præcedat gnerationẽ totius. Et ideo Loquentes noſtræ legis dicunt vacuum eſſe, quia generant mundum, & quia exiſtimatio hmõi eſt cõmunis oibus generantibus mundum ſm totũ, ideo dixit Homerus ꝙ Inane, t. vacuũ fuit primo, &c. D.d. & dixit hoc, ga intendebat, &c. t. et iſte verſificator dixit hoc, quia exiſtimabat illud, quod vulgus exiſtimat, t. quòd entia omnia indigent loco, quia exiſtimant, qm̃, cum id, quod non eſt ens, nõ eſt in loco, ſequitur ꝙ illud, quod eſt ens, eſt in loco. Et iſta eſt quaſi Quarta ratio famoſa. & accidit et ꝙ fuit falſa. & hoc eſt vnum eorum, quæ mouerunt Homerum ad dicendum hoc. tamen maxime induxit ipſum ad hoc exiſtimatio cõis oibus, ſ. ꝙ vacuum debet præcedere generationẽ mũdi. et hoc eſt vnum eorum, quibus Ariſt. deſtruxit corpus generari ſimplr. qm̃ ſequereť vacuũ p̃cedere ipſm, & vacuum eſſe apud ipſum eſt famoſum.

Si aũt tale eſt, mirabilis quædã erit loci potentia, & prior omnibus. ſine quo nanq; nullum aliorum eſt, illud autem ſine alijs, neceſſe eſt primum eſſe. non enim perit locus, ijs, quæ in eo ſunt, corruptis.

Si igitur iſta eſt diſpoſitio loci, mirabilem habet potentiam, qm̃ pręcedit omnia entia. illud enim, extra quod impoſſibile eſt vt alia ſint, & põt eſſe ſine illis, neceſſe eſt vt ſit primum. locus enim non corrumpitur cũ corruptione eius, quod eſt in eo.

7 Illud ẽ prius natũ, qđ põt eſſe ſine alijs, & alia non ſine ipſo. Idem 4. meta. cap de prius.

Si igitur diſpoſitio loci eſt talis, ſ. quia eſt neceſſarius ſm eſſe oſum entium, vt Antiqui dicebant, mirabilem habet potentiam. eſt enim prior naturaliter oibus entibus. alia enim entia ſm hoc non põt eſſe ſine ipſo, ille vero põt eſſe ſine illis: & quod eſt tale eſt prius naturaliter. Et ſic debet legi. & põt eſſe ſine illis. qm̃ locus non corrumpitur per corruptionem eius, quod eſt in eo: ergo neceſſe eſt vt ſit primum, t. prior naturaliter, non ſm naturam, ſed ſm tempus.

Loci ſunt tres dimenſiones

At vero dubitationem habet, ſi eſt, quid eſt, vtrum moles aliqua corporis, aut quædã altera natura. Quærendum enim eſt genus ipſius primum. Diſtantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem, atq; profunditatem, quibus determinatur corpus omne. impoſſibile autem eſt corpus locum eſſe. in eodem enim eſſent vtiq; duo corpora.

Sed in ipſum eſſe ſunt loca dubitabilia, quæritur enim vtrum ſit corpus, aut alia natura. Perſcrutãdum eſt enim de ſuo genere, primo qd ſit. Dicamus igit̃ ꝙ locus hẽt tres Dimenſiones, longitudinis, ſ. & latitudinis, & ꝓfunditatis, & iſta terminãt qđlibet corpus. & eſt impoſſibile locũ eẽ corpus. ſequit̃ enim duo corpora eſſe in eodem loco.

8 Res, quę ſũt ignorãtę definitionis perſcrutandũ eſt, prio de genere earum & poſt de differẽtia qm̃ vtraq; pars definitionis fuerit ignorati eſſe, t. genus, & differentiæ ſicut eſt diſpoſitio in loco.

Cum induxit rõnes famoſas in eſſe loci, incœpit numerare etiam res famoſas negantes ipſm eſſe, & dixit Sed in ipſum eſſe ſunt loca dubitationis, Deinde incœpit numerare illa, & dixit quærit. n. &c. t. quærit enim vtrum corpus ſit, adeo, ꝙ corpus ſit locus corporis, ſ. adeo, ꝙ ſit aliquod corpus, quod dicitur in reſpectu alterius corporis. locus enim eſt locus locati, aut eſt alia natura à corpore. Quoniã primo oportet perſcrutari de genere, ſub quo collocatur locus, quid ſit. res enim, quæ ſunt ignoratæ definitionis, perſcrutandum eſt primo de genere earum, & poſt de differentia, qm̃ vtraq; pars definitionis fuerit ignorati eſſe, t. genus, & differentiæ ſicut eſt diſpoſitio in loco. Deinde incepit perſcrutari de hoc, & dı. Dicamus, &c. id eſt dicamus igitur, quoniam exiſtimatur locus eſſe corpus non aliud, quoniã exiſtimatur quòd locus habet tres dimenſiones, longitudinem, ſ. & latitudinem, & profundum: & omne, quod habet tres dimenſiones, eſt corpus: ergo locus eſt corpus. Deinde induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hac poſitione, & dixit ſed eſt impoſſibile vt ſit corpus, &c. t. ſed eſt impoſſibile locum eſſe corpus, cõtingit enim duo corpora eſſe in eodem loco ſm penetrationem: qm̃ contingeret vt dimenſiones corporis locati penetrent dimẽſiones loci, quod eſt impoſſibile.

Amplius, ſi eſt corporis locus, ac receptaculum, manifeſtũ eſt ꝙ & ſuperficiei, & reliquorũ terminorũ. eadem enim cõueniet ratio. vbi nãque erant prius aquæ plana, ei iunt rurſum quæ ſunt aeris. At vero differẽtiam nullam habemus puncti, & loci pũcti. quare, ſi neq; ab hoc eſt locus diuerſus, neq; ab aliorum vllo, neq; eſt quicquam præter unũquodq; horum, locus.

Et etiam, si corpus habet locum, manifestū est ꝙ planum etiam habet locū, & alia vltima, & ꝙ illa eadem ratio sequitur in istis. vbi enim primo fuerunt superficies aquæ, il lic etiam sunt superficies aeris. Sed nulla differentia est apud nos inter punctum, et locum puncti. si igitur locus puncti non est aliud q̄ punctus, ergo neque locus alicuius aliorum est aliud ab eis, & locus nihil aliud est, quàm quodlibet istorum.

9 Ista est quasi ratiocinatio per se destruens locū esse. & incepit sermonem à syllogismo hypothetico continuo, dicente si corpus sit locus, &c. et intendit per planam superficiem, & per alia vltima lineam, & punctū. superficies enim est vltimum corporis. Deinde incœpit declarare continuationem istius syllogismi, & dixit vbi enim primo fuerunt, &c. i. illud enim, quod sequitur ex translatione in hoc, quòd corpus habet locum, idem sequitur in hoc, quòd superficies habeat locum, & linea, & punctus. Syllogismus sic componitur. Superficies, et vbi vltima corporum ita succedūt super idem, sicut corpus: & omne, quod est tale, est in loco: ergo superficies, & vltima sunt in loco. deinde induxit conclusionē, & dixit Sed nō est differentia, &c.

Et ista cōclusio sequitur ex duabus propositionibus hypotheticis, & duabus categoricis. Prima enim hypothetica est, quoniam, si vltima sunt in loco, punctus est in loco, Secunda vero si punctus est in loco, locus puncti idem est cum puncto. Et ista continuatio declaratur per duos syllogismos categoricos, scilicet locus puncti est punctus: & punctus superponitur puncto: ergo punctus superponitur suo loco.

Deinde contingunt huic conclusioni, quòd superposita sunt vnum, & sequitur vt punctus, & locus eius sint idem. Deinde induxit alium syllogismum hypotheticum, & est. si locus puncti non fuerit aliud à puncto, nō est locus alicuius aliorum, superficies, s. & lineæ aliud ab eo. deinde tacuit incōueniens, quod est, ꝙ, cū locus rei sit res, erit res in se. quod est impossibile. Et deceptio est in hoc sermone famoso, quia accepit illud quod est per se, in loco eius, quod est per accidens: trāslatio enim superficierum, & vniuersaliter vltimorum, & vbi successio eorum sup vbi, est per accidens: quod non est ita in corporibus. & ideo non sequitur, si corpus debet habere locum per suam translationem, vt etiam superficies habeat, nisi in primo aspectu, & secundum famam.

Quid enim tandē & nos ponemus esse locum? neq; enim elementū, neq; ex elemētis, aut corporeis, aut incorporeis eē pōt talem hñs naturā. magnitudinem enim habet, corpus autem nullum. sunt autem sensibiliū corporum elemēta corpora. ex intelligibilibus autem elementis nulla fit magnitudo.

Quid igitur ponetur locus esse? impossibile enim est vt locus sit elementū, aut aliqd ex elemētis. & ista natura nō ē de corporeis, neq; de incorporeis. de corporeis qdem p̄dictum est, de incorporeis vero nō, qa habent mensurā, corpus vero nō. & elemēta corporum sensibiliū sunt corpora. & ex intelligibilibus non est mensura omnino.

Hæc est Tertia ratiocinatio apparens, quæ facit dubitare in esse locum. Habet enim aliquis dicere quòd, si locus sit, aut est elementum, aut compositum ex elemento, & vtrūq; est corpus. & locus vniuersaliter nō est de natura corporea, neque de incorporea, de corporea quidem non est, quoniam aut erit corpus, aut elementum corporis: sed non est corpus, quia tunc essent duo corpora in eodem loco: neq; elemētum corporis, nam elementum corporis est corpus. neq; est etiam de natura incorporea, verbi gratia intelligibilium. locus enim videtur habere quantitatem, & mēsuram: & nihil, quod est de natura incorporea, habet quātitatem: ergo, si locus est aliquid, non est de natura corporea, aut incorporea. quod est impossibile. & per hoc, quod dixit, quòd habet mensuram, declarat ꝙ non est de incorporeis. Et in hoc sermone est ordo præposterus, & diminutio, & sic debet legi, neq; de incorporeis. locus enim habet mēsuram, & incorporea, quæ sunt intelligibilia, non habēt mensurā. corporeus verò nō est etiam, quoniam aut est corpus, aut elementum corporis: & non est corpus, neq; elementum corporis, qa elementum corporis est corpus.

Nihil, qđ est de natura incorporea, habet q̄ntæ.

Amplius aūt & cuiusnam ponet aliqs ijs, quæ sunt, causam esse locum? nulla enim quatuor causarū ipsi ineſt. Neq; enim est vt Materia, eorum, quę sunt. nam nihil ex ipso constitutum est. neq; vt Formæ, & ratio rerum, neq; vt Finis, neq; Mouet ea, quæ sunt.

Et etiam propter quid oportet ponere locum entibus. non enim est causa aliquo modo quatuor. Quoniam nō est quasi Materia entibus. nihil enim videmus constitui per illum. neq; est etiam quasi Forma, & ratio rerum, neq; est Complementum, neq; etiam Motor, qui mouet entia.

Et manifestum est ẽt, ꝙ intentio eius, ꝙ alia sunt in tpe, est ꝙ tempus mẽsurat essentiam illorum, i. esse eorum, & ꝙ attributio illorum tempori est, fm ꝙ tẽpus continet illa ad modum eius, ꝙ numerus continet numeratum. Et, cum posuit hoc positiõe, incœpit declarare illud, &. d. Qm̃ aliquid esse in tpe habet duas intẽtiones, &c. i. & hoc apparet, qm̃ dicere aliquid esse in tempore habet alteram istarum duarum intẽtionum. Quarum Vna est, vt tps sit coniunctũ cũ esse eius, ita, ꝙ sit aliud ab eo, non cõtinuum cum eo, sed separatũ, coniunctum tñ in esse. s. vt inter illa non sit ligatio, nisi in esse eorum insimul. Secunda aũt intentio est vt intẽtio eius, quod dicimus aliquid esse in tpe est aliquid eẽ in numero. Et facit hãc diuisionem bimembrem, qm̃ notum est ꝙ ens attribuitur tpi, fm ꝙ est coniunctum ei, non fm ꝙ accipit in definitione rei, tanq̃ pars illius, neq; ꝙ res accipiatur in definitione illius. &, cum tempus sit cõmunctum, nõ remanet vt attribuatur ei illud, quod est in tẽpore, nisi aut sicut numeratum attribuit numero, aut sicut aliquid attribuitur illi, quod existit cum eo: licet aliqs possit dicere ꝙ adhuc est ista tertia ps possibilis, q̃ est attributio partis rei ad rem, & accidentium illius ad ipsam rem. et ideo cum cito post induxit illam, qm̃ diuisit aliquid attribuit numero, cum d. & iste sermo, &c. sed apparet vtr ꝙ sufficientatus esset in hac declaratione: tup hoc, quod prius declarauit, s. ꝙ tempus est aliqs numerus: & illa, quæ induxit, fuit ad confirmandũ. Et, cum posuit ꝙ res attribuitur tpi alterorum modorum, aut sicut res, quæ mensurantur in numero, attribuitur numero, aut sicut illud est communicatũ alteri in esse ad ipsum, cui coniungitur, reuertus est ad diuidendum ipsum, quod est aliquid esse in numero, &. d. & iste sermo significat, &c. i. Et intendit p partẽ illud, quod est in numero, quasi ipẽs, & differentiæ, & per accessiones consequentia essentialia ei, & per attributum illud, quod est cõ accidentibus. Et intendit per hoc, ꝙ dixit, aut ꝙ habet numerum hoc, i. aut quod attribuitur ei, ita, ꝙ sit numeratum ab eo, ita, ꝙ ipm sit numerans illius. & quasi d. & res attribuitur numero, aut sicut aliquid, quod accipitur in definitione numeri, aut sicut aliqd, in cuius definitione accipit numerus, s. accidẽtia eẽntalia, aut sicut ea, quorũ vtrũq; accipit in definitione alterius, & sunt correlanta, quæ sunt in numero, vt duplum, & dimidium, aut sicut numeratum attribuitur ei: & hoc est simile attributioni contentis ad contentũ. Et, cum posuit hoc, incœpit narrare qđ inuenitur ex istis in tpe: licet hoc nõ fuerit intẽtio eius. qm̃ intentio eius fuit declarare, qũo attribuuntur tempori res existentes in tpe, sed vidit ꝙ, cum fuerit declaratum quæ sunt illa, quę sunt de tpe, licet partes numeri de numero, & accidẽtia eius, declarabitur ex hoc ꝙ attributio rerũ tpi est alia. Et d. Et, qa tempus, &c. i. &, quia tempus est numerus, necesse est vt in eo sint ẽt aliqua, quæ ita sint in eo, sicut vnitas, & par de numero & sunt instantia, quæ multiplicatur per prius, & posterius, vt declaratum est prius. q̃portio. n. istrum ad tps est similis proportioni differentiarũ numeri ad numerum,

115 Aliquid est in tpe dupli contingit.

Documẽtum

merum. & hoc intendebat, cum dixit, ista enim attribuuntur numero, &c. Et, cum posuit ꝙ tps est numerus, & ꝙ illa, quæ attribuuntur numero, sunt duobus modis, aut de natura numeri, aut numerata, quæ continet numerus, & est declaratum ꝙ illa, quæ sunt in tpe, quæ sunt illa, q̃ sunt de natura numeri sunt alia ab eis, quæ sunt in tempore, concluſit ex hoc, ꝙ illa, quæ sunt in tẽpore, attribuuntur tpi, fm ꝙ numeratum attribuitur numero, & dixit Et res sunt in tẽpore, &c. & forte induxit eito hanc conclusionẽ, anteq̃ destrueret tertiam diuisionem, quæ est vna diuisionũ syllogismi: qa iam declaratũ est ꝙ tps est numerus. &, cũ ita sit, illa, quę attribuũtur ei, sunt duobus modis, aut partes, aut accidentia ei, aut numerata ab eo. &, quia illa quę sunt ex eo quasi partes, et accidentia, sunt alia ab eis, quę dicuntur esse in tpe, sequitur vt illa, quæ dicuntur esse in tpe, attribuantur ei, fm ꝙ numeratum attribuitur numero. & quasi induxit tertiam diuisionem ad confirmandũ, nõ quia est necessaria in hoc syllogismo. D.d. numerus. n. cõtinet illas, &c. i. &, quia res sunt in tpe, sicut numerata in numero: & numerus continet numerata fm modum similem ei, fm quem locus cõtinet locatũ: necesse est vt tempus contineat numerata.

Manifestum aũt est et ꝙ non est in tẽpore esse, esse qm̃ tẽpus est, sicut neq; in motu esse, neq; in loco, quando motus, & locus est. Si enì erit id, quod est in aliquo, hic, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio. quãdo enim milũ est, & cœlum est. sed hoc quidẽ accidit, illud aũt necesse est cõsequi, & id, qđ est in tpe, esse quoddã tps, qm̃ & illud est, & id, quod est in motu, esse tunc motum.

Et est manifestũ ꝙ intentio eius, ꝙ aliquid est in tẽpore, non est ꝙ aliquid sit, cũ tempus fuerit, quemadmodũ intentio eius, ꝙ est aliquid esse in motu, nõ est vt ipsum sit, cũ fuerit motus, neq; intentio eius, ꝙ est aliquid eẽ in loco, est vt ipsum sit, cũ fuerit locus. Qm̃, si aliquid esse in loco, habet hãc intentionẽ, necesse est vt oia sint in quolibet, & cœlũ in milio. qm̃, cũ vnum granũ milij fuerit, cœlũ erit ẽt, sed per accidens. necessariũ vero est, vt semp sequat̃ aliqd esse in tẽpore aliquod tps esse, cũ illud fuerit, aut sequat̃ aliqd esse in motu motũ esse in illa hora.

116 Cõtinuatio. Cum diuisit attributionem rerum tpi in attributionem cõiunctionis, & i attributionẽ rei ad numerũ, & diuisit attributionem rei ad numerum in duo, quorũ vnum est attributio rerum essentialiũ, quæ sunt in numero ad numerum, et aliud attributio est numerati ad numerũ, & declarauit quæ sunt illa, quę ita attribuuntur tpi, sicut res essentiales attribuuntur numero, cum tps sit numerus, festinauit, & posuit ꝙ ꝓportio entiũ, quæ sunt in tpe, ad tempus est sicut ꝓportio numerati ad numerum, anteq̃ destrueret tertiã diuisionem. Et fecit hoc, sicut diximus, quia conclusio erat verificata ei propter hoc, quod declarauit prius de tempore, qm̃ est aliqs numerus. &, cũ fecit hoc, intẽdebat cõplere primã rõnem, à qua incœpit, & rõ reuersus est ad destruẽdũ primã diuisionẽ, à q̃ incœpit sermonẽ, & dixit Et manifestum est, &c. i. qm̃, cum manifestum est per se, ꝙ dicere aliquid esse in tpe est sicut dicere aliqd esse in motu: & est manifestũ per se ꝙ aliquid esse in motu non est intẽtio eius, quod est, qñ motus fuerit: ergo necesse est vt intentio eius, ꝙ aliquid sit in tpe non sit, ut cum fuerit, erit tps. &, quia proportio esse alicuius ad tps est similis proportioni esse eius ad locum, et est manifestum ꝙ res nõ attribuitur loco, ita, ꝙ erit, cum fuerit locus, ideo necesse est, vt ita attribuat tẽpori. & rõ dixit post neq; intentio, &c. Et, cum dedit rõnem ad destruendũ vt aliqd attribuatur loco attributione cõiunctionis, incœpit confirmare rõnem suam inducendo inopinabile sequẽs hanc pónem in loco. s. dicere ꝙ intentio eius, quod est aliquid esse in loco est ꝙ, cum fuerit locus. erit res. & dixit Qm̃, si intentio eius, qđ est aliqd esse in loco, &c. i. qm̃ si intẽtio eius, quod est aliqd esse in loco est vt sit, qñ locus fuerit, tunc intẽtio eius non erit, nisi hoc, ꝙ locus rei sit oẽ, quod, cum fuerit, erit res fm coniunctionem, non fm essentiam. &, cum ita sit, & coniunctiones sunt plures, tũc idem erit in plurib⁹ infinitis. & magis inopinabile est ꝙ, si locus est illud, qđ, cũ fuerit, erit res, &, qñ milũ fuerit, erit cœlum, tunc sequtur vt cœlum sit in milio. D.d. ted hoc est per accidens, i. sed ista cõsecutio est per accidens. s. dicere ꝙ, cum fuerit milium, erit cœlum. & sili dicere ꝙ, cum fuerit tps, erit homo, &, cum fuerit homo, erit tps. D.d. necessarium vero est, &c. i. consecutio aũt necessaria est, ut semp sequatur ex esse alicuius in tpe esse tpis proprii illi rei, non esse tpis simpliciter. & isti consecutio necessaria motus ex esse alicui⁹, quod est in motu, non est consecutio simplr, i. ꝙ, cum aliquid fuerit, erit mot⁹ simplr: sed cõsecutio necessaria in hoc est, ꝙ, cum aliquid fuerit, erit motus proprius ei. Et intendebat per hoc declarare differentiam inter consecutionem essentialem, & accidentalem, dicere enim aliquid esse in tpe, ꝓprio sibi est dicere, ꝙ, cũ fuerit, erit, ꝓpter hoc illud tempus proprium ei. ista igitur est consecutio necessaria. & non est differentia inter dicere quod aliquid est in tempore, aut dicere ꝙ, cum fuerit tẽpus, erit illud, quod est in illo tempore.

Documẽtũ.

Quoniam aũt est, vt in numero, esse in tẽpore, accipietur aliquod maius tẽpus omne eo, quod est in tẽpore. Quapropter necesse est omnia ea, quæ in tẽpore sunt, contineri à tẽpore, sicut & alia, quæ cũq; in aliquo sunt: vt ea, quę in loco sunt, à loco. Et patet itaq; aliquid à tẽpore, sicut & dicere cõsueimus ꝙ tabefacit tẽpus, & senescũt omnia tẽpore, & obliuiscuntur propter tẽpus, sed nõ didicit, nec nouũ factũ est, nec pulchrũ. corruptionis enim causa per se magis est tẽpus. numerus enim ipsius motus est: motus aũt expellit id, quod inest. Quare manifestũ est ꝙ ea, quæ semp sunt, quatenus semp sunt, nõ sunt in tpe. nõ enim continent à tẽpore, neq; mẽsurantur esse ipsorum à tempore. Signum aũt huius est, ꝙ neq; patiunt̃ quicquam à tempore, tanq̃ non existentia in tempore.

Tps continet omnia. Vide Auer. de hoc. Et quia ꝓprie, ea quæ in tpe sunt, sunt.

Et, si res nõ inuenitur in tpe, nisi fm ꝙ est in numero, possibile est inuenire tps maius tpe cuiuslibet existentis in tpe. Vnde necesse est vt omnia existentia in tpe contineant̃ à tpe, sicut alia existentia in aliquo: vt locus continens rem, quæ est in loco. Tps igit̃ operatur aliqd in istis omnibus rebus, vt sumus

a Tacta

assueti dicere ꝙ tempus inducit senectutem, & corrũpit omnia, & facit obliuisci omnia, & nõ dicimus ipsum docere, & renouare, & meliorare. tps enim p se dignius est vt sit causa corruptionis, quia est numerus motus: & motus aufert ens. Manifestum est igitur ex hoc ꝙ res æternæ, ſm ꝙ sunt æternæ in esse, non sunt in tẽpore, quia tps non continet illas, neq; mẽsurat essentiam illarum. Et signũ eius est, quia nõ operat in eis omnino, sicut illud, quod non est in tempore.

117 Intendit in hoc capſo dare differentiã inter illa, quæ non sunt in tpe, & quæ sunt, & dicit Et, si aliquid non est. &c. & iste termo cõponitur sic. Omne, quod est in tpe, est in eo, vt numeratum in aliquo numero: & omne, quod est in aliquo numero, numerus excedit ipm in duobus extremis: ergo omne, quod est in tpe, tẽpus excedit ipm ex duobus extremis. Et maior propoſitio in hoc termone, s. dicẽs ꝙ res est in tpe, sicut numeratũ in numero, est manifesta p se ex declaratis, & ſſit. minor. D.d. Vnde necesse ẽ, &c.t. vnde necesse est ut oĩa contineantur à tpe, & tps excedat illa. Et intendit per hoc, quod d. sicut alia existentia in aliquo, id est sicut oĩa, quæ attribuũtur alicui continenti. v.g. sicut attribuitur aliquid loco, vt aqua vasi, locus enim continet locatũ, & vas aquã: & ſſit tps existentia in illo, & numerus vſr numeratũ. D.d. Tps igit operat, &c.t. tps igitur, ſm ꝙ continet illa exĩtia in ipso, & sequitur in hoc cõtinens operans, quod est motus rotius, necesse est dicere ipsum oparti in res existẽtes in ipso passione corruptionis. & ideo oĩs cõuenit in hoc, ꝙ tẽpus inducit tenẽ turem, & corruptionem ad oĩa, & non dicunt ipsum renouare, & docere. D.d. cãm, ppter quã attribuitur ei corruptio, & non generatio: & sic vtrũq; inuentat in ipso, quia sequtur motum circularem. & dixit tps enim per se, &c.t. & hoies attribuunt ei corruptionem, & non generationem. qm, cum tps attribuit per se operationi, dignius est vt attribuatur opationi, qua inuenitur essentialiter in re, quam sequtur tẽpus, s. in motu. & [a] motus naturaliter in se habet, vt p ipsum auferatur res alia substãtia: & ista ablatio inducit per se corruptionem scilicet inducat generationẽ in rebus generatis per accidens. [b] ex motu igitur inuenitur generatio per accidens, & corruptio per se: & ex tpe inuenitur vtrũq; per accidens: sed generatio p accidẽs accidẽtis. tps enim accidit ei, cui accidit generatio ex motu, & sequtur ex illo, in quo inuenitur corruptio per se. corruptio igitur attribuitur ei, quasi secundario, & generatio quasi per accidens purum. Et, cum declarauit ꝙ illa, quæ sunt in tpe, sunt illa, q̃ tps excedit ex vtraq; parte, declarauit ex hoc ꝙ res æternæ non sunt in tpe, sc. Tps non continet res æternas: & continet res existentes in tpe: ergo res æternæ non sunt in tpe. D.d. Et signum eius, &c. induxit hoc ad confirmandum ex hoc, ꝙ apparet sensui. & intendit per res æternas corpora cœlestia. apparet enim sensui ꝙ tps non operatur in eis sed oĩa, quæ sunt in tpe, tempus operatur in eis: ergo res æternæ non sunt in tpe. D.d. sicut illud, quod nõ est in tpe. & innuit separata à materia. [c] corpra enĩ cœlestia licet non sint in tpe, ſm ꝙ tẽpus non continet illa, tamen sunt coexistẽtia cum tempore, scilicet quòd esse eorum, quod est in motu, est coexistens cũ esse tẽporis, coexistentia quantitatis cum quantitate. res autem separatæ non habent continentiam, neque coexistentiam. et ideo dixit sicut illud, quod non est in tempore, s. in aliquo modo.

[a] Motus natu-
raliter inest
rei mobili.

[b] Tps accidit
rebus per
accidens.

[c] Corpora cœ-
lestia licet non
sint in tpe, ſm
ꝙ tps non
continet illa,
tamen sunt
coexistẽtia
cum tpe, ſm
ꝙ tẽpus non
continet illa.

Quoniam aũt tẽpus mensura motus est, erit & quietis mensura ſm accidẽs. oĩs enim quies in tẽpore est. non enim vt quod est in motu necesse est moueri, sic & quod in tẽpore. nõ enim tps motus est, sed numerus motus. in numero aũt motus põt esse & qescẽs. non [a] enim oẽ ĩmobile quiescit, sed priuatũ motu, aptum aũt natura moueri, sicut dictũ est in prioribus. Esse aũt in numero est esse quendam numerũ rei, & mẽsurari eẽ ipsius numero, in quo est. quare, si est in tpe, à tẽpore, Mensurabit aũt tempus id, quod mouet, & quod quiescit, quatenus hoc quidem mouet, illud vero qescit. motũ enim ipsorũ mensurabit, & quietẽ, quanta quædam.

a Nõ oẽ ĩmobile qescit, sed priuatum motu, aptus autes natura moueri. 6. phy. t.16.

Et, cum tẽpus mensuret motum, mensurat etiã quietẽ. omnis enim quies est in tpe. quoniã nõ omne, quod est in motu, necesse est vt moueatur, similiter etiam quod est in tẽpore. tẽpus enim non est motus, sed numerus motus. & rectum est vt quiescẽs sit in numero motus. & nõ omne, quod nõ mouet, necesse est vt quiescat, sed omne, quod innatũ est moueri, & caret motu, sicut diximus superius. Esse aũt alicuius in numero est, vt illud habeat aliquem numerum, & ꝙ essentia illius mensuretur à numero, in quo est. & eẽ alicuius etiam in tẽpore est, vt mensuretur à tẽpore. Et tps mensurat rem motam, ſm ꝙ est res mota, & mẽsurat quiescens, ſm quòd est quiescens. mensurat enim motũ, & quietem, quotus est, & quota est.

Cum declarauit ꝙ illa, quæ existunt in tẽpore, sunt in tẽpore, ſm ꝙ illa sunt in numero: & omne, quod est i numero, mensuratur ab illo numero: ergo necesse est vt oĩa existentia in tpe. mensurent à tpe: &, quia tempus est numerus, motus: necesse est ut mẽsuret res existentes in ipso, ſm quòd sunt motæ, aut in actu, & sunt res motæ, aut i potẽtia, & sunt quiescẽtes. &, quia manifestius mensurat res motas quàm quiescentes, & ratio est in eis eadem, d. Et, cum tempus mensuret motum, mensurat etiam quietem. D. narrauit quomodo assimilanſ, &c.d. omnis enim quies in tempore est. i. & necesse est vt dispositio motus in hoc sit sicut dispositio quietis, quoniam quies dicitur esse in tempore ſm modum, quem dicimus motum esse in tempore, scilicet, ſm ꝙ mensurat à tempore. Et, quia aliquis potest dicere ꝙ res sunt in tempore, ſm ꝙ sunt motæ: & quiescens est contrarium moto: ergo quiescens nõ est in tempore, ſm quòd est quiescens, ideo dixit quoniã non omne, quod est in motu, &c.id est, & non debet aliquis dicere quòd res non est in tempore, nisi sit mota. quoniam quemadmodum illud, quod est in motu, i. in re mota, ẽ sicut dispositio nostra cum motu totus, non contingit in eo ꝙ fit motum, ita est dispositio in rebus, quæ sunt in tempore, idest quoniam sequitur in eis vt sint motæ. D. incœpit declarare ꝙ tempus est dignius hoc, quàm motus, secundum quòd nõ est motus, sed numerus motus, &c.d. tẽpus enim non est motus, &c.t. & tempus est dignius in hoc q̃ motus, scilicet, vt in eo inueniatur quiescens, quoniam tempus non

118

non est motus, sed numerus motus: & possibile est vt quiescens muentatur in numero motus, cum sit possibile vt muentatur in motu: sed esse eius in numero motus est dignius. Et, quia quiescens dicitur transumptiue, vt dicitur quòd poli sunt quiescentes, & dicitur vere in eis, quæ innata sunt moueri essentialiter, & quies, quæ est in tempore, est vera quies, incepit declarare hoc, ne in eo cadat decepto, & dixit & non omne motum necesse est, vt quiescat, &c. idest, & non omne ens necesse est vt disponatur per quietem, sed solummodo illa, quæ innata sunt moueri essentialiter. & ideo dicimus quòd corpora quiescunt, & non dicimus quòd punctus est quiescens, cum non sit innatus moueri. & similis dispositio est in omnibus accidentibus. &, cum talis fuerit expositio, tunc, cum dixit & non omne motum, intendit & non omne ens: nisi sit error in libro. Et forte vult notificare modum motarum rerum, quæ recipiunt motum quandoq;, & quietem quandoq;: & sunt mota, quæ innata sunt carere motu. & quasi dicat. & non omne motum necesse est vt quiescat, sed quietem ex motis illud, quod naturaliter habet moueri, & caret motu apud quietem. & sic innuit quæ mota, & quæ quiescentia sunt in tempore, & quæ non sunt. mota enim semper non sunt in tempore, vt orbis, & similiter quiescentia semper, vt terra, cũ tempus nõ excedat ipsa. Et, cum narrauit quòd quies mensuratur per tempus, sicut motus mẽsuratur: quoniam modus, quo dicimus quòd quiescens est in tempore, est idem cum modo, quo dicimus quòd motum est in tempore: &, quòd non sequitur vt omne, quod est in tempore, sit motum, quemadmodum non sequitur vt illud, quod est in motu, sit motum: immo illud, quod est in tempore, est remotius ab hoc, quoniam tẽpus non est motus, sed numerus motus: &, cum sit possibile vt quiescens sit in moto, dignius est vt inueniatur in numero moti: &, cum narrauit etiam ꝙ quiescẽtia, quæ sunt in tempore sunt mota quæ carent motu, incœpit demonstrare ex prædictis quòd necesse est ex prædictis vt tempus mensuret quiescens, & dixit & sicut diximus superius, &c. idest, &, cum posuerimus illud, quod declaratum est prius, scilicet quòd esse alicuius in numero est vt illud, quod est in numero, habeat aliquem numerum, qui mensuret essentiam eius: &, cum posuerimus quòd esse alicuius in tempore est esse eius in numero: manifestum est quòd ex hoc concluditur quòd esse alicuius in tempore est vt tempus mensuret essentiam eius. Et ipse expressit maiorem propositionem, & conclusionem, et tacuit minorem, quia est manifesta. Et, cum concluſit, quòd omnẽ, quod est in tempore, mensuratur à tempore: & quiescens est in tẽpore: concluſit ex hoc quòd quiescens mensuratur à tẽpore: & similiter motum. Et, quia ista conclusio est manifesta, & similiter minor propositio, in sermone hoc dimisit minorem propositionem, & contentus est inducere modum mensurationis motus, & quietis à tẽpore, quoniam dicere modum cõclusionis habet in se conclusionem, licet non expresse. & ideo induxit modum conclusionis, scilicet modum mẽsurationis quietis, & motus à tempore. & hoc fecit ſm abbreuiationem. Et dixit post, scilicet postquam induxit conclusionem, dicentem quòd omne, quod est in tempore, mensuratur per tempus, Et tempus mensurat rem motam, &c.t. &, cum sit declaratum ex hoc sermone ꝙ tẽpus mensurat motum, & quietem: ergo mensurat rem motam, ſm quòd res est mota, & quiescentem, secundum quòd est quiescens, non ſm quòd est mota. &, qa quies est priuatio motus: & priuationes terminantur in respectu habituum, & mensurantur: necesse est vt mensuratio quietis à tempore nihil aliud sit quàm mẽsurare priuationem motus: ergo mensurat motum, & eius priuationem. & hoc intendebat, cum dixit mensurat enim motum, & quietem, quanta sunt. idest mensurat motum, quotus est, & priuationem eius. mensurat igitur motum primo, & essentialiter, & quietem secundo, & per accidẽs, scilicet ſm quòd est priuatio motus. sicut accidit in comprehensione habituum, & priuationum. visus enim cõprehendit album per se, & nigrum per accidens, ſm ꝙ est priuatio albi. & similiter est de omnibus habitibus, & priuationibus.

Priuationes terminãtur in respectu habituum, idem.

Quare quod mouet non simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantum quoddam, sed quatenus motus ipsius quantus est. Quare quæcunq; neq; mouent, neq; quiescunt, nõ sunt in tpe. esse enim in tempore est mensurari tẽpore: tempus autem motus, & quietis mensura est.

Esse in tpe, mensurari tpe. idẽ sup. t.114.

Motum igitur non simpliciter mensuratur à tempore, sed ſm ꝙ motus eius est quantus. Ergo necesse est vt illud, quod minime mouetur, neq; quiescit, non sit in tẽpore. intentio enim eius, quod est aliquid esse in tempore est ipsum mensurari per tẽpus: & tempus est mensura motus, & quietis.

Cum posuerat ꝙ res æternæ non mensurantur à tẽpore, quia non excedit illas, & declarauit etiam ꝙ tempus mensurat motum, & quietem, intitur etiam declarare ex hoc, ꝙ illa, quæ non mouentur, neq; quiescunt, non sunt in tempore. et qa hoc non apparet, donec declaretur ꝙ tẽpus non mensurat entia, quæ excedit, nisi ſm ꝙ sunt mota, aut quiescentia tantũ, dixit Motum igitur non simpliciter mensuratur à tempore, s. &, cum consyderatum fuerit mensurationem motus à tempore, apparebit ꝙ non mensurat rem motam, ſm ꝙ est mota simpliciter, v.g. substantia aut quantum, aut quale, aut aliud modorum essendi, sed ſm ꝙ motum est in prædicamento passionis, sed motum, ſm ꝙ est motum, est in prædicamento, s. ſm quantitatem accidentem motui. & hoc intendebat, cum dixit sed ſm ꝙ motus eius est quantus. & est manifestum ꝙ, cum non mensurauit tẽ motam, ſm ꝙ est mota simpliciter, sed ſm quãtitatem accidentem motui, dignius est ipsum non mẽsurare aliquid, ſm ꝙ est ens. & similiter est intelligẽdum de quiescente. qm̃ non mensurat ipsum, nisi ſm ꝙ existimatur in eo quantitas, non ſm ꝙ est quiescens simpliciter, quantitas in quiescente existimatur existimatione qetis in respectu motus. Et, cum declarauit quòd tempus mensurat ens, ſm ꝙ est motum, aut quiescens, nõ simpliciter, sed ſm quantitatem accidentem motui, & quieti, sequitur ex hoc, vt quod nõ mouetur, neq; qescit, non sit in tẽpore. & hoc ſm conuersionem per cõtrapositionem. qm̃ hæc propositio, Omne, quod mensuratur à tempore, est aut quiescens, aut motũ, conuertitur sic, omne, quod non mouetur, neq; quiescit, non mensuratur à tempore. &, quia propositio, cuius conuersam per contrapositionem accepit, est dicens ꝙ omne, quod est in tempore, est aut motum, aut quiescens, incœpit declarare hanc propositionem ex prædictis de substantia temporis, notificando causam, pp quam tempus mensurat motum, & quietem tm̃, & dixit intentio enim eius, quod est aliqd esse in tempore, &c.t. & signum eius, ꝙ omne, quod est in tempore, est motum, aut qescens, est, qm̃ manifestum est per se, ꝙ dicere aliquid esse in tempore, est quod tempus mensuret

Nota de conuersione per cõtrapositionem.

Mẽsurãs debet eẽ de genere mẽsuratũ.10. met.t.c 4. Idẽ hic infra.t.c. 111.

illud. &, quia ipm tempus est mẽsura motus, & qetis: & mensurans debet esse de genere mensurati: sequitur vt omne, quod mensuratur à tempore, mẽsuretur fm quod est motum, aut quiescens. linea enim mẽsuratur per lineam, & corpus per corpus, & superficies per superficiem. & hoc manifestum est. Sed induxit hanc rationem: quoniam cum scitur causa cum scientia, tũc scientia erit pertectior.

talia, sunt illa, quorum opposita sunt semper necessario. v.g. vt diametrum esse asimetrũ costæ semper est. hoc igitur non erit in tempore, neque simetrum. & ideo est non ens semper, quia est contrarium ei, quod est semper ens. Illa vero, quorum contraria nõ sunt semper, possunt esse, & non esse, & generatio, & corruptio semper est istorum.

Cũ scit causa cum scientia, tunc scia erit pertectior, &c.

Manifestum igit̃ est ꝙ neq; omne, quod non est, erit in tempore, vt quęcunq; nõ possunt aliter esse, vt diametrum esse lateri com mensurabilẽ. omnino enim, si mensura quidem est motus tempus per se, aliorum autẽ fm accidens, manifestum est quòd, quorum esse mensurat, his omnibus erit esse in quiete, aut motu. Quęcunq; igitur corruptibilia, & generabilia sunt, et omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando vero non, necesse est in tẽpore esse. est enim tempus quoddam maius, quod excedet eẽ ipsorum, & id, quod mensurat substantiam. Eorum autem, quæ non sunt, quæcũq; quidem continet tẽpus, alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat, alia vero erunt, vt futurorum aliqd, quæ ad vtrauis cõtinet. & si ad ambo, vtraq; & erant, & erunt. Quæ autem haudquaquã continet, neq; erant, neq; sunt, neque erunt. sunt autem huiusmodi eorum, quæ nõ sunt, quorum opposita sunt semper. vt incõmensurabilem esse diametrum semper est: et non erit hoc in tempore: neq; ergo commensurabilem esse. quapropter semper non est, quoniã contrarium est ei, quod semp est. Quorum autem contrarium non semper est, hęc possunt & esse, & non esse, & est generatio, & corruptio ipsorum.

Corruptibilia & generabilia sunt, et omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando vero non, necesse est in tẽpore esse.

Et manifestũ est ꝙ, quod non est, nõ omne etiam est in tempore, ver. gra. illud, quod impossibile est vt sit aliter, vt diametrum eẽ alimetrum costæ. quoniam, si vniuersaliter tempus est mensura motus per se, & mensurat alia per accidens, manifestũ est quòd omne, cuius mensurat essentiam, essentia omnis illius erit in hoc, quod mouet̃, aut quòd motus sit in eo possibilis. Omne igitur corruptibile, aut generabile, & vniuersaliter omne, quod est in aliqua hora, et non est in alia, necesse est vt sit in tempore. est. n. aliquod tempus, quod excedit essentiam istarum rerum, et quantitatem substãtiarum, quæ sunt in ea. Non ens vero illud, quod ex eo à tempore terminatur, aliud iam fuit, vt Homerus, qui iam fuit in aliqua hora, et aliud erit, vt quædam futura. & tempus continet vtrunq; modum, si ex vtralibet parte ispexeris. Et quòd ex non ente non determinatur à tẽpore nunquam fuit, neq; est, neq; erit. & illa, quæ sunt



Quia ens est duobꝰ modis, ens semp, & ens nõ semper, & non ens etiam est duobus modis, non ens semper, & non ens non semper, & est iam declaratũ quòd tempus non mensurat ens semper, sed mensurat ex eo illud, cuius esse non semper est, incœpit etiam declarare hic ꝙ tempus non mensurat non ens semper, sed illud, cuius non esse non est semper, & dixit Et manifestum est, &c.t. & manifestum est igitur ꝙ illud, quod est non ens, nõ sunt eius duo modi in tempore. quoniã modus eius, qui est non ens semper, non est in tempore, quemadmodum modus entis, quod semper est, nõ est in tempore. & illud, quod est semper non ens, est illud, quod impossibile est, vt sit aliter ab eo modo, quo est, ver. g. vt diameter sit simeter costæ. Et, cum narrauit quòd tempus non mensurat illud, quòd est non ens semper, incœpit dare causam, propter quam tempus mensurat illud, quod mensurat per se, & per accidens: cum ex hoc appareat impossibilitas mẽsurationis eius ad illud, quod sequitur mensurationem illius simpliciter: qm̃ illud, quod non mensurat per se, neque per accidens, nõ mensurat illud omnino. Et dixit qm̃ si vlr, &c.t. & hoc, ꝙ dicimus de mensuratione, aut nõ mensuratione priuationis à tempore, apparet ex prędictis de mẽsuratione entis ab eo. qm̃, si vlr tempus mensurat de entibus per se motum, et mensurat alia entia p accidens, i. quia coniunguntur cum motu, manifestũ est ꝙ omne, cuius esse mẽsurat tps, mẽsurat ipm, fm ꝙ est motũ, aut fm ꝙ est mobile: illud aũt, quod non põt moueri, esse eius non mensurat à tpe. Et, cum declarauit ꝙ tps mensurat de entibus illud, in quo est motus, aut põt eẽ in eo, dixit Omne igitur corruptibile, &c.t. omne igit̃, quod fuerit corruptibile, aut generabile, & vniuersaliter illud, cuius tpa in suo esse, & non esse sunt terminata, necesse est vt esse eius, & nõ esse eius sint in tpe: qa esse motus est posse in nõ eẽ eius, & nõ est ita in eo, quod est nõ ens semp. qm̃ priuationes istorũ, cũ sunt cõsyderatæ i subto, ppinquo eis, sunt terminata p tps. Et quasi intẽdebat notificare ꝙ iste modus entium est ille, cuius esse, et nõ esse mensurat tempus, nõ ille cuius esse, & nõ eẽ est semp. Et, qa generabilia, & corruptibilia mensurant à tpe duabus de causis, quarũ vna est, quia

a Generabilia, & corruptibilia mensurant à tempore duabus de causis.

quia sunt mota, aut mobilia, secunda aũt est, quia tps excedit illa in vtraq; parte, & iam dedit cãm primam in hoc, & modo induxit secundam, & dixit est enĩ tempus, &c.t. &, esse generabilitũ, & non esse determinant à tpe, quia excedit esse eorũ & esse subiectorũ, quæ innata sunt, vt in eis inueniant̃ ista. qm̃ per hoc, quod excedit esse subiectorũ, excedit tẽpora priuationis eorũ. qm̃ tpa priuationũ reꝝ terminant̃ p tpa subiectorum suoꝝ, ppinquorũ, in qbus est possibilitas essendi illarũ rerum. v.g. qm̃ priuatio Soc. fm qđ pcedit suũ esse, terminatur per tps, qm̃ accipitur in respectu subiecti propinquioris. v.g. ex quo sperma adiungebatur cum sanguine menstruo. cum autem priuatio eius accipitur in respectu possibilitatis eius in prima materia, inuenieẽ infinita in ꝓterito. & similiter priuatio eius, qm̃ priuatur res in ꝓterito, est infinita in futuro. fm hoc igitur, si dicatur in istis ꝙ tempus terminat priuationem eorũ, erit fm vnum modum. ista enim sicut iam diximus, non est possibile vt tẽpus mensuret suum nõ esse, nisi in respectu subiecti terminati. & hæc est priuatio, quæ præcedit esse, s. cum quo coniungitur possibilitas essendi. priuatio vero, quæ est post esse, cum non coniungitur cum ea possibilitas essendi secundo: & hoc non erit nisi in rebus reciprocatis: non mensuratur per tps omnino. illud autem, per quod mensuratur esse alicuius secundo, & sunt illa, quæ reciprocant tẽpora suarũ priationũ, sunt terminata per tps: vt qm̃ aqua generatur ex aere, & aer ex aqua. & substãtiã rerum generabilium, & corruptibilium, s. propinquam, innuit, cum dixit & quantitatem substantiarum, i quibus sunt. qm̃ priationes rerum terminatarum sunt in substantijs, in quibus inueniuntur res. Et, cum declarauit ꝙ tempus nõ mensurat illa, quorum priuatio est semper, quia nõ mẽsurat priuationem alicuius, nisi in respectu sui esse, & ista nunquã habebunt esse, ideo tempus non mensurat non esse eorum, cum hoc, ꝙ tempus etiam nõ excedit non esse eorum. & declarauit cum hoc ꝙ tempus mensurat entia, fm ꝙ sunt mobilia motu nouo, & corrupti bili, incœpit etiam inducere secundum modum priuatorum, & sunt illa, quæ possunt mensurari à tempore, & dixit Non ens vero, &c.t. modus vero nõ entis, in quo dicimus ꝙ tps mensurat suam priuationẽ, necesse est ipsum esse, aut in ꝓterito, vt Homerus, aut in futuro, vt eclipsis, et alia futura. & est necesse in priuatis, quæ terminantur à tempore, vt sint in ꝓterito, aut futuro, quia priuatio non imaginat̃, nisi in respectu eius, cuius est priuatio. & ideo, cum etiam terminatur à tẽpore, erit per respectum eius ad tempus essentiæ illius rei priuatæ. & ideo sequitur vt omne, cuius nõ esse est terminatũ, vt sit aut in ꝓterito, aut in futuro. D.d. & tempus continet, &c.t. & tẽpus continet istos duos modos essendi, s. quod iam fuit, et quod erit: si ex vtralibet parte inspexeris, s. ex futuro, aut ꝓterito. Et in eẽdebat innuere per hoc, quòd causa in hoc, quòd tempus terminat priuationes istarum rerum, tta, ꝙ possumus dicere ꝙ tot ãni sunt elapsi à tempore eclipsis, est hoc, quòd hoc tempus terminat illa. et ideo dixit post, Et quod est ex non ente, non determinatur à tempore, id est, & illud, quod est non ens, quod determinatur à tpe, est econtrario non ens, quod non determinatur à tpe. non ens enim, quod determinatur à tpe, est illud, quod fuit, aut erit: nõ ens aũt, qđ nõ determinatur à tẽpore, est illud, quod nunquã fuit, aut erit, neq; est modo. Et, quia iste modus non entis differt ab illo modo alio in hoc, ꝙ oppositum illius inuenitur quandoq;, & oppositum istius fuerit semper, dixit & quę sunt talia, &c.t. & est proprium huic generi priuationis hoc, ꝙ oppositum eius est semp, vt diametrum eẽ simetrũ costæ. diametrum enim esse assimetrum est semper: &

Nota qõ priuatio Socratis põt sumi vel in subto ꝓpinq;, vel i subto remoto. Vide cõsimile 1. cœli. cõ. 120.

Priuatio nõ imaginat̃ nisi in respectu eius, cuius est priuatio. Idẽ hic infra. cõ. 148. & libi.

ideo ipsum esse simetrum nũquam est. D.d. & hoc nõ est in tpe, neq; simetrum, i. & ipsum esse assimetrum nõ est in tpe, quia est necessarium: neq; etiam ipm esse simetrum est in tpe, quia est oppositũ ad assimetrum. D.d. & ideo est nõ ens semp, i. & ideo diametrum esse simetrum est non ens semper, quia est contrarium ei, quod est ens semp, s. ad assimetrum. Et, cum narrauit ꝙ illa, quæ sunt semper priuata, sunt illa, quorum contraria sunt semper: & sunt illa, quorum esse, & non esse non terminat tps: narrauit ꝙ secundus modus priationum est oppositus istis, & dixit illa autem, quorum contraria, &c.t. priuata autem, quorũ contraria, &c.t. priuata autem, quorum cõtraria non sunt semper, possunt esse quandoq;, & non esse quandoq;, econtrario alio modo priuationis, & generatio, & corruptio sunt semper hoc modo entium.

Caput Septimum. Quo pacto ipsum Nunc continuat tempus. Deq; alio significato ipsius Nũc. Et quid hæc significent, s. Aliquando, Iam, Nuper, Quondam, & Repente. Et quod Tempus corruptionis per se magis, generationis autem magis per accidens est causa.

IPsum autem nunc est continuatio temporis, sicut dictum est. continuat enim tempus præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis est. est enim huius quidem principiũ, illius autẽ finis. Sed hoc non, vt in puncto manente, manifestum est. diuidit autem * potentia. &, quatenus quidem hmõi, semper alterum est ipsum nunc: quatenus autem copulat, semper idem est. Vt in mathematicis lineis. non enim idem semper, unũq; punctum est intellectu: diuidentium enim * aliud est: quatenus autẽ est vna, idem penitus est. Sic & ipsum nunc aliud quidem temporis diuisio fm potentiam est, aliud autem terminus vtrorumq;, & vnio. est autem idẽ, & secundum idem diuisio, & vnio: esse autem non est idem.

* s. i. vsus & aliud.

Instans vero est copulatio tẽporis, sicut dictum est. copulat enim tempus præteritũ cũ futuro, & extremum tpis: quia est principiũ cuiusdam partis, & finis cuiusdam. Sed hoc nõ est manifestũ, sicut est in puncto, qm̃ figitur. & ipsum instans est punctus ex potẽtia. &, fm ꝙ instãs est tale, semp est aliud ab alio: &, fm ꝙ ligat, semp est idẽ. Et quemadmodũ igitur in lineis mathematicis punctus acceptus in eis in imaginatione nõ semp est idẽ: qm̃, cum diuiserimus lineam per illum erit diuersa: fm vero quòd est vnum est necessario idem. Et similiter etiam instans est quodammodo diuisio tẽporis in potentia, & quodãmodo extremum, & adunatio duorũ temporũ. & adunatio, & diuisio sunt idem in eodẽ: essentia vero eorum non est eadem.

Cum narrauit prius ꝙ instans in tempore est quasi punctus, & qũo est vnus punctus, & qđ est vnus & multus, reuertit etiã hic, & complet intentionem suam

Sup. c. 10. & infra

intendit inducere modum, quo assimilatur puncto, & quo differt. Et dixit Instans vero est copulatio temporis. &c. id est, & instans est causa in hoc, quod tempus præteritum est copulatum cum futuro, non diuisum ab eo. & est eadem causa in hoc, quod præteritum diuiditur a futuro. qm̃ per hoc, quod est differẽtia, vel terminus cõmunis, est causa continuationis præteriti cum futuro. D.d. & extremum temporis, i. & est extremum duorum temporũ. futuri nãq; fm̃ q̃ est principium, præteriti autem fm̃ quòd est finis. Et, quia punctus in hoc est, sicut instãs, i. in hoc, q̃ copulat lineam, fm̃ quod est terminus cõmunis duabus lineis insimul, & diuidit istam, fm̃ q̃ est finis vnius, & principium alterius, dedit differentiam in hoc inter instans, & punctum, & dixit Sed hoc non est manifestum, &c. i. sed hæc diuisio, quæ est instantis, i. quoniã est principium futuri, & finis præteriti, & similiter copulatio, non est manifesta, sicut est in puncto. Et causa in hoc est, quoniam punctus accepitur in linea est fixus demonstratus ibi, & instans non est fixum, neque demonstratum ibi. D.d. & instans est punctus ex potentia, i. & instãs, q̃ non est in actu fixum, ideo est in potentia, & punctus, q̃ actu est fixus, est in actu. & sic instans fm̃ veram similitudinem est punctus in potentia. D.d. & fm̃ quod instans est talis, &c. i. & fm̃ quod instans ligat tempus, & diuidit illud, quãdo accipitur, fm̃ quod est diuidẽs, est duo fm̃ terminos: est enim principium futuri, & ultimum præteriti & principium est aliud à fine fm̃ definitionem, & fm̃ quod est differentia, vel terminus communis est idem. & hoc intendebat, cum dixit & fm̃ q̃ ligat, est idem. Et, quia hoc manifestius est in puncto cum lineis q̃m in instanti cũ tempore, d. Et quemadmodum igitur in lineis mathematicis, &c. i. q̃m non erunt idem omnibus modis, i. quia est ide vno modo, & duo alio modo. D. dedit modum, quo non sunt idem, & dixit quoniam, &c. fm̃ diuersimus lineam, & c. a dest, quoniam, cum diuersimus lineam, per ipsum, erit finis vnius lineæ & principium alterius: & sic secundum q̃ est principium, est alterius rationis ab ipso, fm̃ q̃ est finis. D. d. fm̃ vero q̃ est vnum, &c. i. fm̃ vero quod est vnum in se ipso tantus, non est in eo diuersitas. et intendit q̃ vnus punctus per se est duo fm̃ rationem: & fm̃ quod est finis & principium lineam. & fm̃ q̃ est vnum copulat illã. Et similiter est de instanti hoc de puncto cum linea, incepit de tempore loqui de isto instanti cum tempore, & dixit Et similitudinis est quodammodo, &c. i. similiter instans quodammodo est, habens tempus in potentia, non in actu in præteritum, & futurum: & est modus, fm̃ quem est duo, fm̃ q̃ est principium vnius, & finis alterius. & alio modo est ex tribus cõ ambobus, quod facit illa ad instans. & est modus, fm̃ quem est vnũ: & ita est vnum in potentia. D.d. & diuisio, & adunatio sunt idem eodem modo. & c. i. diuisio, & adunatio sunt vnius ellentiæ, fm̃ vero rationem & definitionem differunt: quã dicit [illegible] contrariæ & ita diuisio, quæ est de puncto est diuisio relata, non in eius substantia: quia instans nõ diuidit, sed solummodo diuidit, fm̃ q̃ est principium in respectu, & finis in respectu.

Ipsorum igit̃ nunc hoc qdem sic dr̃. aliud aũt, cum tps, quod est huius, ppe sit. ut veniet nũc qa hodie veniet: venit nũc, qa hodie venit. quæ vero in Ilio gesta sunt, fuerunt non nũc, neq; dl aũt sunt nũc: & tñ cõtinuum tẽpus est ad ipsa: sed quia non propẽ.

Quædam igitur dicitur in eis instãs sic. & quædam dicit alio modo in tempore propinquo ista. sicut dicimus Socrates veniet nunc, id est veniet hodie: & venit nũc, i. venit hodie. bellum vero, quod fuit in Ilion, non est nunc: quamuis tempus sit ipsi continuũ: qm̃ tempus eius non est propinquum.

Cum declarauit q̃ instans est illud, quod ita se habet ad tempus, sicut punctus ad lineam, & hoc nomen instans vitiatur tranlumptiue de tempore propinquo huic instanti. vero, & de illo, quod continet ipsum ex vera q̃ parte, notificauit hoc, ne aliquis existimaret q̃ verũ istans esset diuisibile, & dixit Quædam igit̃, & c. i. quædam igitur attribuuntur huic instãti vero, & quædam attribuuntur tempori propinquo isti, q̃ tempus nominatur nomine verũ instantis. ut dicimus, Soc. veniet nunc, i. in hoc instanti, intendendo q̃ veniet hodie, aut in tpe propinquo huic vero instanti. &. D.d. bellum vero, quod, fuit in Ilion, &c. i. bellum vero, qđ fuit in Ilion, nõ dr̃ esse nunc: licet hoc tempus idem sit continuum cũ vero instãti, in quo fuit bellum: qm̃ hoc tẽpus non est, ppinquum illi instanti vero.

Ipsum aũt Aliq̃, tps est determinatum ad pri⁹, & posterius nũc. vt aliq̃ capta ẽ Troia, & aliq̃ erit diluuiũ. oportet enim terminari ad ipm̃ nunc. erit ergo quãtum aliqđ ab hoc tẽpus, & ad illud, & erat ad præteritum.

Quãdo vero est tempus terminatũ apud instans præcedens. ver. g. quando fuit capta Ilion, & quãdo fuit diluuium. qm̃ necesse est vt finiatur apud instans præsens. quando igitur futurũ, est aliqua mensura tẽporis inter futurũ, & illud: quãdo præteritum est mensura tẽporis inter instans nunc, & pteritum.

Vult in hoc sermone exponere dictiones vsitatas, quæ significant intentiones existentes in tempore, vt quando, & ecce, & pauloante. & incepit à quãdo, cũ fit famosius, & dixit Quando vero est tempus terminatum apud instans precedens, i. hæc aũt dictio Quãdo, significat tempus terminatæ quantitatis per instãs præcedens, quod est principium illius facti, de quo interrogatur, & instans posterius, quod est finis illius facti, quando illud tempus notæ fuerit distantiæ ab instanti presenti. D.d. necesse est enim vt finiatur apud instans, idest necesse est enim vt finitatur tempus, de quo interrogatur per quando, i. determinetur per instans præsens, i. distantia eius ab eo. v. g. cum dicitur, quando fuit capta Ilion, & dicetur in tali die, talis mensis, talis anni. dies enim terminantur per mensem, & mensis per annum, & annus per suam distantiã ab instanti præsenti. & sic dies, in qua capiebatur, terminatur per instans, quod est principium, & instans quod est finis, & per suam distantiam ab instanti præsenti. & similiter, si captio fuerit in quinq; horis, aut sex, tũc illæ horæ terminantur per eria instãtia. D.d. qũ igitur futurum, &c. i. quando futurum est quantitatis inter duo instantia, futurum, i. quod est ante factum, & futurum, quod est post. D.d. & quando præteritũ est quãtitatis temporis inter futurum nunc, & præteritũ. Et intendit inter futurum, quod est post factum, & pteritum, quod est ante ipm̃. & hoc tempus terminatũ per duo instantia est terminatũ per præsens instans.

Si vero nullum tempus est, quod non sit aliq̃, omne erit tẽpus finitum. Deficiet ne igitur? An nõ. si quidem semper est motus. Aliud igit̃, aut idem sæpe? Manifestum est, q̃ vt motus, sic & tempus est. si enim vnus, & idem sit aliquando, erit tempus vnum & idem: sin vero non, non erit.

Si igitur non est tempus, nisi sit quando, ergo omne tempus est finitum. Vtrum igit̃ tempus deficiet, aut nõ? Amplius vtrum est vnum post aliud, aut vtrum est idẽ iteratũ? Dicamus igit̃, qm̃ dispositio tẽporis in hoc est sicut dispositio motus. si igitur motus est in aliqua hora idem, & tempus erit idem: &, si non, tps non erit huiusmodi.

Cum declarauit quòd, qm̃ est tempus determinatum per instans præcedens, & instans posterius, terminantia rem factam, est terminatum etiam per suam distantiam ab instanti præsenti, incepit quærere de tempore, vtrum sit finitum, aut non, & dixit Si igit̃, &c. i. si igitur omne tempus potest induci in responsione ad quando: & omne, quod potest reduci in responsione ad quando, est terminatum: ergo omne tẽpus est determinatum: & oẽ determinatum est finitum: ergo omne tempus est finitum. & cum vnaquæq; partium temporis est finita, quærendum est vtrũ illud, quod est cõgregatum ex partibus finitis est finitum, aut infinitũ. existimatur igitur q̃ compositum ex partibus finitis est finitum. & ideo dicit post. Vtrum igitur, &c. i. vtrum igitur tps, &c. &, si oẽ tps, quod accipitur pars tpis toti, est finitum, quærendum est vtrũ dispositio in vniuerso tempore est sicut dispositio in partibus, i. vtrum vniuersum tps est finitum, quemadmodũ quælibet pars eius est finita: &, si omne tẽpus est finitum, deficit fuisse, et non continuatur. & hoc intendebat, cum dixit vtrũ tps deficiet, aut non, i. an deficiat esse fm̃ genus. D.d. Amplius vtrum est idẽ, &c. i. &, si nõ deficiat eẽ, vtrum est hoc, propter quod tempus sit vnum post illud, ita, q̃ infinitas tẽporis sit propter generationem, & corruptionem ppetuam in partibus, sicut est dispositio in motibus cõsequentibus, & indiuiduis generabilibus, aut est idem, sed iteratur infinities, fm̃ q̃ corpus sphæricum mouetur circulariter. Sed volunt exprimere q̃ ipossibile est tẽpus deficere, licet post dicat hoc, quoniã hoc manifestum est per se, quod enim deficit, deficit in aliquo tempore: &, si tẽpus deficiet tunc erit tempus aliud à tempore deficiente. & ideo nullus potest auferre tempus, absq; eo, quin ponat aliquod tempus: immo qui aufert tempus, ponet ipsum necessario. &, cum impossibile est auferre tempus, remanet perseverare vtrum tempus acquirat æternitatem ex successione, aut ex reciprocatione. &, quia tempus sequitur motum, dixit si igitur motus, &c. i. si igitur fuerit possibile inuenire aliquem motum vnum circularem, qui sit cã motibus motibus, tunc erit idẽ motibus motibus tps circulare etiam. &, si fuerit impossibile inuenire aliquem motũ perpetuum, sed cõsequẽs successiuũ, tpa erunt successiua: & erit impossibile inueniri idẽ tẽpus reciprocatum sed succedens, & successiuum.

Quoniam aũt ipm̃ nũc, finis, & principiũ tpis est, sed non eiusdem, sed pteriti qdem finis, principiũ autẽ futuri, vt habebit circulus in eodẽ quodãmodo curuũ, & cõcauũ, sic & tps semp in principio erit, & fine. & ob hoc videtur semp alterũ nõ. n. eiusdẽ principiũ, et finis ipm̃ nunc. simul enim, & fm̃ idem opposita essent. & non deficiet itaq; tẽpus, sem per enim in principio est.

Et, quia instans est principiũ, & finis tpis, sed nõ eiusdẽ tpis, sed est finis præteriti temporis, & principiũ tpis futuri, ideo dispositio eius est sicut dispositio circuli. quẽadmodũ igit̃ in circulo gibbositas, & concauitas sunt in eodem quodammodo, similiter tempus etiã est semper in principio, & fine. & ideo existimatur semper eẽ vnum post aliud. qm̃ instans non est principium, & finis eiusdẽ tẽporis. quoniã, si ita esset, tunc duo contraria essent in eodẽ insimul. ergo nõ deficit, quoniam semper est in principio.

Cum quæsiuit vtrum tempus sit ppetuum pp̃ hoc, q̃ est idem, aut, ppter hoc, q̃ est successiuum, & narrauit q̃ dispositio in hoc in tpe sequitur dispõnem in motu, incepit innuere modũ, ex quo certificat q̃ tps est ppetuum, & circulare, & q̃ perpetuitas est ex hoc modo, & dixit Et, quia instans, &c. i. &, quia instans fm̃ suã substantiã, & suam naturã est finis tpis pteriti, & principium futuri, & hoc non est in respectu eiusdẽ tẽporis, sequitur vt dispositio eius sit sicut dispositio punc̃ti, qui est in circulo, non punctus, qui est in linea recta. punctus enim, qui est in linea recta, põt imaginari principium lineæ absq; eo, q̃ sit finis lineæ alterius: & sic põt imaginari finis lineæ absq; eo, q̃ sit pn̄m alterius. instans vero, fm̃ q̃ est ptens, nõ põt imaginari, nisi distinguens inter duo tempora, i. præteritum, & futurũ, vbicunq; ponat in tpe, i. siue ponatur in millesimo pterito, siue in millesimo futuro, sicut est dispositio punc̃to, qui ponitur in circulo, vbicunq; ponatur. Et, cũ fuerit conuinctũ huic q̃ tempus sequi m sua specie speciem motus, & est declaratũ q̃ in omni instãti, in quo inuenitur principium, est & finis, & omne instans, in quo inuenitur finis, est principiũ, & ista est dispositio lineæ circularis cũ puncto imaginato in ea, necessario sequitur motum circul. est igitur motus circularis, cõtinuus, æternus vt post declarabitur. Et, cum narrauit quòd instans est principium, & finis duorum diuersorum, ex quo existimatur q̃ instans est diuisibile, aut q̃ contraria inueniuntur in eodem, d. quemadmodum in circulo gibbositas, & cõcauitas. &c. i. & quẽadmodum in circulo gibbositas, & cõcauitas sunt idẽ indiuisibile, & circulus subiectum gibbositatis, & concauitatis est idem indiuisibile, & est linea circulata, ita instans, quod est positum principium, & finis, est in se indiuisibile, sed est diuisibile in respectu duorum. Et intendebat, quoniam quemadmodum non sequitur ex hoc, quod potuimus, q̃ linea circulata habet gibbositatem, & concauitatem, vt inter gibbositatem, & concauitatem sit aliquod diuisibile, scilicet vt linea sit diuisibilis latitudine, ita est dispositio in instãti, i. quoniam nõ sequitur ex hoc, quòd principium & finis, vt sit diuisibile. Deinde dixit vnde existimat temp, &c. i. & quia instans diuidit tempus præteritũ a futuro, qui est finis illius, & principium istius, existimatur quod tempora sunt multa, & fiunt vnum post aliud. & non est ita. quoniã, & si instans diuidit tempus quodã modo, tamen copulat ipsum alio modo, vt post declarabitur. Deinde dixit similiter tempus, &c. i. &, quia de tempore non demõstratur, nisi instãs tantũ, i. q̃ aliud, qđ est ex eo, nõ est, nisi instãs tantũ, & nõ est ita, q̃ demõstrat bis, & cũ hoc est pn̄m futuri, & finis præteriti: potest tps esse semper in principio, & fine. & [illegible] instans diuidit illud, existimatur esse vnum, post aliud. Deinde dicit instans enim non est principium, &c. i. &

est necesse vt tempus sit semper, & nunquam deficiat, quia instans est principium, & finis. & impossibile est vt sit principium, & finis eiusdem tẽporis, i. ex eadem parte. qm̃, si ita esset, tunc idem esset principium, & finis eiusdem, & eodem modo, quod est impossibile. &, cũ instans non fuerit principium, & finis eiusdem temporis, v.g. preteriti aut futuri, sed duoꝝ temporũ, quoꝝ, vnum est præteritum, & alterum futurũ, ergo tps nunquã deficiet. qm̃ illud, quod est ex eo, est instans: & instans semp est principium tpis, & finis tpis. & hoc intendebat, cũ dixit tps igitur semper est in principio.

Ipsum ãt Iam, ꝓpiquũ pſenti nũc idiuiſibili, ps est futuri tpis. qm̃ ambulabis? iam. qa, ꝓpe est tps, in quo futurum est. & præteriti tẽporis id, quod nõ procul est ab ipso nunc. qm̃ ambulabis? iã ambulaui. Ilion aũt iã captũ ẽ, nõ dicimus, qa ꝓcul valde est ab ipso nũc.

Ecce vero est pars temporis futuri propinqua instanti præsenti indiuisibili. ver. g. quando ambulabit? ecce. i. tempus, in quo est ambulãdum, iam venit. & temporis præteriti illud, quod non est remotum ab instanti. verb. gr̃a quãdo ambulauit? ecce, iam ambulauit. & non dicimus quòd Ilion ecce capta est, quoniam captio eius fuit valde remota ab instanti.

126 Cum descripsit qm̃, & soluit qõnem accidentem ex eo in tpe, incœpit ẽt declarare qd significat hæc dictio Ecce, & d. ꝙ ista dictio significat partem tẽporis propinquam vero instanti, ſ. idiuiſibili, & inducitur in responsione ad qm̃. pars enim aut erit in tpe futuro, aut in præterito. verbi gratia, sicut dixit in futuro dicere, qm̃ ambulabit Soc. & rñdetur ecce ambulat, ſ. quando ambulatio fuerit ex propinquo instanti, in quo fuit interrogatus per hanc dictionem qm̃. & in ꝓterito dicere, qm̃ ambulauit Soc. ecce, iam ambulauit, qm̃ ambulatio fuit propinqua instãti, in quo fuit interrogatum. Et signum eius, ꝙ hæc dictio non significat tps remotum ab instanti ꝓsenti, est hoc, quia non respondeꝫ per illam ad interrogationem per qm̃ in rebus remotis ab instanti ꝓsenti. v.g. cum dr̃ quãdo fuit capta Ilion, qm̃ tunc non dr̃ ecce, iam fuit capta Ilion.

Ipsum autẽ Nup, ꝓpinquum p̃senti nunc, & pars ꝓteriti est. quando venisti? nup, si sit tempus propinquũ ꝓsenti nunc. Quondam aũt, quod procul est. Repẽte aũt, quod in insensibili tpe propter paruitatẽ remotũ est.

Et Pauloante est etiã propinquũ instanti præsenti, sed est pars tẽporis ꝓteriti. v.g. qm̃ venisti? & respondetur pauloante, quando illa hora fuerit propinqua instanti præsenti. Pridem aũt, et, Antiquitus significat tempus remotum. Subito significat illud, quod fit in tempore non sensibili.

127 Significata istarũ oium dictionũ sunt quasi spẽs earum, quæ significat hæc dictio Qm̃. omnia enĩ sunt qm̃, t. inducuntur in responsione ad quando. Pauloante igitur, sicut dixit, est quando propinquum est instanti ꝓsenti, sed non est nisi pars temporis præteriti, quod nõ est in ecce, quoniã est pars præteriti & futuri, ſ. propinqua instanti, v.g. dicere, sicut dixit quando venit Soc, et rñdetur pauloante, quãdo aduentus suus fuerit propinquus instãti præsenti. Pridem vero, & Antiquitus significat, vt dixit, qm̃ remotum est ab instanti præsenti, & sunt partes temporis præteriti. Deinde dicit Subito aũt significat aliquid esse in tempore insensibili, i. in tempore valde veloci, ita, ꝙ ante nescitur illud fieri, qm̃ subito habet in se hæc duo.

Mutatio autem omnis natura remotiua est. in tempore aũt omnia fiunt, & corrumpũtur. Quapropter & alij quidem sapientissimũ dicebant. Pythagoreus autem Paro indoctissimum, quia obliuiscunt & in hoc, dicens rectius. Manifestum itaq; est ꝙ corruptionis magis erit per se causa, q̃ generationis, sicut dictum est & prius. remotiuũ enim mutatio p se ẽ, generationis aũt, & ipsius eẽ fm accidens. Signum autem sufficiens est, quia fit quidem nihil, nisi moueatur quodãmodo ipsum, & agat, corrumpitur autẽ, etiã cum nihil mouetur. & hanc dicere maxime consueuimus à tempore corruptionem. sed neque hanc tempus facit, sed accidit in tempore fieri & hanc mutationem. Quod igitur tps est, & qd est, & quot modis dicimus ipm nunc, & quid ipsum aliqn̄, & nuper, & iam, & quondam, & repente, dictum est.

Vide contr. Zim.

Corruptiõis magis p se, q̃ generatiõis cã est tẽpus. Idẽ supꝫ. text. 117. vide cõtradi. Zim.

Et omnis transmutatio naturaliter est auferens, & in tẽpore generatur, & corrumpit omne, quod generat, & corrumpit. Et ideo quidam attribuũt ipm maximæ scientiæ. Pythagorici vero attribuũt ipm maxime ignorãtiæ, quia facit tradi obliuioni, & bene dixerunt. Manifestum est igitur ꝙ per se dignius est vt sit causa corruptionis, q̃ causa generationis, vt diximus superius. transmutatio enĩ per se ẽ auferẽs, generationis vero, & esse est per accidens. Et quod significat hoc perfecte est, quoniã nihil generatur, quin moueatur aliquo modo motus, sed põt aliquid corrumpi, & si non moueatur. & hoc proprie sumus assueti dicere corruptionem factam ex tempore. sed tamen author non est tempus, sed sequitur vt transmutatio ipsius sit in tempore, Iam igitur narrauimus tẽpus esse, & quid sit, & fm quot modos dicitur, & instans quid sit, & quando quid sit, & pauloante, & ecce, & subito.

D. Et omnis transmutatio, &c. i. aufert substantiam transmutati: transmutatum enim transmutatur in sua substantia. omnis igitur transmutatio naturaliter aufert substãtiam transmutati, in quacunq; specie fuerit transmutatio, nisi in loco. D. d. et in tempore generatur, & corrumpitur, &c. i. & quia omne generatũ, & corruptum in tpe generaſ, & corrũptur, ideo qui consyderauit generationẽ, & attribuit ipsam tempori ꝓp hoc, quod fit in tpe, attribuit tẽpus maximæ scientiæ. credidit enĩ ipm eẽ cãm sciæ, & cãm bonoꝝ generabilũ, & qui consyderauit tpm fm hoc, ꝙ corruptio fit in eo

128 Ois trãsmutatio naturaliter aufert subam transmutati, in q̃cũq; spẽ facit trãsmutatio, nisi in loco. Idem ſ. phy. t. 49.

eo, attribuit ipsum maximæ ignorantiæ, sicut narrauit de Pythagoricis. isti enim attribuunt ei obliuionẽ, & corruptionem. Et, cum induxit has duas sententias, rectificauit sententiam de Pythagoricis, & dixit & bene dixerũt, i. quoniam, si transmutatio attribuatur tempori aliquo modo essentiali, dignius est, & propinquius vt attribuatur ei corruptio, q̃ generatio, vt prædixit. D. induxit causam in hoc, & dixit transmutatio enim p se, &c. i. & corruptionẽ attribuit ipsi est dignius q̃ generationem attribuit ei: quia sequitur transmutationem, & transmutatio per se aufert naturam entis. qm̃ trãsmutatio alicuius extrahit illud ab illo, cum quo est, & transmutatio non est causa esse, & generationis nisi per accidens. Esse enim non est essentialiter in aliquo ente, nisi ex causa generante, & agente, quæ est aut natura, aut anima, aut intellectus. esse autẽ formæ rei generatæ ex transmutatione rei ꝓcedente, quæ dicitur generatio, est per accidens. quoniam illa transmutatio in rei veritate aufert formam trãsmutati, quæ est contraria formæ generabili essentialiter. Est igitur causa formæ generabili per accidens, & corruptæ per se. D. d. Et quod significat hoc, &c. i. vt mihi videtur, & signum eius, quòd generatio nõ attribuitur tempori, & attribuitur ei corruptio, est quòd generatio, quia est in re ex causa extrinseca sensibili, ideo semper attribuitur illi causæ: corruptio vero, quia est de essentia rei absq; eo, ꝙ habet causam extrinsecam sensibilem, ideo homines attribuũt ipsam tempori. Et, quia corruptum est duobus modis, modo, qui corrumpitur ex alio, ſ. extrinseco, & modo, qui corrumpitur ex se, ſ. quoniam causa corrumpens in eo est in se, notificauit quòd illud, cuius corruptio attribuitur tẽpori, est corruptum, quod corrumpitur ex se propter latẽtiam suæ causæ, & dixit & hoc proprie, &c. et dixit hoc. quia ratio eius est propria quibusdam corruptibilibus: & in initio sermonis dixit expresse ꝙ corruptio attribuitur tempori simpliciter, & ideo declarauit hic ꝙ illud, qđ fuit acceptũ simpliciter, est particulare. & ideo q̃ mortuus est gladio, non dicitur corrumpi ex tẽpore: & qui mortuus est ex se vita humana cõpleta, dicitur quòd eius corruptio est ex tempore. Et, quia tempus non est transmutatio, & transmutatio est illud, cui attribuitur per se corruptio, tempori vero attribuitur, quia sequitur trãsmutationem, ideo declarauit hoc, & dixit sed author illi, &c. i. sed illud, quod agit corruptionẽ rei, non est tẽpus: sed tempus sequitur agentẽ corruptionẽ rei essentialiter, & est transmutatio: quoniam necesse est vt transmutatio sit in tempore. Et, cum declarauit ista de tempore, fecit rememorationem, & summam de hoc, quod declaratur, & dixit Iam igitur narrauimus, &c. i. iam igitur narrauimus esse tẽpus, id est dissolumus quæstiones accidentes in eius esse, & declarauimus post substantiam eius, quid est, et quot habet modos. D. d. & instans quid sit, &c. id est determinauimus has dictiones.

Si trãsmutatio attribuatur tpi aliq̃ mõ essentiali, dignius ẽ, & ꝓpinquus vt attribuat ei corruptio, q̃ generatio. ꝓ hoc vide supꝫ cõ. 117.

Esse non est essentialr i aliq̃ ente, nisi ex cã agẽte, & generãte, quæ est aut nã, aut anĩa, aut intellectꝰ. esse aũt sequẽs generatã ex trãsmutatione ꝓcedente; quæ dr̃ generatio, est per accidẽs, &c.

Corruptio duplex, ab extrinseco, et ab extrinseco.

Omne, qđ mouetur, necesse est in tẽpore moueri.

Caput Octauum. Omnẽ Mutationem esse in tpe.

His autẽ nobis sic determinatis, manifestum est ꝙ omnem mutationẽ, & oẽ, quod mouetur, necesse est moueri in tpe. velocius enim, & tardius fm omnem est mutationem. in omnibus enim sic videtur. Dico aũt velocius moueri, quod prius, dum transmutatur ad subiectũ fm idem spatiũ, & regularem motum mouet. vt in latione, si vtraq; fm circunferentiã mouentur, aut vtraq; fm rectam, similiter autẽ est & in alijs. At vero prius in tpe est. prius enim, & posterius dicimus fm eam, quæ ad ipsum nunc est distantiam. ipsum aũt nunc terminus præteriti, & futuri est. quare, qm̃ ipsum nũc in tempore, & prius, & posterius in tpe erunt. in quo. n. est ipsum nunc, & ipsius nũc distãtia. Econtrario aũt dicitur prius & fm præteritum tẽpus, & futurum. in præterito enim prius dicimus, quod longius est ab ipso nunc, posterius aũt, quod ꝓpius est. in futuro autẽ prius quidem, quod propinquius est, posterius autem, quod longius est. Quare, quoniã prius in tempore est: omnem autem motum sequitur ipsum prius: manifestũ est ꝙ omnis mutatio, & omnis motus in tempore est.

Et, cũ iam determinauimus hæc hoc modo, manifestum est ꝙ ois trãsmutatio, & omnis motus est in tempore. velocius enim, & tardius inueniuntur in omni trãsmutatione, qm̃ hoc manifestum est in omni transmutatione. Et intelligo, cum dico aliquid esse velocioris motus, illud, quod pacquirit in transmutatione rem intentã in eadẽ dimensione, & in æquali motu. verbi gratia in trãslatione, vt duo mota moueantur in eũ cũferentia circulari, aut moueant in linea recta, & similiter in alijs motibus. Et præacquirens est pcedens in tempore. quoniã non dicitur posterius, nisi fm suam distantiam ab instãti: & instans est terminus inter tps ꝑteritum, & tẽpus futurum. & ideo instans est in tempore: prius enim, & posterius etiã sunt in tempore. illud enim, in quo instans est, in eo est distantia ab instanti. Et intentio eius, quod est prius in tpe ꝓterito, est contraria intentioni eius, quod est in tpe futuro. in tẽpore enim præterito prius est illud, quod est remotius ab instanti, & posterius illud, quod est ꝓpinquius ei. in tpe vero futuro prius est illud, qđ est ꝓpinquius ei, & posterius remotius. Et, si prius ẽ in tẽpore: & prius sequitur oẽm motum: manifestum est ꝙ omnis transmutatio, & omnis motus est in tempore.

129 Cum declarauit quòd tempus est numerus motus, & ꝙ instans est terminus inter tempus præteritũ, & futurum, vult declarare ꝙ omnis transmutatio est in tempore, & ꝙ impossibile est vt aliqua transmutatio fit nõ in tempore, v.g. in instanti, & dixit Et, cum iam determinauimus, &c. i. &, cum iam determinauimus substantiam temporis hoc modo, manifestum est ex hoc, ꝙ omnis transmutatio, & omnis motus est in tempore, & ꝙ impossibile est vt motus fiat in instanti indiuisibili. Et videtur ipsum intendere per motum, motũ translationis proprie, & per transmutationem omnes modos motuũ: & hoc erit ad confirmandum. Et, si Phy. si intendebat per motum illud, quod intendebat p mutationem, tunc videretur nominibus ty quod displicet expositoribus. Et, cũ ponit, qđ illud, quod vult declarare in hoc loco, est q

Phy. cũ com. Auer. m

trāſmutatio, & oīs motus eſt in tpe, incœpit declarare hoc, & dixit velocius enī, & tardius, &c.i. manifeſtū eſt enim p ſe quod omnis tranſmutatio, & omnis motus diſponitur in reſpectu alterius motus, aut per velocitatem, aut per tarditatem. Et, cum poſuit hanc ꝓpoſitionem, incœpit exponere nomē, quod ſignificat velocitatem, & dixit Et intelligo, &c.i. & quod dicitᷣ eſſe velocius altero duorum motorum eſt illud, quod præacquirit rem, ad quam mouetur in dimenſione æquali, & vno modo motus. & hoc intendebat, cum dixit in motu æquali, i. in ſpecie. quoniam non dicitur quòd illud, quod mouetur in circulo, eſt velocius illo, quod mouetur in recto. D. induxit exemplū, & dixit, v.g. in tranſlatione, &c.i. & illud, quod ante pertranſit circulum, aut lineam rectā, illud dicitur velocius. Et, cum poſuit q̄ velocius eſt præacquirēs dixit Et præacquirens eſt præcedens. & hoc manifeſtū eſt per ſe. Et, cū concluſit ex his duabus ꝓpoſitionibus q̄ omne tranſmutatū, aut eſt prius, aut poſterius, poſuit ēt q̄ omne prius, & poſterius eſt in tpe. & ad declarādum hoc expoſuit hæc noīa prius, & poſterius, & dixit dicitur enī poſterius, &c.i. & prius, et poſterius in motu definiūt per tēpus. poſterius enim duorum motorum eſt remotius ab inſtāti, ex quo incœpit motus, et prius eorū eſt propinquius. Et, cum poſuit q̄ in definitione prioris, & poſterioris accipitur inſtās, incœpit definire inſtās, ad declarandum ex hoc q̄ prius, & poſterius ſunt in tēpore, & dixit & inſtans eſt terminus, &c.i. differentia cōis, ſicut punctus, qui eſt terminus cōis inter duas lineas. ergo manifeſtum eſt q̄ inſtans eſt in tpe, ſm q̄ finis eſt in finito, & terminus in terminato. & hoc intendebat, cum dixit & ideo inſtans eſt ēt in tēpore. Et ſyllogiſmus cōponitur ſic, Inſtans eſt terminus duorum temporū: & oīs terminus eſt in re, cuius eſt terminus: ergo inſtans eſt in re, cuius eſt terminus: Et res, cuius eſt terminus, eſt tempus. ergo inſtans eſt in tempore, ſ. ſm q̄ terminus eſt in terminato. Et, cum declarauit q̄ inſtans eſt i tēpore, & iam declarauit q̄ poſterius eſt remotius ab inſtanti, & prius eſt propinquius, dixit prius enim, & poſterius, &c.i. &, cum ſit declaratum q̄ poſterius eſt illud, quod eſt remotius ab inſtanti, & prius eſt propinquius, & inſtans eſt in tempore, ſequitur ex hoc q̄ prius, & poſterius ſunt in tempore. qm̄ illud, in quo eſt inſtans, eſt illud, in quo eſt illud, quod ſignificat hoc, quod dicimus, ſ. remotius ab inſtanti, & propinquius ei. &, quia iā declarauit quòd inſtans eſt in tēpore: ergo remotius etiam, & propinquius ſunt in tēpore. ſed iſta ſunt partes temporū, & inſtans eſt terminus iſtorum temporū. Et, cum deſcripſit q̄ prius eſt illud, quod eſt propinquius inſtanti, & poſterius illud, quod eſt remotius, & hoc non eſt verū, niſi in priori, & poſteriori in futuro, incœpit declarare duos modos prioris, & poſterioris in tempore futuro, & præterito, et dixit Et intētio eius, quod eſt prius in tpe, &c. & ſermo eius eſt manifeſtus. dicim⁹ enī q̄ Plato prior eſt Alexan. quia eſt remotior ab hoc inſtanti, & dicimus q̄ Alexā. eſt poſterior, quia eſt propinquior huic inſtanti. & econtrario eſt de tempore futuro. dicimus enī q̄ aſcenſio ſolis in craſtino eſt prior ſuo eſſe in meridie qm̄ aſcenſus eius eſt propinquior huic inſtanti q̄ eſſe eius in meridie: & eſſe eius eſt remotius: quia eſt remotius ab hoc inſtanti. ergo prius hic eſt contrarium priori illic, & poſterius poſteriori. Et, cum declarauit hoc, induxit concluſionem ex iſtis ꝓpoſitionibus, & dixit Et, ſi prius eſt in tēpore, &c.i. &, cum manifeſtū eſt ex hoc, quod dicimus q̄ in oī trāſmutatiōe inuenitur prius, & poſterius et prius, & poſterius ſunt in tpe: ergo manifeſtum eſt quod omnis tranſmutatio, & omnis motus ſunt in tempore. Et quæritur qūo poteſt eē hoc. nos enim videmus trāſmutationes quaſdam, quæ fiunt non in tempore, vt illuminatio totius orizontis à ſole, & totius domus à candela, & ſicut factio formæ rei generatæ in actu. exiſtimatur enim quòd hoc eſt aliquod indiuiſibile. ſumus enim inter duo, aut concedere hanc demonſtrationem eſſe vniuerſalē, & dicere ſenſum peccare in iſtis rebus, & quod non comprehendit tempus propter velocitatem earum: aut iſte ſermo erit particularis, i. qm̄ nō eſt verus, niſi de quibuſdam trāſmutationibus, in quibus inuenit velocius, & tardius. Et ad hoc dicemus q̄ tranſmutatio dicitur æquiuoce de tranſmutatione, quæ eſt per ſe, & de tranſmutatione, quæ non eſt per ſe, ſed eſt finis trāſmutationis. finis enim rei nō eſt de natura rei.[a] &, quia trāſmutationes, quæ ſunt non in tpe, ſunt fines tranſmutationis: & nō ſunt tranſmutationes niſi æquiuoce: ergo in omni trāſmutatione vera inuenit velocius, & tardius. Et oē, in quo inuenit velocius, & tardius, inuenitur in eo prius & poſterius: & oē, in quo inuenitur prius, & poſteri⁹, eſt in tpe: ergo omnis tranſmutatio eſt in tpe: ſiue finis tranſmutationis fuerit de genere illius, ſiue de alio genere. & hoc declarabitur bene in Sexto.

Illud, quod mouetur circulo, nō dr velocius mouenti, quod mouetur recto, p hoc. vide cōm. 10. meta. c. 14. & 7. phy. t. c. 21. & 24.

Digreſſio.

Dubium.

Illuminatio fit in inſtāti. Idē. 2. de aia t.c. 70.

Solutio.

Finis rei nō eſt de natura rei. Idē. 6. phyſi. 32.

a Trāſmutationes ſubitæ nō ſūt trāſmutationes, niſi æquiuoce. Idem. 6. phy. 32.

6. phy. c. 32.

Caput Nonum, in quo quædam adducuntur dubitationes circa ipſum Tempus, & earū ſolutiones.

DIgnum aūt conſyderatione eſt & qūo tandem ſe habet tp̄s ad animā. Et propter quid in omnibus videtur eſſe tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An, quia ipſius motus paſſio quędam eſt, vel habitus, cum numerus quidem tēpus ſit: hæc aūt mobilia oīa: in loco enim oīa ſunt: † { tempus autem, & motus } ſimul ſunt & ſecundum potentiam, & ſm actum.

† a.l. locus ſit, & mot⁹. vel. Alex. Tp̄s, & motus ſimul ſūt ſm potētiā, & actum.

Et quærendū eſt quomodo diſpoſitio tēporis eſt apud animā. Et quare homines dicunt q̄ tempus eſt in quolibet, in terra, & in mari, & in cœlo. Dicamus igitur q̄ tempus eſt accidens motui, & forma eius, cum ſit numerus illius: & iſta omnia īnata ſunt moueri: oīa enim ſunt in loco: & tempus, & motus in potentia cū eo, quod eſt in potentia, & qd̄ eſt in actu cum eo, quod eſt in actu.

130 Perſcrutatur hic in tempore de duobus. Quorum vnum eſt, quomodo eſt diſpoſitio temporis in eē, ſcilicet ſi habet eſſe extra animam, ſicut eſt in anima, ita, quòd, ſi anima non eſſet, eſſet tempus: aut, ſi anima nō eſſet, non eſſet tempus, niſi in potentia: quemadmodū numerus non eſt, niſi anima ſit niſi in potentia. & hoc intendebat, cum dixit quomodo eſt diſpoſitio, &c. Quęſtio aūt ſecunda eſt, quare tēpus inuenitur in quolibet, ſiue quieſcente, ſiue moto. Nos enim comprehēdimus tempus in terra, & in mari, & in cœlo, ſicut dixit & tempus eſt accidens motui: vnde neceſſe eſt vt non inueniatur niſi in mobilibus. & hoc intendebat, cum dixit Et quare homines dicunt. Et intendebat per terram quieſcens, & per cœlum motum. & quaſi dicat, & quare homines dicunt quòd tempus ita eſt in quieſcente, ſicut in moto. D. incœpit ſoluere ſecundam quæſtionem, & dixit Dicamus igitur quòd tempus eſt, i. & tempus exiſtit in terra, & mari, & cœlo, qa eſt accidens motui, & forma eius, cum ſit numerus illius, ſ. qm̄ numerus eſt accidens numerati: &, cum tempus eſt numerus rerū mobiliū, et numerus inuenit in

numerato

numerato: & iſta omnia, ſ. terra, cœlum, et mare naturaliter habent moueri: neceſſe eſt vt tempus inueniatᷣ in eis. Sed ſciendum eſt q̄ non eodem ordine inuenit in iſtis. qm̄ primo inuenitur in cœlo, & inuenit in alijs motis ſecundo, propter hoc, quòd iuenitur in cœlo: & inuenitur etiam in quieſcēte, propter hoc, q̄ inuenitur in moto. D. d. ſunt. n. oīa in loco, i. & cauſa in hoc, q̄ iſta, in quibus iuenitur tempus, īnata ſunt moueri, eſt eſſe eorum in loco. omne. n. quod eſt in loco, innatum eſt moueri, quia eſt corpus. D. d. & tempus, & motus, &c. i. & quod eſt ex iſtis rebus motum in potētia, & eſt illud, quod eſt quieſcens, tempus inuenitur in eo in potentia: & quod eſt motum in actu, tempus inuenitur in eo in actu.

Documentū. Tp̄s nō eodē ordine reperit i reb⁹. qm̄ prio iuenit i cœlo, et i alijs motis ſecundario, pp hoc, q̄d iuenit in cœlo, & iuenit in qeſcēte, pp hoc, q̄d inuenit i moto. cōſiſte ſupra cō. 118. Vide ēt iſta cō. 132.

Vide contr. Zim.

An tēpus ſine aīa.

VTrum autem, cum nō ſit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cum. n. impoſſibile ſit numeraturum eſſe, impoſſibile eſt numerabile aliquod eſſe. quare eſt manifeſtum q̄ neq; numerus eſt. numerus. n. eſt aut numeratum, aut ipſum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura eſt q̄ anima numerare, & animæ intellectus, impoſſibile eſt tēpus eſſe, cum non ſit anima. niſi hoc, quod aliquando exiſtens tempus eſt, vt, ſi contingit motum eſſe ſine anima. prius autem, & poſterius in motu eſt: tempus autem hæc ſunt, quatenus numerabilia ſunt.

Vide contr. Zim.

Et quęritur etiam, vtrum eſt poſſe q̄ tempus ſit, licet anima non ſit, aut eſt impoſſibile. Dicamus igitur q̄, cum numerans nō fuerit, numerare non erit. ergo manifeſtum eſt q̄ numerus etiam non erit. numerus. n. eſt aut numeratum, aut illud, per quod numeratur. Et, cū nihil īnatum ſit numerare pręter animam, & de anima intellectus, impoſſibile eſt vt tempus ſit, cum anima non fuerit. niſi fuerit ex illo, quod, cū fuerit, erit tempus, v.g. qm̄ poſſibile eſt vt motus ſit abſq; eo, quòd ſit anima: & quòd prius, & poſterius ſunt in motu: & quod tempus eſt hæc duo, ſecundum q̄ ſunt numerata.

131 Cum diſſoluit ſecundam quæſtionem, reuerſus eſt ad primam, & dixit Et quæritur etiam vtrum ſit poſſibile, &c.i. & quæritur de tempore vtrum inueniatur extra animam, ſicut eſt in anima. et ſic erit, licet non comprehendatur ab anima, ſi poſuerimus animā deficere, ſicut erit, ſi apprehendatᷣ ab anima. & iſta eſt diſpoſitio entium naturaliū. aut eſt impoſſibile vt ſit in actu, niſi anima ſit. D. incœpit declarare hoc, et dixit Dicamus igitur q̄, cum numerans nō fuerit, ergo numerare non erit, i. et, cum res numerans, quę eſt aīa, non fuerit, tunc numerare, quod eſt actio rei numerantis, non erit. D.d. manifeſtū eſt igiť q̄ numerus, &c. i. & cum numerare, quod eſt actio numerantis, nō fuerit, manifeſtū eſt q̄ numerus non erit. numerus. n. aut eſt numeratum, aut actio numerantis in numerato, i. illud, per quod numerat numerans. & hoc intēdebat, vt mihi videtur, cum dixit aut illud, per quod numerat, i. aut illud, per quod numerat numerans. &, cum manifeſtum eſt q̄ numerans nō eſt numeratum, ergo eſt actio numerantis in numerato. & eſt manifeſtū q̄, cum numerans non fuerit, actio eius non erit. D. d. Et, cum nihil innatum ſit, &c. i. &, cum ſit declaratum q̄, cum numerans non fuerit, non erit numerus: et eſt impoſſibile aliquid aliud numerare pręter animam, & de anima intellectus: manifeſtum eſt q̄, ſi aīa non fuerit, non erit numerus: &, cum numerus non fuerit, nō erit tempus.[a] Et, quia eſſe numeri in aīa nō eſt omnibus modis eſſe in aīa: [b] qm̄, ſi ita eſſet, eſſet fictū, & falſum, vt Chimera, & Hircoceruus: ſed eſſe eius extra mentē eſt in potentia propter ſubiectum propriū, & eſſe eius in aīa eſt in actu, ſ. qn̄ aīa egerit illam actionem ī ſubiecto præparato ad recipiēdum illam actionem, quæ dicitur numerus, dixit niſi ex illo ſit, &c. i. &, cum non fuerit anima, non erit tempus, niſi aliquis dicat q̄ erit, & ſi aīa non fuerit, ex illo q̄, cum fuerit in actu, tempus erit in potentia. & hoc eſt propter ſuū ſubiectum proprium, ſ. motum. Et hoc intendebat, cum dixit, v. g. qm̄ poſſe eſt vt motus ſit abſq; eo, q̄ anima ſit, i. mot⁹ erit, & ſi anima non erit. & ſecundum quòd prius et poſterius ſunt in eo numerata in potentia, eſt tempus in potentia: & ſm q̄ ſunt numerata in actu eſt tempus in actu. tempus igitur in actu non erit, niſi aīa ſit: in potentia vero erit, licet aīa non ſit. D.d. & q̄ prius, & poſterius ſunt in motu, i. & nō poteſt aliquis dicere q̄ tempus eſt, & ſi aīa non erit, niſi quia motus eſt, & ſi aīa nō fuerit, & ſiſt ſunt in eo prius, & poſterius: & tēpus nihil aliud eſt q̄ prius, & poſterius i motu, ſed ſm q̄ ſunt numerata. et ideo indiget in hoc, q̄ ſit i actu, aīa, ſ. ſm q̄ eſt prius, et poſterius numerata. Et q̄ſi p hoc, quod dixit et tempus eſt hæc duo, ſm q̄ ſunt numerata, innuit q̄ tempus diminuitur ab eo ex eſſe perfecto extra aīam hoc, q̄ numeratur ab aīa tātum. ſm igitur hunc modum dicitur tempus habere eſſe extra aīam ſimile perfecto, & ſi non ſit perfectum. Et iſta perſcrutatio de tempore magis ē Philoſophica, q̄ Naturalis. ſed induxit ipſam in hoc loco, quia eſt cauſa in ipſum [c] latere, ſ. quia eſt diminutum in ſe.

Diſpō entiū naturaliū eſt ea hēre eē, li ab aīa nō cōprehendanť. Item ſupra cō. 88.

Dubitauerit autem aliquis & qualis motus numerus tempus ſit. An qualiſcūq; etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur motus eſt, catenus eſt vniuſcuiuſq; motus numerus. quapropter ipſius motus ſimpliciter eſt numerus continui, ſed non cuiuſdam, ſed eſt nunc motum eſſe, & aliud, quorū vtriuſq; motus erit numerus. Alterum igitur tempus erit, & ſimul duo æqualia tempora erunt? An non. omne nanq; tempus vnum ſiſt, & ſimul eſt, ſpecie aūt & quæ non ſimul. ſi. n. ſint hi quidem canes, illi vero equi, vtriq; aūt ſeptem, idem numerus eſt. ſic et motuū ſimul terminatorū idem tempus eſt. ſed hic quidem velox fortaſſis, alius vero non: & hic qdem latio, alius autem alteratio. tēpus tn̄ idem eſt. ſi quidem & numerus æqualis ſit & alterationis, & lationis, & ſimul ſint. Atq; ꝓpter hoc motus qdem alteri, & ſeorſum ſunt. tempus aūt vbiq; eſt idem, qa & numerus vnus, & idem vbiq; eſt, qui eſt æqualiū, & ſimul.

Et quęrendū eſt etiam de tempore hoc. ſ.

cuius

cuius motus est numerus. Dicamus igitur ꝙ, si fuerit numerus cuiuslibet motus, & omne, quod generatur, semper est in tempore, & similiter quod augmentatur, & quod alteratur, & quod transfertur. Secundum igitur ꝙ tẽpus est numerus motus, ſm hoc est numerus vniuſcuiuſq; motuum. & ideo est numerus motus continui simpliciter, ideſt numerus cuiuslibet motus continui, nõ numerus alicuius motus: sed est possibile vt nunc moueatur aliquid, & cum eo moueaꝫ aliud. tempus ergo est numerus vtriuſq; motus. Ergo est hic aliud tempus: erunt igitur duo tempora insimul equalia? Dicamus igitur ꝙ non est ita. qm̃ est idem tempus æqualiter, et insimul, in forma vero nõ est insimul. qm̃, si haberemus numerum canum, & numerũ equorum, & numerus vtriuſq; esset septenarius, tunc numerus esset idẽ. & similiter tempus duorũ motuum coexistentium est idẽ. sed forte alter erit velox, & alter tardus: & forte alter erit motus translationis, & alter erit motus alterationis. tempus vero eorum est idem, cum numerus motus alterationis, & numerus motus translationis sunt æquales, & insimul. Et tamen causæ motus sunt diuersæ, tempus vero est i omni loco idem, quia numerus rerum æqualium, quæ sunt insimul, est idem in omni loco.

132 Et, cum declarauit de substantia temporis, ꝙ est numerus motus ſm prius, & posterius, quærit hic qs motus est iste, s. cuius numerus est tempus, s. vtrum est numerus cuiuslibet motus, aut alicuius. &, si est numerus cuiuslibet motus, vtrum attribuatur eis eodẽ modo, aut principaliter, & secundario. Et dixit Et quærẽdum est, &c. i. & ista quæstio accidit, sicut diximus. qm̃, si posuerimus ꝙ est numerus alicuius motus, sequitur vt non numeret alios motus. &, si posuerimus ꝙ est numerus cuiuslibet motus, sequitur vt tẽpus multiplicetur per multiplicationem motuum. Et, cũ narrauit ꝙ ista quæstione est difficultas, dixit Dicamus igitur in hoc, ꝙ est numerus, &c. i. ꝙ est numerus cuiuslibet motus, quia omnis motus est i tempore: & est in tempore, quia tempus numerat ipsum: & siue motus fuerit gñatio, aut corruptio, aut augmentatio, aut alteratio, aut translatio, tempus numerat ipsum, quia est in tempore. Sed debes scire ꝙ tempus licet sit numerus cuiuslibet motus, tamen non eodem modo, sed ſm prius, & posterius. qm̃ est numerus aliorum motuum præter translationem, quia est numerus translationis. qm̃, si translatio non esset, non esset tempus. si alteratio non esset, neq; augmentatio, neq; generatio, neq; corruptio. &, si esset translatio tm̃, esset tempus. & si de modis translationis non esset translatio circularis, non esset tempus: & de circulari velocioris circulationis, s. diurni motus, tempus igitur, & si non est numerus cuiuslibet motus, tamen attribuitur eis principaliter, & secundario. Et, cum narrauit ꝙ tempus est numerus cuiuslibet motus hoc modo. d. Secundũ igitur ꝙ tempus, &c. i. ſm igitur ꝙ tempus sequitur motum, & accidit et ꝙ est numerus cuiuslibet motus. &, qa sequitur motum simpliciter, quicũq; fit, necesse est vt sit numerus motus continui simplr, non numerus alicuius motus, sed cuiuslibet motus cõtinui, quia est continuum. ſm hoc igitur exponendus est iste locus. Et in quibuſdam scripturis inuenitur, ſm hoc igitur ꝙ tempus est motus, secundum hoc erit numerus vnius motuum. est igitur propter hoc numerus motus continui simpliciter, non numerus alicuius motus. Et intẽdebat ſm hæc verba. qm̃, ſm ꝙ tempus accidit motui, & motus est prior naturaliter, necesse est vt sit numerus vnius motus primo, & essentialiter: & est motus, qui accipitur in definitione tẽporis. D. d. Est igit propter hoc numerus motus, s. corpis cœlestis. D. d. non numerus alicuius motus, s. cuiuslibet motus. & ſm hanc expositionem intendebat ꝙ ſm hoc, ꝙ in definitione temporis accipitur motus, sequitur vnũ motum, & est numerus illius primo, & eẽntialiter: &, ſm ꝙ mensurat omnes motus, est numerus cuiuslibet motus. D. d. sed est possibile, &c. i. sed, si posuerimus ipsum esse numerum cuiuslibet motus, cum fuerit numerus alicuius motus demonſtrati, & in illa hora moueꝫ aliud motu æquali ei, tunc tẽpus erit numerus vtriuſq; illorum motuum: & sic multiplicabitur per multiplicationem eorum: & sic essent duo tẽpora insimul, quod est impossibile. D. incœpit dissoluere hanc quæstionem, & d. Dicamus igitur ꝙ non est ita, &c. i. & hoc non sequitur. qm̃ possibile est vt idẽ tempus sit æqualiter duorum motuum ſsimul diuerſorum absq; eo, ꝙ tempus multiplicetur per multiplicationẽ motuum, et non sequitur necessario vt duo motus habeãt duo tẽpora necessario. tempus. n. ſm ꝙ est numerus motuũ, non multiplicabitur per multiplicationem motuum, & numerus nõ multiplicabitur per multiplicationem numeratorum. v. g. quinarius, per quem numerantur quinq; canes, & quinq; equi, & alia genera, qm̃ est idẽ. non ergo sequitur vt tempus multiplicetur per multiplicationẽ motuũ. Sed, si posuerimus ꝙ dispõ tpis cum oi motu sit talis, s. sicut dispõ numeri cũ numerato, sequitur vt tẽpus nõ sit ens naturale, neq; mobile, sed imaginabile. res. n. q̃ sunt in mente, nõ accipit motus i definitiõe earũ. Et, si posuerimus etiã † ꝙ tẽpus accipit i definitione cuiuslibet motus, ⸗ sequitur vt multiplicẽ per multiplicationem motuum: sicut est dispositio in albedine, & alijs accidentibus, quæ multiplicãtur per multiplicationem subiecti. Si autem posuerimus ꝙ dispositio eius cum motu vno est dispositio sequẽtis, in cuius definitione accipitur illud, ad quod sequit, & cum alijs motibus, sicut dispositio numeri cum numerato, dissoluetur quæstio. & tam declarauimus prius ꝙ nos percipimus tempus, qm̃ percipimus motum, p quem sentimus nos esse in tranmutatione cõtinua, & est motus circularis. Tempus igitur sequitur hũc motum: & iste motus accipitur in definitione eius: & ipsum mensurat illum, non ſm ꝙ numerus mensurat numeratum, sed ſm ꝙ mensurat aliquid, quod est forma in re: alios vero motus mensurat, ſm ꝙ numerus mensurat numeratum, s. ꝙ numeratum non accipit in definitiõe numeri. Per hoc igitur dilo'uitur quęstio Themistij, & aliorum. et hoc manifestum est ex sermone eius. et per hoc potest demonstrari ex hoc, ꝙ tẽpus est continuum continuitate motus. ex hoc, ꝙ tempus est reciprocum reciprocatione motus. D. d. sed forte alter erit velox, &c. i. sed forte erit alter velox, et alter tardus, & non habebunt tempus æquale, licet sit idem. D. d. & forte alter erit, &c. &, innuit ꝙ non solum mẽsurat motus, qui sunt insimul eudem speciei, sed etiam qui sunt spẽrum diuersarum. D. d. tempus vero cor, &c. i. & dispositio in tempore duorum motuum

Documentũ

Quæstio.

Scda expõ.

Prima expõ.

Solutio.

Cõ 98.

Tẽpus seqt motũ mobilẽ tã ꝙ mẽsuratũ ꝙ mẽsurans. Mobilia dicũt mẽsurata ꝙ mẽsurãtia. Videtur tã ꝙ mẽsurãtia. Vide contra. Zim.

tuum diuersorum in ſpecie in hoc, ꝙ tempus eorum est idem, & æquale, si motus fuerint æquales, aut diuersum secundum magis, & minus, si motus fuerint diuersi secundum magis, & minus, est sicut dispositio in motibus, qui sunt vnius generis.

Quoniam autem est latio & huius circularis, numeratur autem vnumquodq; vno quodam cognato, vnitates vnitate, equi vero equo, sic & tempus tempore quodam finito. (mensuratur autẽ, sicut diximus, et tempus motu, & motus tẽpore. hoc autem est, quia à determinato motu tempore mensuraꝫ & ipsius motus quantitas, et temporis.) si igitur primum mensura omnium cognatorum est circũlatio, regularis mensura maxime erit, qa numerus huius notissimus est. Neq; igit alteratio, neq; augmentatio, neq; generatio regulares sunt, latio aũt est. Quapropter & videtur tempus esse ſphærę motus, quia hoc mensurantur alij motus, et tempus hoc motu. Propter hoc autem & quod consuetum est dici accidit. dicunt enim circulum esse humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem est, quia hęc omnia tempore dijudicãtur, et accipiunt finem, & principium, ac si secundum quandam periodum sit. etenim tempus ipsum esse videt circulus quidam. hoc autem rursus videtur, quia huiusmodi lationis mensura est, et mensuratur ipsum ab huiusmodi. Quare dicere rerum eas, quæ fiunt, esse circulum, est dicere temporis esse quendam circulum. hoc autem est, quia mẽsuratur circũlatione. præter † ⸗ enim mensurã ⸗ nihil aliud vĩ esse quod mensuratur, q̃ multæ mensuræ, totum.

Supra te. 12.

Vide con. Zimarræ.

Alteratio, augmẽtatio, generatio ñ sunt regulares, latio autem est.

† a. l. quod mensurat.

Et hic, quia est translatio, ex qua est motus circularis, & vnaquæq; rerum numerat per aliquid sui generis, qm̃ vnitates numerantur per vnitatem, & equi per equum, similiter tempus necesse est vt mensuret per aliquod tempus terminatum. sed tẽpus, sicut diximus, mensuratur per motum, et motus per tempus. quoniam tempus motus terminati mensurat quãtitatem motus, & quãtitatem temporis. &, cum per primam mensuram mensurentur omnia, quæ sunt vnius generis, dignius motuum, vt sit mensurans, est motus circularis æqualis. qm̃ numerus istius motus est notior numerorum. Et motus alteratiuus non est æqualis, neq; motus augmenti, neq; motus generationis, translatio vero aliqua est æqualis. Et ideo existimatur ꝙ tempus est motus sphæræ, quoniam per istum motũ mensurantur isti cæteri motus tempus. Et ideo mos est dicere ꝙ dispositiones hominum currunt ſm circulum. vt cum homines dicunt rotam infortunij, et similiter alia, quæ habent motum naturalem, & generationem, & corruptionem. & hoc dicitur, quia omnia experimentantur p tempus, & in eo desinunt, & incipunt, q̃si ellent currentia per aliquam rotam. ipsum enim tempus existimatur esse circulus. & hoc existimatur etiam, quia mensurat motum quod est tale, & quia ipsum mensuratur etiam per motũ, q est talis. Dicere igit ꝙ res, q̃ sunt in generatione, currũt super circulũ, est dicere ꝙ tempus est circulus. & intentio eius est, quoniam tempus mensurat motum circularem, & quoniam mensura nihil aliud est, q̃ mensurans mensuratum, præter hoc, quòd totum est plures mensuræ vna.

133 Cum declarauit ꝙ tempus numerat quemlibet motum, tncœpit declarare tempus primum esse ex hoc, ꝙ motus est primus, et dixit Quia autem hic est translatio, &c. i. &, quia hæc est translatio, in qua inuenitur translatio circularis, quę est prior cæteris motibus, & tempus sequitur istam etiam, & vnaquæq; rerum numeratur per aliquod suæ speciei, v. g. qm̃ vnitates in numero numerantur per vnitatem, & equi numerant per vnum equum, necesse est vt tempus etiam numeretur per aliquod tempus notum, & terminatum naturaliter. Et d. in præcedenti ꝙ hic est motus translationis, et circularis. qm̃, cum fuerit positum ꝙ tempus est numerus cuiuslibet motus, & fuerit positum ꝙ hic est prior motus cæteris motibus, sequitur vt tempus istius motus sit prius cæteris temporibus, & numerãs illa. Et, cum declarauit ꝙ necesse est vt sit hoc primũ tempus, incœpit declarare per quid potest hoc tempus determinari, & d. sed tempus, sicut diximus mensuratur per motum, &c. i. sed tempus, quod est primum mensurãs, debet esse terminatum per motum, cum iam diximus ꝙ tempus mensuratur per motum, licet sit mẽsuratio accidẽtalis, & quòd motus mensuratur p tempus primo, & essentialiter, qm̃ per tempus motus terminati potest mensurari quantitas motus, & quantitas temporis, s. per tempus istius motus primi mensuratur quantitas totius temporis, & quantitas motuũ. Et, cum declarauit ꝙ istud tempus terminatur p motum, incœpit declarare per quem motum, & d. &, cum prima mensura, &c. i. et, cum manifestum est ꝙ prima mensura, & indiuisibilis in aliquo genere, est illud, per quod mensurantur omnia, quæ sunt in illo genere, dignius motuum, vt suum tempus sit primum tempus, est motus circularis æqualis. & hoc est ita, qa iste motus est prior motuum, vt post declarabimus: & est primus naturaliter, & velocior: ergo primum tempus est istius motus: qm̃ prima mensura talis est, s. ꝙ non diuiditur in illo genere. D. induxit rationem super hoc, et d. quoniam numerus istius motus, &c. i. & prima mẽsura debet esse notior, & syllogismus componitur sic. Numerus motus circularis est notior: et notius in omni numerato est prima mensura: ergo numerus motus circularis est primus numerus numerorum omnium motuum. Deinde declarauit ꝙ motus alteratiuus, et motus generationis, & corruptionis sunt valde remoti ab hoc, ꝙ tempus sit numerus eorum, quoniam tempus est æquale, vnde sequitur vt sequatur motũ æqualem, non variabilem in velocitate, & tarditate, & de

Vnaquæque rerũ numeratur ꝙ aliquid suę ſpẽi. Idẽ supra. Text. &. 10. Met. tex. 4.

Mensuratus p tpis p se & accidẽs. vero ꝙ tempus sit. Idẽ supra. tex. 11.

Prima mensura corũ, quę sunt eiusdẽ generis dignius motuum, vt sit primum tempus, est motus circularis æqualis. Idẽ 10. Met. tex. 4. & 10. Met. tex. 4.

xit Et motus alterationis,&c. Et syllogismus componitur sic. Numerus cæterorum motuum est numerus motuum non æqualium: & tempus est numerus æqualis motus: ergo tempus nō est numerus aliorum motuum. &, cum non sit numerus aliorum eorum, dignius est vt prius numerus eius inueniatur exemplum istorum motuum. Deinde d. translatio vero aliqua est æqualis. idest motus autē translationis possibile est vt sit æqualis. & ideo existimatur q̄ primum tempus est numerus motus totius, s. diurni, s. quia iste motus est motus translationis, & quia per illum mensurantur cæteri motus, & cætera tpa. & hoc manifestū est de istis motibus. ideo omnes cōueniunt q̄ tempus

Dubium. mensuretur per ilum. Et aliquis potest quærere, q̄m nos videmus q̄ prima mensura in rebus mēsurabilis est duobus modis, aut mensura, quę dicitur vnitooe cum mensurabilis in illo genere, aut principaliter, et secundario. totum igitur tempus cum primo tempore mensu-

Soluuo. rāte cuiusmodi est istorum duorum modorum? Dicamus igitur q̄, si tempus sequeretur omnē motum, tunc primum tempus cum alijs temporibus diceretur principaliter, i. q̄m mensurat: quemadmodum motus, quem sequitur, dicitur cum alijs motibus principaliter. si autem tempus totum sequitur motum corporis rotundi, tunc primum tempus erit dictum cum alio tempore, quod mensurat, vnitooe: sicut est dispositio in vnitate cum numeris: quod nō est ita de primo numerante cum alijs numerantibus. sm hoc igitur est intelligendus iste locus. Et, cum dedit demonstrationem super hoc induxit res famosas sm suum morem, & d. Et ideo mos est dicere, &c. i. et hoc, quod homines dicunt q̄ rota infortunij transiuit super aliquem, q̄a percipiunt q̄ causa infortunij est motus circularis, aut sequens motum circularem, quod est tempus. D. d. & sibi ipsi, &c. i. q̄m omnia attribuuntur circulo, & tempori. D. d. & hoc dicitur, &c. i. & illa, quæ generantur, & corrampuntur dicuntur reuolui, & reciprocari, quia omnia transmutata numerantur per tempus, & in eodem desinunt, & incipiunt. &, quia tempus existimatur esse circulus, ideo illa, quæ numerantur per tempus, existimantur currere super circulum, scilicet quasi esset circulus. Deinde d. & existimatur hoc, &c. idest & existimatur quòd tempus est circulus, quoniam mensurat motum, qui est circularis, & quia mensuratur etiam per motum circularem. Et cum declarauit hoc fecit summam de illo, & dixit. Dicere igitur, &c. idest cū igitur vulgus dicit quòd res, quæ sunt in generatione, currunt super rotam, dicunt

* a. f. terminantur. hoc, qa* transmutantur per tempus, & tempus apud eos est circulus. D. d. & intentio eius est, &c. i. & tempus apud eos est circulus, quia tps mēsurat motū circularem, & mensuratur per motum circularem, & mensurans quolibet non est extra genus mensurati, sed totum mensuratum est plures mensuræ. verbi gratia, quoniam vnum non est aliud à numero, sed numerus plures vnitates. &, cum mensurans, & mensuratum sit vnius generis & mensurans tempus est circulare, tempus est circulare. & hoc existimatur, &c. & q. dā loquens quereret, quare existimatur q̄, cum tempus mensurauerit motum circularē, et fuerit mensuratum per motum circularem, quòd erit circulare. D. d. q. dicitur quod mensurans, et mēsuratum debent esse vnius generis.

Dicitur autem recte & quòd numerus quidem est idem eorum, & canum, si æqualis vterque sit. denarius autē non idem, neque decem eadem, sicut neque trianguli idem, æquilaterus, & qui trium inæqualium laterum, & tamen figura eadem est, quia ambo trianguli sunt. Idē. n. dr, cuius nō differt. dria, sed nō cuius dr̄t. vt triangulus triāguli dria differt (diuersi enim trianguli sunt) figuræ autem non, sed in vna, & eadem diuisione. figura enim talis quidem circulus est, talis vero triangulus. huius aūt talis qdem est æquilaterus, talis vero q̄ triū inæqualiū laterū. figura igr̄ eadē, & hæc: triangulus. n. est: triangulus autem non idem est. Et numerus igitur idem, non enim differt numeri differentia numerus horum. denarius autem non idem est. in quibus enim dicitur, differunt: hæc enim canes, illa vero equi sunt. Et de tempore quidem, & ipso, & de ijs, quæ circa ipsum consyderationi sunt propria dictum est.

Idē dr̄, cuius non differt differentia.

Et bene dicitur etiam quòd numerus hominum, & numerus canum est idem, cum vterq; numerus fuerit alij æqualis. & dicitur quòd denarius numerus non est idem, neque decem res sunt eædem. quēadmodum triangulus æqualium, & diuersorum laterum non sunt idem, licet sit eadem figura, ga ambo sunt trianguli. Dicitur enim aliquid esse Idem, quando non differt in differentia, & dicitur esse diuersum, quando differentia eius fuerit diuersa. verbi gratia triangulus, quoniam trianguli diuersi differunt in differentia eius, in figura vero non differunt, sed collocātur in eadem diuisione. quoniam figura illa, quæ est talis, est circulus, & illa, quę est talis, est triangulus, & triangulus ille, qui est talis, est æqualium laterum, & ille, qui est talis, est diuersorum laterum. & triangulus est eadem figura, & non est eadem intentio in numero. Et numerus etiam est idem. & non diuersatur in rebus naturalibus in differentia numeri. decem vero non sunt idem. diuersantur enim in rebus, de quibus dicuntur, quoniam possunt esse numerus canum, & numerus equorum. Iam igitur compleuimus sermonem de tempore, & de rebus perscrutandis in hac consyderatione.



Complet capitulum, in quo dicitur quòd tempus non multiplicatur per multiplicationem motuum, & dat causam in hoc, & dixit Et bene dicitur, &c. idest, & bene

& bene fuit dictum in sermone prædicto quòd numerus non multiplicatur per multiplicationem numeratorum, & quòd numerus istarum ouium decem, & numerus istorum canum decem est idem, cum non differant secundum numerum, cum sint æqualia secundum numerum. Deinde d. & dicitur quòd denarius est numerus, &c. idest denarius autem collocatus sub denario numerali non est idem, iste enim denarius est denarius talis, scilicet decem alicuius generis, non decem simpliciter. & ideo post dixit neq; decem res sunt eædem. idest, & si acceperimus vniuersalius genus entis, verbi gratia decem res. Et, cum narrauit differentiam inter numerum simpliciter, & numerum non simpliciter in hoc, quòd numerus simpliciter non multiplicatur, & est idem, & non simpliciter multiplicabitur, dedit exemplum de illo, qui est non simpliciter, & dicit, quemadmodum triangulī æqualium laterū, &c. idest & decem, quæ sunt non simpliciter, verbi gratia decem animalia non sunt eadem in specie: quoniam hæc decem animalia, quædā sunt decem equi, & quædam decem canes, quemadmodum triangulus non est idem: quoniam alius est æqualium laterum, et alius diuersorum laterum: licet conueniant in hoc, quòd sunt eadem in figura, quia ambo sunt trianguius. Et, cum narrauit hoc de vno in specie, & de vno in genere, dedit cautam in hoc, & dixit Dicitur enim aliquid esse Idem, &c. idest & trianguli, & similia non sunt eadem in specie, ga diuersantur secundum differētias: et res, quæ sunt eædem in specie, non diuersantur secundum differentias: & diuersa secundum speciem sunt diuersa secundum differentias. Deinde d. verbi gratia triangulus, &c. idest quoniam triangulus diuiditur in differentias, in quibus triangult diuersantur, secundum q̄ sunt trianguli. D. d. in figura autem, &c. idest quoniā non diuersantur in hoc, quòd sunt figura triangularis, sed secundum hunc modum collocantur sub eodem genere, quod est triangulus. Deinde dicit figura enim illa, quæ est talis, &c. idest figura enim, quæ est ex tribus lineis æqualibus, dicitur Isopleuros, &, cum non fuerit æqualis, dicitur diuersorum laterum. & triangulus est eadem figura secundum genus, & non est eadem secundum speciem. Et, cum potuerit quòd illa, quæ diuersantur secundum speciem, sunt illa, quæ differunt secundum differentias, incœpit declarare q̄ numerus non diuersatur ex numeratis essentialiter, cum nō sint tanquam differentiæ ipsius, & dixit Et numerus est etiam idem, &c. idest & numerus est idem secundum speciem, & non diuersatur per res numeratas, sicut numerus diuersatur ex suis differentijs, scilicet par, impar, & alijs differentijs. Et syllogismus componitur sic. Numerus non diuersatur in specie per differentias substātiales ex numeratis: & omne, quod diuersatur in specie, diuersatur per differentias substantiales: ergo numerus non diuersatur ex numeratis: sed tempus est numerus: ergo tempus non multiplicatur in specie per multiplicationem numerati. & hoc intendebat per hunc sermonem. Deinde dicit denarius vero non est idem, &c. idest decem vero simpliciter, verbi gratia decem animalia non sunt idem in specie, quoniam diuersantur per differentias substantiales ex rebus, quę sunt sub eis. verbi gratia quoniam animalitas est eadem, sed diuersatur per latrabile, & rationabile: quoniam istæ sunt differentiæ substantiales, aut tanquam differentiæ. Deinde dicit Iam igitur compleuimus, &c. idest iam igitur declarauimus perfecte quid sit tempus in sua natura, & declarauimus illa, quæ consyderanda sunt apud consyderationem de tempore.

Numer? sim plr nō multiplicatur, sed numerus non simplr multiplicatur.

Res, quę sūt eædē in ipſ, nō diuersant sm dr̄as.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER QVINTVS, cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de Diuisione Motus in suas species.
In Secunda de Vnitate, & Pluralitate motus.
In Tertia de Contrarietate motuū, et quietum.

Summæ primæ Caput Primum, in quo distinguitur motus per Se à motu per Accidens, & à motu secundum Partem.

MVtatur autem, quod mutat, omne, hoc quidem sm accidens, vt cum dicimus musicum ambulare, quoniā, cui accidit musicū esse, hoc ambulat. Hoc autem ex eo, ga huius aliquid mutat, simpliciter dicit mutari, vt quæcunq; dicunt secundum partes. sanat enim corpus, quia oculus, aut thorax: hæc autem partes sunt totius corporis. Est autem aliquid, quod neq; sm accidens mouet, neq; ex eo, quia aliud quid eorum, quę ipsius, sed ex eo, quia ipsum mouet primum: & hoc est secundum seipsum mobile. secundum alium autem motum alterum est, vt alterabile, & alterationis sanabile, * & calefactibile alterum. * a L aut.

Omne ergo, quod transmutat, transmutatur aliud per accidens. v. g. musicum currere, quia accidit ei, qui est musicus, vt currat. Et aliud, quia pars eius transmutat dicet sim pliciter ipsum transmutari. v. g. illud, quod dicit secundum dispositionem suarum partium. dicimus enim Socratem sanari, quia oculus eius sanat, aut pectus eius: et hęc duo sunt duæ partes totius corporis. Et quædam mouentur non per accidens, neq; quia aliud existēs in eo mouet, sed quia ipsum in se primo mouetur: & hoc est motum per se. & etiam est motum per alium motum cæterorum modorum motus, vt alteratum, & de alteratiōe etiā alteratum ad sanitatē est aliud ab alterato ad calefactionem.

INtendit hoc tractatu loqui de speciebus motuum, & de accidentibus essentialibus eis: quod, n. declaratum est ex hoc in Tertio est quasi genus. & quia intendit nume rare species motuum essentialium, incepit primo determinare mota essentialia à non essentialibus, & dixit Q. trantmutatum vlr est tribus modis. Aut per accidēs, vt cum dicitur q̄ musicus currit non. n. currit sm q̄ musicus, sed sm q̄ est animal ambulās, cui accidit, vt sit musicus, & sic cursus attribuit ei per accīs. Secundus vero modus est illud, quod dicitur 1 Infra. 6 c. 1.

tur transmutatum simpliciter, quia transmutatur ſm partem, vt cum dr̃ sortes est sanus, licet non sit sanus, nisi ſm oculum, & infirmus, quia est infirmus oculo. & hoc intẽdebat cum d. Et aliud, quia pars eius, &c. t. & quoddam dr̃ transmutari simpliciter, cũ non transmutatur ex eo, nisi vna pars tm̃. Et iſte modus reducitur ad illum, qui est per accidens, & est quasi medium inter illud, quod est per accidens, & illud quod est p se. pars. n. põt moueri per se, qñ distinguitur à toto, quod est impossibile in musica, aut in albedine. primo enim modo attribuitur motus gratia eius, quod non est innatum moueri, s. qualitatum, vt cum dicimus ꝙ musicus currit, & medicus scribit: secundo vero attribuit motus gratia eius, quod innatum est moueri. Et isti tres modi inueniũtur in eis, quæ mouenť in loco, & in alteratione manifeste, illud, quod mouet per accidẽs, aut gratia partis, aut quia mouet per se. sed Arist. non indiget in hoc loco diuidere motum per se i hoc Quinto, sed in Septimo, & in Octauo facit hoc. & contentus est ex his tribus modis, s. motu per accñs, & motu ſm partẽ, & motu per se, ad declarandũ ꝙ sermo eius non est, nisi de moto per se, qm̃ nulla ars cõsyderat de moto per accñs. D.d. & est motum per altũ motũ, i. & etiam mouet per se motu alio à motu translationis, vt illud, quod mouet ſm alterationẽ. &, quia alteratio dr̃ quasi æquiuoce, d. & de alteratione etiã, &c. t. & illud, quod signat hoc nomẽ alteratio, quod est trãsmutatio ad sanitatẽ, est aliud ab illo, quod signat hoc nomen alteratio, quod est transmutatio ad caliditatem.

Documentũ primum.

Pars potest moueri p se, qñ distinguit a toto, q̃d est ſm̃ 8 phy. 12. & 8 phy. 21. & 1 de anima 17. Item 7. c. 6 men. 17.

Nulla ars cõsyderat de motu p accidẽs. Idẽ infra cõm. 6. vide cõm. 6. Met. t. c. 6.

Est autem & in mouente similiter. Aliud enim ſm accidẽs mouet, Aliud vero ſm partem, ex eo, quia partium huius aliqua, Aliud vero per seipsum primum, vt medicus quidem sanat, manus vero percutit.

Et ita est de motore. Qm̃ alius mouet per accidens, & Alius mouet, quia pars eius mouet, & Alius mouet per se primo, v.g. medicum sanare, & manum percutere.

2 Cum declarauit ꝙ motus diuiditur in illos tres modos, declarat etiam ꝙ in motore inueniunť illi tres modi, i. Motor per se. v.g. medicũ sanare aliũ ab infirmitate, & Motor per accidens. v.g. musicus sanat se, qm̃ accidit musico vt sit medicus, aut medicus sanans se. medicus. n. nõ sanat per se, nisi aliud, cum res artificiales nõ agant in se, nisi per accñs, ecõtrario ei, quod dictum ẽ i definitiõe naturæ. Illud autẽ, quod dicit mouere, quia pars eius mouet, est, vt cũ diximus Soc. mouet hoc pondus, licet non moueat nisi manu tantum, D.d. & manum percutere. hoc est exemplum de illo, quod mouet ſm partem, s. Soc. percutere, licet nõ percutiat, nisi manu aut dicere manum percutere, licet non percutiat, nisi pars eius.

Res artificiales nõ agunt in se, nisi per accñs, ecõtrario ei, quod dictum ẽ i definitiõe naturæ. Vide 2 phy. text. 71. & de anima text. 6.

Quoniam autem est quidem aliquid mouens primum, est autem aliquid, quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod. (omnis enim motus ex quodam, & i quiddam. alterum. n. est quod primũ mouet, & in quod mouet, & ex quo, vt lignum, & calidum, & frigidum. horum aũt, aliud quidem quod, aliud vero in quod, aliud autem ex quo.) motus manifestũ est ꝙ i ligno est, nõ in forma. neq; n. mouet, neq; mouet forma, aut locus, aut ipsum tantum.

Omnis motus ex quo in quiddam.

Forma neq; mouet neq; mouetur.

Et, quia est hic aliquis motor primo, & aliquid motum primo, & cum hoc aliquid, in quo est motus, s. tempus, & præter ista aliquid, ex quo est, & aliquid, ad quod est. omnis. n. motus est ex aliquo, & ad aliquid. & illud, quod primo mouetur, est aliud ab illo, ad quod mouetur, & ab illo, ex quo mouet. v.g. quoniam lignum est aliud à calido, et frigido. & primum istorum est motum, & secundum est illud, ad quod est motus, & tertium est illud, ex quo est motus. manifestum est igitur ex hoc ꝙ motus in ligno non est forma. forma. n. non mouetur, neq; mouet, neq; locus, neq; talis quantitas.

Cum distinxit illud, quod est per se, ab illo, quod est per accidens, in motore, & moto, incœpit numerare 3 consequentia motus ad declarandum, quæ eorũ sunt, quibus attribuit motus per se. vt ex hoc veniat ad numerandum spẽs motus, & dixit Et quia est hic, &c. t. &, quia in oi motu inueniunť quinq;, s. Motor per se, & Motum per se. Et hoc intẽdebat, cum dixit primo. primũ. n. est qñq; synonymum et, quod est per se, & qñq; dicitur magis proprie, & est id, quod mouet non ꝓpter alium motorem. Et sic̃ primum motum dr̃ his duobus modis, s. de illo, quod est p se, & de illo, quod mouetur per se, non quia in eo est alia pars, quæ est primum motum in ipso. sed hoc intendebat per motum primum illud, quod est per se simpliciter. Tertiũ vero est illud, sicut dixit, in quo est motus, s. tẽpus. Et quartũ illud, ex quo est motus. Et quintũ illud, ad quod est motus. Et hoc est ita, qñ ois motus est à motore, & in moto, & in tẽpore, & ab aliquo, & in aliquid. oẽm vero motum esse à motore est positũ hic, & declarabitur in principio Septimi. et sic̃ oẽm motum esse in tẽpore declarabiť etiam perfecte in Sexto, licet modicũ inde declaratum sit in capso de tẽpore. Qm̃ autem ois motus naturalis rectus est ex aliquo, et in aliquid, manifestum est per se in motu alterationis, & augmenti, & translationis recte. licet existimetur ꝙ ipse perscrutabit de hoc in alio loco. & vr̃ ꝙ ipse ponit hic ista, ſm ꝙ sunt famosa, & post perscrutabitur perfecte de eis. D.d. motum. n. primo est aliquid, &c. t. & illud, quod mouetur per se, manifestum est ipsum esse aliud ab illo, ad quod mouetur. et ista alietas est ei primo, et eẽtialiter. per accñs vero nõ est remotum, vt illud, quod mouetur, & illud, ad quod est motus, sint idem. & sic̃ est de illo, ex quo est motus, s. quia etiã est aliud à moto. D.d. v.g. qm̃ lignum, &c. t. qm̃ lignum est illud, quod mouetur in alteratione, et illud, ad quod est alteratio, est calidum, & frigidum, et lignum est aliud à calido, aut frigido. D.d. & primum istorũ est motũ, &c. t. illud ex istis, quod magis disponit per motũ, est res mota, & sequitur ipsum illud, ad quod est motus, cum illud sit finis motus. & sequit̃ ista illud, ex quo est motus. cum ab hoc separatur res mota, & transfertur ab eo. Primũ igitur istorũ, & dignius in motu est res mota, s. subiectum motus. Deinde illud, ad quod est motus. Deide illud, ex quo est motus. Iste igitur ordo est istarũ causarum, ex quibus constituitur motus. [a] motus. n. constituit in substantia eius ex istis tribus causis, s. de causis existentibus in eo nõ extrinsecis. et ideo nõ numerauit motorem, aut tempus, quia [b] tẽpus est de accñtibus eius, & motor de causis extrinsecis. Et, cum posuit ista, dixit manifestum est igitur ꝙ motus est i ligno, &c. t. &, cum motũ est aliud ab eo, ad quod est motus, & est forma, manifestum est ꝙ motus est in moto

Primum qñqꝙ est synonymũ et, q̃d est per se, & qñ p dr̃ magis proprie.

T. cõ. t. & infra 6 ph. t. c. 60 & infra 8 phy. t. cõ. 129.

a Motus cõ stituit substantiam eius ex istis tribus causis, s. subiecto, termino ad quẽ, termino a quẽ. Caus. efficiẽs, & motore. Caus. finalis, & tempore. Caus. formalis, & forma. Caus. materialis, & materia.

b Tempus est de accñtibus motus. Item 4. phy. t. 126. & 127. vide cõm. 126. ad finẽ cõ.

Manifestum est ꝙ motꝰ ẽ i moto, nõ i illo, ad q̃d ẽ motꝰ, & est forã. Idẽ infra cõ. t. Idẽ. 3. phy. cõ. 3. & ibi.

a Forma nõ mouet, neq; mouetur, qm̃ motor, & motũ ẽ compositum ex materia, & forma.

b 3. phy. 18. 19. 22. et 23.

moto, non in illo, ad quod est motus, & est forma. Et hoc manifestum est per se. v.g. qm̃ calefactio est in corpore calefacto, nõ in calore, qui est finis calefactionis. & sic̃ translatio est in translato, non in superiori, aut inferiori, quæ sunt fines translati, & quantitas, quę est finis augmenti, non est in ea augmẽtum. & ideo illud, ad quod est motus, est aliud à moto per se. D.d. forma. n. non mouet, neq; mouetur. & intendit formam substantialem, quæ est finis motus generationis, & qualitates, q̃ sunt fines motus alterationis. D.d. neq; talis quantitas. & intendit q̃ntitatem, ad quam peruenit motus augmenti, & diminutionis. D.d. [a] forma enim non mouet, neq; mouetur, i. qm̃ motor, & motũ est cõpositum ex materia, & forma, & declaratum est in [b] Tertio ꝙ motus est in moto, non in motore.

Sed est mouẽs, & quod mouetur, atq; in quod mouetur. Magis autẽ ab eo, in quod, q̃ ex quo mouetur, denominatur mutatio. quapropter & Corruptio in id, quod non est, mutatio est quamuis & ex eo, quod est, mutetur quod corrũpitur: & Generatio in id, quod est, quamuis ex eo, quod non est.

Mutatio denotat magis ab eo, in q̃d, quã ex quo mouetur. Vide causas 2. de aia. te. 49.

Sed hic est motor, & motum, & ad quod est motus. Transmutatio. n. magis nominat ab illo, ad quod est motus, nõ ab illo, ex quo est motus. & ideo Corruptio est transmutatio ad non ens, & si corruptum trãsmutatur ex aliquo ente: & Generatio est transmutatio ad ens, & si transmutaretur à non ente.

4 Idest. sed si hic sunt motor, & motum, & ex quo, & ad quod: & motus est in aliquo istorum præterq̃ in re mota: hoc nomẽ motus est acceptum ab illo, ad quod est motus, non ab illo, ex quo est motus. et ideo motus ex ente in non ens dicitur Corruptio, qm̃ non ens est corruptum, et nõ denominatur à noie eius, ex quo est, scilicet ab ente. & hoc intendebat, cum dixit, & ideo Corruptio. D.d. & Gñatio, &c. t. & ens. t. & motus, qui dicitur generatio, dicitur, quia est trãsmutatio ad illud, quod est ens, & generatum, licet transmutaretur de non ente, idest incipiat ex eo.

Quid igitur motus sit dictũ est prius. Formæ autem, & passiones, & locus, ad quę mouentur ea, quæ mouentur, immobilia sunt, vt scientia, & calor. Attamen dubitabit aliquis, si passiones motus sunt: albedo autem passio est: erit. n. ad motum mutatio. Sed forte sis non est albedo motus, sed dealbatio. Est autem & in illis & quod est ſm accidẽs, & quod est ſm partẽ, atq; ſm aliud, & quod primo est, & non ſm aliud. vt quod fit albũ in id, quod intelligitur, mutatur ſm accidẽs: colori. n. accidit intelligi: in colorem autem, quia album pars est coloris: & in Europam, quia pars Europæ Athenæ sunt: in album autem colorem per se. Quomodo igitur per se mouetur, & quomodo secundũ accidens, & qũo ſm aliud aliquid, & qũo idem primũ & in mouente est, et in eo, quod mouet, manifestum est: & ꝙ motus nõ est in forma, sed in eo, quod mouetur, & mobili ſm actum.

Et iam narrauimus motum, quid sit, superius. Et formæ, & passiones, & qualitates, & locus, ad quem mouentur res motę, nõ mouent, v.g. scientia, & calor. Sed hic est quæstio. in passionibus forte sunt motus: & albedo est passio: & sic transmutatio ad illam est transmutatio ad motum. Et ad hoc dicendum ẽ ꝙ dignius est vt albificatio sit motus, non albedo. Et in illis etiam est illud, quod est per accidens, & illud quod est ſm partẽ, & illud quod est primo, non per aliud. v.g. qm̃ trãsmutatio albificati ad intellectum est transmutatio per accidens: intelligi enim est accidens colori: & trãsmutatio eius ad colorem, quia album est pars coloris: & sic̃ trãsfertur ad Europam, quando transfertur ad Athenas, quia Athenæ sunt pars Europæ: transmutatio vero eius ad colorẽ album est per se. Declaratum est igitur qũo est motus per se, & qũo per accidens, & qũo per aliud, & qũo erit esse primo in motore, & in moto: & est declaratum ꝙ motus non est in forma, sed in moto, & est motum in actu.

5 Et, quia iam narrauimus prius motũ quid sit, et definiuimus eum, quia ẽ perfectio moti, ſm ꝙ est motũ, manifestum est ꝙ forma, & est illud, ad quod est motus in generatione, est immobilis, & sic̃ passiones, quæ sunt id, ad quod est motus in alteratione, & sic̃ locus, & est illud, ad quod est motus in trãslatione. motus. n. nõ est perfectio alicuius istorum. Deinde dedit exemplum de qualitate, & dixit v.g. scia, & calor. t. qm̃ istæ passiones non mouẽtur per motum alterationis. cum sint fines eius. D.d. Sed hic est quæstio, &c. t. &, quia passiones diuiduntur ſm magis, & minus, & ꝓpter transmutationem sequentem illas, existimat ꝙ albedo est motus, & sic motus ad illam erit motus ad motum. et, quia manifestum est ꝙ albedo est forma quietcens in mobilis: & qui fingit ipsam mouerí, non est loquendũ cum eo in hac scientia. D.d. sed dignius est vt albificatio sit motus, nõ albedo, t. sed apparet per te ꝙ albificatio est motus, nõ albedo, ad quam est motus albificationis. Et, quia accidit ei, ad quod est motus, vt in eo mutentur illud, quod est per se, & illud, quod est per accidens, & illud, quod est ſm partẽ, narrauit hoc ne aliquis deciperetur, & d. Et in illis, &c. t. idest et in illo, ad quod est motus, mutentur etiam illi tres modi, quos numerauimus in motore, et moto. v.g. in d'o, ad quod est transmutatio per accidens, est transmutatio albi ad hoc, ꝙ sit intellectum, s. ad hoc, ꝙ intelligat ab hoie. qm̃ hoc est albi per accidens, cum illud, quod albificatur, non habet naturam vt transmutei ad hoc, vt sit intellectum, nisi per accidens. & hoc intendebat cum dixit intelligi. n. &c. t. qm̃ intelligi est accidens, quod accidit ei, quod transmutatur ad colorem, & est album. Et exemplum eius, quod dicitur transmutari gratia partis, est, vt cum dicimus hoc album demonstratũ trãsmutari ad coloratũ: qm̃ non dr̃ colorari, nisi quia trãsmutatur ad partem coloris, s. ad aliquam speciem eius. & hoc intendebat, cũ dixit trãsmutatio eius ad colorem, &c. t. &, cum dicimus album colorari, dicimus hoc, quia transmutat ad partem coloris. & est albedo. Dedit exemplum de motu in relationis, & dixit & transfertur ad Europã, quia transfertur ad Athenas,

Qui sit [illegible] nõ est [illegible] dã cũ eo in [illegible] ad finẽ cõ.

Athenas.i.& dicimus aliquid transferri ad aliquē locum, quia transeat ad partem illius rei, cui attribuitur translatio. v.g. vt, cum dicimus ꝙ Soc. transfertur ad Hispaniam, licet non transferatur, nisi ad Cordubam. D.d. trāsmutatio vero eius ad colorem album est per se, i. &, cum dicimus de aliquo alterato in colore, trāsmutari de nigro ad album, est per se, & etiam, cum dicimus ipsum trāsferri ab Hispania ad Cordubam, est per se. Et, cum declarauit ista, perfecit sermonem in dando summam de his, quæ declarauit, vt est mos in sermonibus demonstratiuis, & dixit Declaratum est igitur, &c. i. declaratum est igit ex hoc sermone, quomodo attribuitur motus ei, ad quod est ſm ipsum motum, & ſm accidens, & ſm partem. & ſisse est declaratum quō moueri attribuitur moto per se, et per accīs, & ſm partem: & quō mouere attribuitur etiā motori per se, & per accides, & ſm partem. Et declaratum est cum hoc, ꝙ motus non est per se in eo, ad quod est motus, i. forma. Et intelligit hic per formam formā substantialem, & qualitatem, & quantitatem, & vbi. & vtitur ea in hoc loco large, sicut fecit primo. & qñq; vtitur ea proprie, vt cum dixit forma. n. non mouet, nec locus, et c. & qñ in hoc loco vtitur forma pro passionibus, et subiectis, et qñq; vtitur ea magis proprie, vt cū d. formæ, & passiones, & locus, &c. qñq; igitur vtitur forma large, & qñq; pro subiectis tātum. Deinde d. & quod est primum, &c. & intendit hic ꝑ primum proximum, & essentiale, secundum quòd declaratum est in Posterioribus analyticis.

Mos ſ dare ſummā his, q̄ ſ declarauit in ſermonibus demōſtratiuis.

Forma qñq; vtitur large, & qñq; proprie.

Quę igitur ſm accidēs est mutatio dimittatur. est. n. & in omnibus, & ſemper, & omnium. Quæ vero non ſm accidens nō est in omnibus, ſed in cōtrarijs, & medijs, et in cōtradictione. Huius autem hdes ex inductione est. Ex medio autem mutatur vt ex contrario. vtitur. n. ipso, vt cōtrario, ad vtrūq;. est. n. quodammodo medium ipsum extrema. quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc quodāmodo dīr contraria. vt media grauis ad vltimā, & acuta ad primam. atq; fuscum album ad nigrum, & nigrum ad album.

Aſſiſtō ſ ꝙ dicim⁹ aliq̄d trāſferri ad aliq̄ ex.

Transmutatio vero per accidens omittēda est, quia est in quolibet, & est ſemper necessario. Quod autem non est per accīs, nō est in quolibet, ſed in contrarijs, & inter illa, & in contradictorijs. Et hoc creditur ex inductione. Transmutatio enim est ex medio. qm̄ ita se habet ad vtrāq; extremitatem sicut contrarium. medium. n. quodammodo est duo extrema. et ideo dicuntur, cum comparantur ad illa. & cum illa comparantur ad illud, sicut dicuntur contraria. v. g. qñ neuma. quod dicit medium in respectu otota, dicitur acutum, & in respectu ita, dicit grauc. et color pallidus in respectu nigri dicitur albus, & in respectu albi dicitur niger.

6 Cum declarauit ꝙ ois motus constituitur ꝑ quinq;, ſcilicet motorem, & motum, & illud ex quo est, & illud, ad quod est, & mod⁹ in quo est, et etiā declarauit ꝙ vnicuiq; istorum quatuor attribuitur motus, aut per ſe, aut per accides, i. motor, & motū, & illud, ad quod, & illud, ex quo, incepit declarare ꝙ non est consyderandum de illo, quod est per accidens, cum hoc non ſit de arte demonstratiua, & dixit Transmutatio vero ꝙ accidens, &c. i. illud autem, quod attribuitur istis rebus per accidens dimittendum est: quia non habet subiectum determinatum. D.d. & est ſemper necessario, i. transmutatio, quæ est per accidens, inuenitur infinita in eadem re. qm̄ eidem corpus potest dici ipsum non euadere à transmutatione per accidens. v.g. ꝙ albefiat, deinde humefiat, deinde transferatur, deinde calefiat. & quod est infinitum, & non habet naturam terminatam, non cōtinetur a scientia, neq; est pars artis demonstratiuæ. Et intendit hic per accidēs illud, quod est cōe ei, quod est per accidens, & ei, quod est ſm partem. Et, cum declarauit ꝙ in illo, quod est per accidens, non consyderat aliqua ars, dedit causam in hoc, & dixit Quod autem non est per accidens, &c. i. & transmutatio, cuius natura subiecti est essentialiter terminata, non est nisi in contrarijs, aut in illis, quæ sunt inter contraria, aut in contradictorijs. Et intendit hic per contradictoria, illa, quę opponuntur ſm affirmationem, & negationem, & per contraria, cōtraria, quæ dicuntur proprie, vt dictum est in lib. Categoriarum. D.d. Et hoc creditur ex inductione, i. & hoc certificatur, ſ. ꝙ omnis motus est de contrario in contrarium, aut de contrario in medium, aut de medio in contrarium, aut de nō esse in esse, aut de esse in nō esse ex inductione. D.d. Transmutatio enim erit ex medio, &c. i. & causa in hoc, ꝙ trāsmutatio est ex medio, & ad medium est, qm̄ medium est contrarium vtriq; extremo, ſm ꝙ extrema sunt contraria. Et, cum narrauit ꝙ causa in transmutatione ex medio, & ad medium est, ꝙ medium est contrarium vtriq; extremo, dedit etiam causam hoc, & dixit medium. n. est quodammodo, &c. i. & causa in hoc est, qm̄ in medio sunt duo extrema in media dispositione. ſm vero ꝙ in eo conueniuntur duo extrema in media dispositione, ſm hoc vtrūq; extremum est cōtrarium simpliciter duobus. v.g. color pallidus est medius inter album & nigrum, quæ sunt duo extrema, & in eo est albedo, & nigredo, scilicet quodam modo potentiæ. ſm igit ꝙ habet in se de albedine in potentia est contrarium nigredini, quæ est in actu, & ſm illud, quod habet in se de nigredine, modo medio inter actum, & potentiam, est contrariū albedini in actu, quod est ſm extremum. Cum igitur propositio, dicens ꝙ transmutatio est de contrarijs in cōtraria, fuerit intellecta ita, ꝙ hoc nomen contrariū dicitur de illo, de quo intelligitur maius, & minus, ſ. illud, quod est in potentia, tunc non indigetur ista exceptione, & verificabitur ꝙ omnis transmutatio est de contrario in contrarium. Deinde dicit medium enim est quodammodo duo extrema. & intendit esse medium inter actum, & potentiam, sicut diximus.

Vide contr. Zum.

Quod est infinitū, & non hēt naturam terminatā, nō cōtinet a ſcientia. neq; est pars artis demōſtratiuæ. Idē 6. met. tex. cō. 6.

Oīs mot⁹ est de cōtrario in cōtrariū. Idē 1. ph. 45.

In medio ſit duo extrēa in media diſpoſitione. ſed quo ſit intelligēdū vide cō. 26. 4. de cœl. Idē infra hic. 19. et Idem. 10. Meta. 11. & 12. Met. 6.

Caput Secundum. Quot modis aliquid dicatur in aliud mutari.

QVoniam autem omnis transmutatio est ex quodam in quiddam: (manifestat autem & nomen. post aliud. n. aliquid, & aliud quidē prius significat, aliud autem posterius.) mutabitur quod mutatur quadrifariam. Aut. n. ex subiecto in subiectum, Aut ex non subiecto in non subiectū, Aut ex non subiecto in subiectum, Aut ex subiecto in nō subiectum. dico autem Subiectum, quod affirmatione mōstrat. Quare necesse est ex ijs, quæ dicta sunt, tres eē mutationes,

tationes, eam quæ est ex subiecto in subiectum, & eam, quę ex subiecto in non subiectum, & eam, quę ex non subiecto in subiectum. quæ enim est ex non subiecto in non subiectum non est mutatio, propterea quòd non est ſecundum oppositionem. neq; enim contraria, neque contradictio est. Quæ igitur ex non subiecto est in subiectum mutatio ſecundum contradictionē generatio est. alia quidem ſimpl'r ſimplex, alia vero quædam cuiusdam. vt ea, quæ ex non albo in album, generatio huius est: ea vero, quæ ex eo, quod non est, ſimpliciter in ſubſtantiam, generatio ſimpliciter est, ſecundum quam ſimpliciter fieri, & nō aliquid fieri dicimus. Quę vero ex subiecto in non subiectum corruptio est, ſimpliciter quidem, quæ ex ſubſtantia ad ipſum non esse est: quędam autem ea, quæ est in oppoſitam negationem, ſicut dictum est & in generatione.

Et, quia omnis transmutatio est de aliquo in aliquid, & hoc ſignificat ſuum nomen. ſignificat enim in idiomate Græco, quod est aliquid, quod ſit per aliud, et ſic ſignificat aliquid fuiſſe, & aliquid fore. & omne, quod transmutatur, transmutatur quatuor modis. Aut de ſubiecto in ſubiectum, Aut de ſubiecto in non ſubiectum, Aut de non ſubiecto, in ſubiectum, Aut à non ſubiecto in non ſubiectum. & intelligo per Subiectum illud, quod ſignificatur per affirmationem. Et go neceſſe est ex hoc, quod diximus, quòd modi transmutationis ſunt tres. quoniam transmutatio de non ſubiecto in non ſubiectum non est transmutatio. quia non ſunt oppoſita, quoniam non ſunt contraria, neque contradictoria. Transmutatio igitur de non ſubiecto in ſubiectum ſecundum contradictionem est generatio. & transmutatio ſimpliciter erit ſimpliciter, & quod est transmutatio aliqua est i aliquo. verbi gratia, quoniam transmutatio de non albo in album est generatio albi: transmutatio vero de nihilo ſimpliciter ad aliquam eſſentiam est generatio ſimpliciter: & de hoc dicimus ſimpliciter aliquid generari. Transmutatio vero de ſubiecto in non ſubiectum, aut est corruptio ſimpliciter, cum fuerit transmutatio de aliqua eſſentia in nihilum, aut erit corruptio aliqua, cum fuerit transmutatio in negationem contradicentem, ſicut dictum est de generatione.

7 Cum declarauit conſequēter motorum, quorum vnum est, quòd omne motum mouetur de aliquo in aliquid, & intendit numerare ſpecies motuum, incipit perſcrutari de hoc, diuidendo illud, ex quo poſſibile est transmutatum transmutari, & ad quod, & ex quo est impoſſibile. quoniam iſtis numeratis determinabuntur ſpecies motuum. &, quia iam numerauit iſta ex inductione, cum dixit quoniam erit de contrario, aut de contradictorio, vult nunc numerare illa ſecundum diuiſionem, quia est via certior, & dixit Et quia omne transmutatum, &c. i. deſt de aliquo terminato in aliquid terminatum, non de quolibet. Et, licet hoc ſit manifeſtum per ſe, dedit teſtimonium ex hoc, quòd hoc nomen trāſmutatio ſignificat apud eos. & est bene manifeſtum per ſe quod omnis transmutatio est de aliquo in aliquid: quoniam, dum res fuerit in eadem diſpoſitione, tunc illic non erit transmutatio. cum igitur transmutatur erit hoc, quando transfertur in aliquam diſpoſitionem ab aliqua diſpoſitione. Et, quia iſte diſpoſitiones, ſecundum quod res diuiduntur in affirmationem, & negationem, ſcilicet in esse, & non esse, ſunt quatuor modis, dixit & omne, quod transmutat, &c. deſt &, cum poſuerimus quod omnis trāmutatio est de aliquo in aliquid: & hoc nomen aliquid dicitur ſimpliciter de esse, & non esse, aut de negatione, & affirmatione: neceſſe est vt omnis transmutatio ſit de ſubiecto in ſubiectum, deſt de affirmatione in affirmationem, & de esse in esse oppoſitum. Aut de ſubiecto in non ſubiectum, deſt de affirmatione in negationem, et de aliquo esse ad priuationem. thus esse. Aut de non ſubiecto in ſubiectum, deſt de aliqua negatione in aliquam affirmationem, & de aliqua priuatione in aliquod esse. Aut de non ſubiecto in non ſubiectum. Vnde neceſſe est vt modi transmutationum ſint tres, & non ſit quartus. tres vero ſunt, transmutatio de esse in esse oppoſitum, & de esse in non esse, & de non esse in esse. Et intelligo per nō esse, non esse in actu, quod est esse in potentia, & vniuerſaliter non esse, quod est proprium primæ materiæ, non negationem ſimpliciter. negatio enim ſimpliciter ſignificat non esse ſimpliciter, & non esse ſimpliciter non recipit transmutationem. & hoc est intelligendum ex hoc, quod dixit & intelligo per Subiectum, &c. dixit ne aliquis intelligat aliquem modorum priuationum tamō. arum numeratarum in libro Prædicamentorum. Tertius vero est de esse in non esse, quod autem euanuit eſt illud, quod est de non esse in non esse, non esse enim impoſſibile est transmutari: & non esse aliquid non opponitur ad non esse aliquid: & dictum est quod haud, ex quo est transmutatio, & ad quod est transmutatio, ſunt oppoſita. b Et debes ſcire quòd transmutatio, quæ est de ſubiecto in ſubiectum, ſcilicet de contrario in contrarium, poteſt collocari in transmutatione, quę est de non ſubiecto in ſubiectum, et de ſubiecto in non ſubiectum, transmutatio enim ad ea est in ſubſtantia, ad ea in accidente. in ſubſtantia vero, quia ſubſtantia nō contraria est ſubſtantiæ, & transmutatio eſt de oppoſito in oppoſitum, non dicimus quod ita transmutatio est de ſubiecto in ſubiectum. et, ſi ſic ita, aut ergo dē esse de non ſubiecto i ſubiectum, & de negatione in affirmationem, aut econtrario: cum oppoſito in hac transmutatione est in priuatione, & habitu, quæ est in ſubſtantia, non in contrarietate, ſicut est diſpoſitio in transmutatione, quæ est in accidente, transmutatio vero, quę est in accidente, quia est in contrarietate, & duo contraria ſunt exiſtentia, dicitur esse de ſubiecto in ſubiectum, & quia illa, quæ opponuntur ſecundum contrarietatem, poſſunt opponi ſecundum priuationem, & habitum, & ſm affirmationem, & negationem, poſſibile est etiam dicere in eis, quæ opponuntur ſecundum contrarietatē, illa trāmutari de ſubiecto in nō ſubiectum, verbi gratia de albo in non album ſicut dicimus hoc de ſubſtantia in non ſubſtantiam, ſcilicet Et, cum dicimus aliquid transmutari de homine in non hominem,

& similiter dicimus etiam quòd transmutatur de non subiecto in subiectum in accidente, verbi gratia de non albo in album: sicut dicimus substantiam transmutari de non homine in hominem. Et, quia transmutatio vniuersaliter, cum accipitur de non subiecto in subiectum, dicitur generatio, & cum accipitur de subiecto in non subiectum, dicitur corruptio, & subiectum, & non subiectum quædam dicuntur simpliciter, & sunt illa, quæ sunt in substantia, cum substantia sit per se, & quædam non dicuntur simpliciter, & sunt illa, quæ sunt in accidentibus, quoniam hoc nomen esse, aut non esse dicitur de substantia simpliciter, & de accidente non simpliciter, ideo transmutatio, quæ est in substantia, de non subiecto simpliciter, & de non ente simpliciter ad ens simpliciter dicitur generatio simpliciter, & transmutatio de ente simpliciter in non ens simpliciter dicitur corruptio simpliciter, & transmutatio, quæ est de aliquo ente, idest existente in alio non simpliciter, quod est accidens in non aliquod ens, dicitur generatio aliqua, non simpliciter, & similiter transmutatio, quæ est de aliquo ente in non aliquod ens, dicitur aliqua corruptio. Et, cum hoc sit declaratum, cum dixit Transmutatio igitur de nõ subiecto in subiectum est generatio, intendit quòd transmutatio vniuersaliter, siue suum esse fuerit in accidente, siue in substantia, cum accipitur secundum quòd est ex non subiecto in subiectum, dicitur generatio. Deinde dicit & transmutatio simpliciter, &c. idest & transmutatio simpliciter: & est illa, quæ est de non subiecto in subiectum: & est illa, quæ est in substantia, dicitur generatio simpliciter, quia est in ente simpliciter non in aliquo ente: & quæ est de non ente aliquo in aliquod ens, & est accidens, dicitur generatio aliqua, non generatio simpliciter, quia est in aliquo ente, non in ente simpliciter. Deinde dicit transmutatio vero de nihilo, &c. idest transmutatio de non ente simpliciter, idest de non substantia aliqua in ens simpliciter, idest in aliquam substantiam est generatio simpliciter, & transmutatio simpliciter. Deinde dixit Transmutatio vero de subiecto in non subiectum, &c. idest transmutatio vero de ente in non ens est duobus modis etiam. quoniam, si transmutatio fuerit in essentia indiuidui demonstrati, scilicet indiuidui substantiæ, donec fiat illud non indiuiduum, dicitur corruptio simpliciter: cum autem fuerit in aliquo accidente, donec fiat non illud accidens, dicitur aliqua corruptio, non corruptio simpliciter. Intelligendum est igitur in hoc loco per negationem priuationem, quæ non est propria alicui subiecto, & per affirmationem esse.

Transmutatio subita est simplex, in [illegible] 1. Phy. [illegible] & 1. de Gen. [illegible] & [illegible] Idem 8. Phy. tex. cõ. 46.

Si igitur, id, quod non est, dicitur multipliciter, & neq; id, quod est secundum compositionem, aut diuisionem, contingit moueri, neque quod est secundum potentiam, quod ei, quod est simpliciter, secũdum actũ, oppositum est. quod enim est non album, aut non bonum fieri potest vt moueatur secundum accidens: fuerit enim homo non album. quod autem simpliciter non hoc est nullo modo: impossibile enim est quod non est, moueri. si autem hoc, & generationem motum eẽ impossibile erit. generatur enim quod non est. nam et si quàm maxime secundum accidẽs generatur, attamen est verum dicere quòd est id, quod non est, de eo, quod generatur simpliciter. similiter autem et gescere. hæc igitur omnia accidunt difficilia, ad moueri id, quod nõ est. &, si omne, quod mouetur, in loco est, quod autem non est, nõ est in loco. (esset enim alicubi.) Neq; ergo corruptio motus est. contrariũ enim motui motus est, aut quies: corruptio autem generationi contrarium.

Et dicamus nunc quòd non ens, cum dicatur pluribus modis, & illud, quod dicitur ex eo secundum compositionem, et diuisionem, impossibile est vt sit motum, neque illud, quod dicitur secundum potentiã, & est illud, quod est oppositum ei, quod est simpliciter in actu. quoniam non album, aut non bonum potest eẽ aliquo modo motum per accidens: quoniam possibile est vt non album sit homo. illud autem, quod simpliciter non est, & non est demonstratum, impossibile est vt moueatur: quoniam non ens impossibile est vt moueatur. &, cum ita sit, impossibile est vt generatio sit motus. quoniam non ens est illud, quod generatur. quoniam, si illud, quod est per accidens, propriè non ens, est illud, quod generatur, tamen verum dicitur quòd non ens est in generatione simpliciter. & similiter est de quiete. & tale inopinabile sequitur ex hoc, quòd omne motum est in loco. quoniam quod non est non est in loco. quoniam, si fuerit in loco, est in aliquo vbi. Neq; corruptio etiã est motus. corruptioni enim est contrariũ, aut motus, aut quies: sed corruptio est contraria generationi, & quieti.

8 Cum declarauit quòd genera transmutationũ sunt tria, scilicet de subiecto in subiectum, & de non subiecto in subiectum, & de subiecto in non subiectum, & est illud, quod dicitur generatio, & corruptio: quoniam generatio, & corruptio numeratur in vna specie specierum transmutationis: sicut motus numeratur de superiori in inferius, & de inferiori in superius in vna specie, & est translatio recta: & sicut transmutatio de albedine in nigredinem, & econuerso numeratur i vna specie alterationis: incœpit declarare quòd transmutatio, quæ est de subiecto in non subiectum, aut econuerso, non est motus: scilicet quòd hoc nomen transmutatio non dicitur de illa, & de illa, quę est de subiecto in subiectum vniuoce, neque quasi vniuoce, sicut est in eis, quæ continentur sub eadem definitione principaliter, & secundario. Et incœpit, & dixit Et dicamus nunc quòd non ens, &c. idest, & quia non ens dicitur tribus modis. quorum Vnus est secundum compositionem, & diuisionem, idest affirmationem, et negationem, verbi gratia Chimera non est natura. Secundus vero est, vt cum dicimus in indiuiduo substantiæ demonstrato esse non ens, & est ens in potentia, quod est oppositum ei, quod est in actu ens, & per se. Tertius est, vt cum dicimus in indiuiduo accidentis ipsum esse non ens, verbi gratia non album, & non coloratum: & hoc est non ens

Vide 1. Cæ li. T. c. 5.

Non ens dicitur tribus modis. Idẽ. 12. Me. cõ. xi.

non simpliciter, sed non ens aliquid. quod igitur ex istis dicitur secundum compositionem, et diuisionem, scilicet quòd falsitas in eo est secundum compositionem, aut diuisionem, scilicet affirmationem, & negationem, manifestum est quòd impossibile est in eo vt sit transmutatum: quod autẽ est non ens aliquod, verbi gratia non ens album, possibile est moueri per accidens. verbi gratia, quoniam homo nõ albus fit albus, quoniam non fit albus per se, nisi ex nigro, non ex non albo, nisi per accidens: non album enim non transmutatur secundum quòd est non album. quod autem trãsmutatur de non ente simpliciter in aliquod ens simpliciter, & est generatio, quæ est in substantia, non inuenitur in eo transmutatio omnino, secundum quòd res inuenitur in subiecto: quoniam subiectum transmutationis est in eo, quod est in potentia. & ideo impossibile est transmutari per se, aut per accidens. non ens vero non simpliciter possibile est vt moueatur: quoniam subiectum transmutationis in eo est in actu, & est illud, ad quod est transmutatio. &, cum motus attribuitur ei, secundum quòd est ens, erit essentialiter, &, cum attribuitur ei secundum alietatem, erit per accidens. priuatio enim non transmutatur, sed transmutatur subiectum priuationis, cum fuerit existens in actu, & idem demonstratum in duabus extremitatibus motus. Deinde dicit neque illud quod dicitur secundum potentiam, &c. [a] idest neque mouetur etiam de non ente illud, quod dicit de ente in potentia, quod est oppositum enti in actu: quoniam transmutatum est ens in actu necessario. Deinde dixit non album enim, & non bonum, &c. idest illud enim de non ente, quod dicitur de non aliquo ente, non de non ente simpliciter, est ens in actu, verbi gratia non album, et non bonum est ens in actu, & est possibile moueri per accidens, essentialiter vero non, scilicet secundum quòd est non ens. Deinde dicit quoniam possibile est vt non albus sit homo, &c. idest & est possibile vt hoc transmutetur, quia non album est ens in actu, verbi gratia homo: non homo vero non est ens in actu, sed in potentia. Deinde dicit illud autem, quod simpliciter non est, &c. idest illud autem, quod non potest demonstrari, idest quòd non est ens simpliciter impossibile est moueri omnino per se, aut per accidens. quoniam non esse non mouetur per se, et nihil est hic ens in actu, subiectum motui demonstrato de principio eius vsque ad finem. Accidit igitur ex hoc dicere quod non ens mouetur per accidẽs. illud enim, quod est per accidens, accidit enti per illud, quod est per se. &, quia per non ens non simpliciter disponitur subiectum in actu, vt cum dicimus quòd iste homo non albus fit albus, possibile est vt transmutatio tribuatur hic ad non esse per accidens, scilicet per suum subiectum, quod est ens in actu. ad non esse vero existens in substantia, scilicet ex qua fit transmutatio simpliciter, impossibile est vt attribuatur transmutatio per accidẽs, nedum per se, quia subiectum eius est ens in potentia, & ens illic in actu non est idem demonstratum in duabus extremitatibus eiusdem motus. quoniam non aer, quando fit aer, accidit quandoque aqua, verbi gratia cum aqua corrumpitur, deinde succedit ei aer. ergo hic non est idem subiectum formæ aquæ, & aeris, super quod succedebant formę sibi, sicut album, & nigrum succedunt sibi in indiuiduo demonstrato. & prima materia non est in actu. & quod non est in actu impossibile est moueri. & quia, cum esse primæ materiæ non admisceatur actus omnino, impossibile est vt moueatur. Quia ergo in duabus extremitatibus istius motus, scilicet generationis, & corruptionis, existentis in substantia non est aliquod idem demonstratum disposi-tum per motum à principio vsque ad finem eius, et dixit ergo impossibile est vt generatio sit motus, deinde dedit causam in hoc, & dixit quoniam non ens est illud, quod generatur. idest & causa in hoc, quod generatio in substantia non est motus, est, quoniam generatum in ea est non ens simpliciter, & est ens in potentia, quando transmutatur, & exit de potentia in actum. quod non est ita in generatione accidentium. transmutatum enim in ea est in actu, licet transmutetur secundum quòd est in potentia. Et, quia dixit quod transmutatio in substantia est de non ente simpliciter, & quod est causa in hoc, quod transmutatio in ea non est motus, & generatio eius est à non ente per accidens, & generatio eius ab ente in potentia est per se, incœpit, quasi excusando se in hoc, quod dedit causam illius, quòd generatio simpliciter non est motus, quę est causa, scilicet quia est quasi transmutatio ex nõ esse, & est causa per accidens, & dixit quoniam, si illud, quod est per accidens, & c. idest diximus quod generatio simpliciter est de non ente simpliciter, et si generatum per se est de ente in potentia, & de non ente per accidens, quia dicere quòd in non ente simpliciter est generatio simpliciter est verum, licet sit per accidens. & quasi dicit & diximus quod causa ĩ hoc, quod in generatione non est motus, quia est de non ente, & ipsum esse de non ente est per accidens, & non essentialiter. & causa essentialis in hoc est dicere quod generatio non est motus, quia transmutatum in ea est de ente in potentia. Deinde dicit & similiter est de quiete. idest &, cum in generatione non erit motus, non erit in ea priuatio motus, cuius proportio ad motum in loco est sicut proportio priuationis, quæ dicitur quies in rei veritate. Et determinatio istius sermonis est. quoniam, quia omnis generatio est factio alicuius, quod ante non fuit, necesse est vt priuatio omnis generationis præcedat illam in subiecto, ex quo generetur. [b] Si igitur subiectum fuerit ens ĩ actu, tũc generatio erit motus. & ita est dispositio transmutationis in alteratione, & augmento, & translatione. Et, si subiectum fuerit in potentia, non erit illic motus, cum non sit illic motum in actu, sicut est dispositio in substantia. & dicitur generatio, & corruptio simpliciter. &, si aliæ transmutationes dicuntur generatio, & corruptio, tamen non simpliciter, sed cum determinatione. Deinde dicit & sequitur tale inopinabile, & c. idest & contingit dicentibus quòd generatio, & corruptio sunt motus, aliud impossibile. & est, quod illud, quod non est ens, est in loco. quoniam omne motum est in loco: [c] & quod non est ens, mouetur. ergo quod non est ens, est in loco. &, cum contradictoriæ huius conclusionis coniungetur vna duarum istarum propositionum vera, & est quod omne motum est in loco, cõcludetur in secunda figura quod illud, quod non est ens, non mouetur. Deinde dicit Neq; corruptio est motus. quoniam contrarium corruptionis est aut motus, aut quies, & c. idest & corruptio etiam non est motus, quia est contraria generationi, & impossibile est vt illud, quod est motus, sit contrarium ei, quod non est motus. & intendit hic per quietem, priuationem motus. Et syllogismus componitur sic. Contraria corruptioni est generatio, & quies: & quies est priuatio motus: ergo contraria corruptioni est priuatio motus. &, cum contrarium corruptionis est priuatio motus: & cõtraria sunt sub eode genere: impossibile est vt alterum istorum sit sub priuatione, & alterum sub habitu. quoniam priuatio, & habitus nõ sunt sub eodem genere. [d] & propositio dicens quòd contraria sunt in eodem genere est famosa, & verificabitur in prima Philosophia.

Albũ per se fit ex nigro, nõ autẽ ex nõ albo, nisi per accidens. vide per hoc etiam [illegible] infra in [illegible]

Priuatio nõ transmutatur, sed subiectũ priuationis. [illegible] 1. Phy. [illegible] & quæ [illegible] Idem. 8. [illegible] & [illegible] 1. Cæ [illegible] 106. & [illegible] cõ. 25.

[illegible] potẽ[illegible] moueri. Idẽ. 9. Met. [illegible] & [illegible] [illegible] cõ. 30.

Ex istis ver[illegible] tenẽ[illegible] [illegible] forma substantialis, quæ [illegible] corruptio, [illegible] Idem [illegible] Generatio [illegible] [illegible] primæ [illegible]

In non ente simpliciter g[illegible] Idẽ. Phy. [illegible]

Determi[illegible] Subiectum [illegible]

Phy. cũ cõ. Auer. n r Caput

Caput Tertium. In quot, & quibus prædicamentis reperiatur proprie Motus. Et quot modis dicatur Immobile.

QVoniam autem omnis motus mutatio quædam est, mutationes autem tres, quæ dicte sunt, harum autem eę, quæ sunt secundum generationẽ, & corruptionem, non sunt motus, hæ autem sunt, quæ secundum contradictionem fiunt, necesse est eam, quę ex subiecto est in subiectũ mutationem, motum esse solum. Subiecta autem, aut contraria sunt, aut media. etenim priuatio ponatur contrarium. & monstrantur affirmatione nudum, & albũ, & nigrum. Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & ipso agere, & pati, necesse est tres esse motus, eum, qui ꝯtitatis, & eum, q qualitatis, & eum, qui ſm locum est.

Et, quia omnis motus est transmutatio aliqua, & modi transmutationũ sunt tres prædicti, & istorum trium modorũ illud, quod est secundum generationem, & corruptionem, non est motus, in quo est cõtradictio, est necesse vt transmutatio sola, quæ est de subiecto in subiectum, sit motus. Et duo subiecta sunt aut cõtraria, aut media. quoniam nos ponemus priuationem etiam contrarium. quoniam per illam significatur sicut significatur nudum per affirmationem, vt album, & nigrum. Et, cum prædicamenta diuidantur in substantiam, & qualitatem, & vbi, & ad aliquid, & quantum, & agere, & pati, necesse est vt motus sint motus qualitatis, & motus quantitatis, & motus in loco.

9 Cum posuerit q transmutatio, aut est de subiecto in subiectum, aut de subiecto in non subiectum, aut de non subiecto in subiectum, aut de non subiecto in non subiectum, & destruxit tres modos, remansit vnus, qui est de subiecto in subiectum. Et dixit Et quia transmutationes sunt tres. & dixit tres, quia quartus modus manifestus est per se, scilicet quoniam trãsmutatio non fit de non subiecto in non subiectum. Deinde dicit & istorum trium, &c. ideſt declaratum est q duo istorum trium, quæ dicuntur generatio, & corruptio non sunt motus, ergo necesse est vt vera transmutatio fit de subiecto in subiectum. Deinde dicit in quo est contradictio, ideſt de affirmatione in negationem, & econuerſo, vt prædiximus de generatione, & corruptione. Et, cum declarauit quod vera transmutatio est illa, quæ fit de subiecto in subiectum, incepit querere species, aut genera istius transmutationis primis, & dixit transmutatio subiecti in subiectum est motus, ideſt transmutatio, quæ est de subiecto in subiectum, est alteratio subiecti in subiectum, ideſt transmutatio alicuius affirmationis in aliquam affirmationem, remanente essentia rei dispositæ illis duabus dispositionibus, verbi gratia vt aliquod corpus demonstratum mutetur de albedine in nigredinem, aut de vbi in vbi, aut de minori quantitate in maiorem. Deinde dicit Et duo subiecta sunt, aut contraria, &c. ideſt, & quia manifestum est per se quòd transmutatio est de contrario in contrarium, ergo transmutatiõ, quæ est de affirmatione in affirmationem est de affirmatione contraria in affirmationem contrariam. Et, quia duæ affirmationes, aut erunt habitus, aut altera erit habitus, & altera priuatio, dixit Ponamus nos igitur hic priuationem, & contrarium. ideſt & intelligendum est hic per contrarium illud, quod est commune duobus. Deinde dedit causam, propter quam vtitur hoc contrario large, & est, quia affirmationes contrarię diuiduntur in hæc duo, scilicet in veram contrarietatem, & in priuationem, & habitum. & iam posuit, quòd transmutatio debet esse de affirmatione opposita in affirmationem oppositam, & dixit quando- que enim significatur per illam, sicut per affirmationem. ideſt & posuimus contraria secundum habitum, & priuationem in affirmationibus oppositis. quia priuatio quandoque significatur per affirmationem, vt cum dicimus Socra. est nudus, quæ est affirmatio significans priuationem: quemadmodum, cum dicimus Soc. est niger, aut albus, est affirmatio, quæ significat habitum. & quasi dicit &, quia necesse est vt transmutatio sit de affirmatiuo oppositio in affirmatum oppositum: & affirmatio opposita est duobus modis: necesse est vt omnis transmutatio sit aut de contrario in contrarium, aut de non esse in esse, aut econuerſo. & manifestum est quòd istud non esse est aliud à non esse, ex quo est generatio. Et, quia manifestum est per se quod transmutatio, quæ est motus in re veritate, est inter opposita mediata, & non est medium in transmutatione, quæ est de priuatione in habitum, quia inter priuationem, & habitum non est medium, dimisit destruere hanc diuisionem, quia est manifesta. &, quia vera contraria mediata inueniuntur in tribus prædicamentis, necesse est vt motus sit in tribus prædicamentis. sed ipse non compleuit hanc declarationem hoc modo: & quasi dimisit perscrutationem diligenti. Deinde incepit inducere aliam viam manifestiorem, & famosiorem, in determinando genera motuum per determinationem generum prædicamentorum, in quibus inuenitur motus, & dixit Et, cum prædicamenta, &c. ideſt &, cum sit declaratum quòd motus est de subiecto contrario in subiectum contrarium, et est declaratum etiam in alia scientia quòd prædicamenta sunt decem, necesse est vt motus sit in tribus tantum, in qualitate, & est Alteratio, in quantitate, & est Augmentum, & Diminutio, & in loco, & est Translatio. quoniam in istis prædicamentis inueniuntur contraria, & media: licet lateat in loco aliquantulum. & ideo declarabitur post. [a] Et expositores quærunt hic quomodo hic ponit motum sub tribus diuersis generibus, & ipsum posuit illud genus per se, scilicet prædicamentum passionis. [b] Quidam igitur concesserunt ipsum esse sub istis generibus, & dixerunt quòd prędicamentum passionis est genus secundum consyderationem receptionis motus, non secundum consyderationem motus. & isti dicunt quod quale aliud est quiescens, & aliud motum, & similiter quantum, & locus alius est forma quiescens, & alius est forma mutata. Et quibusdam displicet hoc, & dicunt quòd quale non est genus per se, nisi secundum quòd est quiescens, & similiter locus, & quantum. cũ autem ista sunt consyderata, secundum q sunt mota, sunt opposita in seipsis, cum sunt quiescentia: & ipossibile est vt motum sit ipẽs quiescentis, & isti dixerunt ꝑsse q motus est in

Priuatio q̃que significat affirmatiue Idẽ. Met. tex. 1ᵒ.

Documẽtũ

In aũ ꝑsse cap. 8 cũ Met. & 6 Phi. tex. 40.

Cõtrarie & mediate diuidũtur in tribus prædicamentis.

Secundũ hũc, & cũ Alex.

in prædicamento passionis, & quòd Aristoteles attribuit illum istis prædicamentis, quia ista prædicamenta sunt materia motus, non quia collocatur sub eis. Et videtur q, si potentia ad vnumquodq̃ prædicamentum est in illo genere prædicamenti, quod est in actu, & similiter via de potentia ad actum, s. si potentia ad substantiam est quoquo modo in prædicamento substantiæ, & similiter via ad generationem substantiæ, & similiter potentia ad quantum, & ad alia prædicamenta, visum est quod illud esse, quod est inter potentiam, & actum in illo genere, sit sub illo genere. quoniam esse medium inter potentiam, et actum, quę sunt in illo genere, necessario est de genere actus, qui est cõplementum: sed differunt secundum magis, & minus. ire enim ad calorem est calor quoquo modo, & similiter ire ad frigus. Et secundũ hunc modum est verum dicere q motus est in genere, in quo est illud, ad quod est motus, scilicet ſm suam materiam, ſm vero q motus est forma in hac materia existimandum est quòd motus est per se prædicamentum: & secundum hoc sunt consyderatum in libro de prædicamentis. Motus igitur habet dupliciem consyderationem, quoniã ſm suam materiam est in genere eius, ad quod est motus, ſm autem formam, ideſt secundum quòd est transmutatio connecta cũ tempore, est in prædicamento passionis. Et propter famositatem istius diuisionis, scilicet quoniam omnes intentiones diuidũtur in habitus quiescentes, & mobiles, conuenunt omnes gentes in hoc, quòd posuerunt principia nominationum nomẽ, & verbũ, & posuerunt nomen cuilibet formæ quiescenti, & verbũ cuilibet formæ mobili, & posuerunt ideeli nabile ad collationẽ inter illa duo. Ponentes vero receptionem esse prædicamentũ passionis nõ bene fecerunt: qm̃ receptio est potentia ad rem: et iam diximus quod potentia ad aliquam rem est de genere illius rei.

Improbatio ſmæ solutionis.

Mot⁹, vt est via, ẽm gñe terminat ad quem. Auer. loco. Sed vt contradictio hic, et i Ph. 4. q. ibidẽ vt q̃p mot⁹, vt ẽ via, ẽm ſmito passionis, hic ꝑ dicꝑ ẽ in gñe termini, ad quem.

Improbatio ꝑmæ solutionis.

Secundum substantiam autẽ non est motus, propterea q̃ nullum est entium substantiæ contrarium. Neq; ei, quod ad aliq̃d. contingit enim, altero mutationem patiente, vere dici alterum nihil mutationis subire. quare secundum accidens motus horũ est. Neq; etiam agentis, & patientis, neq; omnis mouentis, & eius, quod mouet: quia non est ipsius motus motus, nec generationis generatio, neq; omnino mutatio mutationis.

D.d. nos enim intelligimus per hoc illam intẽtionem, in qua est motus, i. & nos descripsimus continuationẽ hac descriptione, quia, cũ diximus motũ continuũ, intelligimus cõtinuationẽ intẽtionis, in qua est mot9, rei motæ, i. qm, si motus eius fuerit in loco, cõtinuatio ei9 erit in loco: &, si in alteratione, cõtinuatio ei9 erit in alteratiõe. D.d. et hoc manifestũ est in trãsmutationib9, quæ sunt in loco, & in aliis trãsmutationib9, i. qm cõtinuatio in eis est in intentione, in qua est trasmutatio.

Cõtrarium autem sm locum est quod sm rectam distat plurimum. minima enim finita est: mensura autem finitum.

Et contrarium in loco est distantissimum in rectitudine, qm minima linea recta est finita: & finitum est paruum.

24 Cum posuit q omnis motus est de contrario in contrarium, incoepit notificare quę sunt contraria in loco, & dixit Et contrarium in loco, &c. i. & loca contraria sunt illa, inter q̃ est maxima distantia recta. & ista sunt superius & inferius simpl. & dixit in rectitudine, quia distãtia maxima, & minima non definiunt, nisi p lineã rectã, &, si nõ, posse est ponere inter qlibet duo puncta distantias infinitas arcuales diuersas. Et hoc intendebat, cũ dixit qm minima linea recta est finita, i. qm minima linea recta posita inter duas distantias est vna. & hoc intẽdebat, cum dixit finita. & , quia minima linea inducta inter duo puncta est recta, necesse est vt maxima linea in mundo, cuius vnus finis est superius simpliciter, & secundus est inferius simpliciter, definiat per rectã. qm hęc est finita, i. vna, [a] linea aũt arcuales sunt infinitæ. & ideo in eis non inuenit maxima linea, neq; minima. D.d. & finitum est paruum. & intendit per finitum, rectum, quia inter duo puncta nõ cadit, ex eo nisi vnũ tantũ. & intẽdit per paruũ, breue. i. & [b] linea recta est breuissima linea inducta iter duo pũcta opposita. & ista linea est mẽsura, cũ mẽsura sit minima.

Vide 10. meta. 13.

Distãtia maxima, & minima non defini unt, nisi p lineã rectam. De 4. phy. cõ. 5.

[a] lineę arcuales sunt infinitæ [illegible] idem [illegible] cõ. 27.

[b] [illegible] 28.

Consequenter.

Consequẽter aũt est inter quod, post principium solum, existens aut positione, aut natura, aut alio aliquo sic determinatum, nihil est eorum, quæ sunt in eodem genere, & id, ad quod cõsequẽter est: dico aũt, vt ad lineã linea, vel lineæ, aut ad vnitatẽ vnitas, vel vnitates, aut ad domum domus: aliud autem nihil prohibet esse inter. Consequenter enim ad aliquid est consequenter, & posterius aliquid est. non enim vnum consequenter est ad duo, neq; noua luna ad secundam consequenter est, sed hæc ad illa.

Et dico Sequi in illo, quod est post principiũ, aut in situ, aut forma, aut in alia intẽtione, &, cum hoc fuerit positum non erit inter illa aliquod illius generis: v.g. aut linea, aut lineæ sequantur lineam, aut vnitas, aut vnitates sequantur vnitatem, aut sequatur domus domum: & nihil prohibet vt inter hæc duo sit aliquid non illiusmodi. Sequens enim est sequens in aliquo priori, & in aliquo posteriori. non enim vnum sequitur duo, neque nox nouilunii sequitur noctem futuram, sed ista sequitur illam.

25 Et dico Sequi, &c. i. & dicitur Sequi in re, quæ est post aliam, quæ est quasi principium, aut in situ, vt cũ dicimus domum sequi aliquam domum, aut in forma specifica, verb. gra. q aial ambulans sequitur hominem. Et intendit per aliam intentionem sequens sm naturam, v. gr. quod dualitas sequitur vnitatem, & trinitas dualitatem, &, vt cũ dicimus quod in sermonibus narratio sequitur procemium. & existimatur q sub hoc collocatur sequens sm placitum: et est oppositum ei q est sm naturam. Deinde dixit &, cum hoc fuerit positum, &c. i. & est necesse vt inter hæc duo, quæ dicuntur sequi, nõ sit aliquid sui generis. i. vt inter lineas cõsequentes non sit linea, & inter domus cõsequentes nõ sit domus. & nihil prohibet vt inter illa sit aliquid alterius generis. ver. gra. quod inter domos consequentes sit aliquid, quod non est domus. D.d. Sequens enim est sequens, &c. i. Sequens enim est sequens aliquod pcedens ipsum sui generis, & ipsum est posterius ab eo. Consequentia igitur sunt illa, in quibus sunt prius, & posterius, aut in situ, aut in specie, aut in natura, & sequens est posterius, non prius. vnde nullus dicit quod vnum sequitur duo, & nox nouilunii sequatur futuram noctem, sed econtrario.

Contiguũ aũt est quod, cũ cõsequẽter est, tãgit. Qm aũt omnis mutatio in oppositis ẽ, opposita aũt sunt & cõtraria, & quę sm contradictionẽ sunt, cõtradictionis aũt nihil est medium, manifestum est q in contrariis erit id, quod est Inter. Cõtinuum autem est quidem quod contiguũ quiddam est. dico autẽ esse Continuum, cũ idẽ fiat, & vnus vtriusq; terminus, quibus tãgunt. &, vt significat nomen, contineantur. hoc autem esse non potest, si duo sint vltima.

Et Sese succedere est illud, quod est cõsequẽs, & tãgens. Et, qa oĩs transmutatio est in oppositis, & opposita sunt cõtraria, & cõtradictoria, et inter cõtradictoria nõ est mediũ, manifestum est q Inter est in cõtrariis. Continuum vero est quodammodo sese. sed dico Continuum, quando vltimũ vtriusq;, in quo tangunt se, fuerit idem, & fuerint continua, sm q significat hoc nomen, quod est impossibile si vltima fuerint duo.

26 Et Sese est illud, in quo inuenitur prius, & posterius, in quo vltima sunt insimul, qa hoc nomen sese significat consecutionem, & tactum insimul. significat igitur duo, et ideo dixit Et Sese est illud, quod est consequẽs, & tangens. qm tangentia sunt de speciebus diuersis, sese vero sunt eiusdem speciei, sicut cõsequentia. Deinde incoepit declarare vbi inuenitur inter, & dixit q Inter inuenitur in cõtrariis mediatis & propter hoc impossibile est vt motus sit in contradictoriis, aut in contrariis immediatis. & sermo ei9 in hoc manifestus est. D.d. Continuũ vero, &c. i. Continua aũt sunt sese, i. quorũ vltima adunãtur apud contactũ, & fiunt vnum, & in hoc differt continuũ a sese. D.d. sm q significat hoc nomen, i. in rebus naturalibus, & artificialibus. in naturalibus vero dicimus q continua sunt illa, quorũ vltima [illegible] vnam naturali, vt in membris cõtinuis, & in artificialibus, qm vltima eorũ fiunt vnũ p artificium [illegible] mathematicis vero dicimus continua quorum vltimum [illegible] ginatur eẽ cõe cum eis, vt pũctus, qui est [illegible]

lineis,& linea duabus superficiebus. & ista continuitio non est natura is. & hic intendimus describere continuationē naturalē. D.d.quod est impossibile, &c.t.& impossibile est vt continuatio fit duorum continuorū, quando vltima eorum non fuerint adunata.& hæc est differentia inter tele,& continua.

Hoc autem determinato, manifestum est ꝙ in rebus est cōtinuum, ex quibus vnum quid aptum natura est fieri secūdum contactum. & vt demum fit continuum vnum, sic & totum vnum erit, vt aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut intertu.

Manifestum est igitur ꝙ cōtinuatio est in rebus, quę innata sunt, vt ex eis fit vnum per cōiunctionē. & quēadmodū copulatum fit vnum qñq; similiter totum fit vnū, ver. gr. a. per applicationem,& conclauationem, & p cōtactum,& per consolidationem.

27 Cum dicit ea quę innata sunt continua, ꝙ sunt illa, quę innata sunt vt vltima eorum sint unum, dixit. Manifestum est igitur ex hac descriptione ꝙ continuatio est in rebus, quę innatę sunt vt ex eis fit vnū per coniunctionē, t. aut plagamentū, aut p applicationem, aut p cōsolidationem. illa aūt, in qb⁹ is nō inpantur hæc, non habēt cōtinuationem. D.d.ex quem admodū copulatū,&c.t.& quēadmodū copulatū fit in aliqua hora unū, s. per adiunctionē vltimorū inuicem per glutinentū, aut per aliud, similiter vltę partes cōtinuatorum vnū, qñ illis non fuerit vltimū cōmune inter ea, & ipsa simul destruuntur. Et quasi intendit dicere ꝙ eadem dubitatione trāsferuntur de separatione ad continuationem, similiter trāsfertur de continuatione ad adunationem.

Documētū.

Manifestū aūt est,& quod primum est id, quod consequenter est. quod.n. tāgit necesse est cōsequēter esse, quod aūt cōsequenter est non oē tangere. quapropter & in prioribus rōne consequenter est, vt in numeris, tactus aūt nō est. Et, si qdem cōtinuū est, necesse est tangere, si vero tangit, nondū cōtinuū est. nō.n. necesse est vnum esse ipsorū extrema, si simul tinxit. sed, si vnum sunt, necesse est simul esse. quare vltima constitio fm generationem est. necesse est enim tāgere, si constituerunt extrema: ea vero, quæ tangūt, non oia constituunt. in quibus aūt non est tactus manifestum est ꝙ neq; est constitio in his.

Manifestū est etiā ꝙ primū istorū est seq. tangens, etiā necessario sequit, sed nō oē, qd sequit, est tagēs. & ideo sequi inuenit ēt in principiis in rone, v.g. in numeris, tāgere autem no est in eis. Et quod est cōtinuū necessario tangit, et qd est tangens nōdū est cōtinuum. qñ nō est necesse vt extremitates eorū sint vnū, si fuerint simul: sed si fuerint unū, erunt infimul. vnde sequi vt adunatio sit postrema oī in eorum esse. illa enim, quorū extrema sunt adunata, necesse est vt sint se tāgētia: & tagētia no necessario sunt adunata. & illa, in qbus nō est cōtactus, manifestum est ꝙ in eis nō est cōtinuatio, neq; adunatio.

Intēdit per primū, prius naturaliter. qm̄ oē tangens est sequens, & nō oē sequēs est tangens. &, cum sequēs non fuerit, non erit tāgens. & hæc est dispositio prioris naturaliter. Et, cum narrauit ꝙ nō oē, quod sequitur, tangit, dixit & nō sequi inuenitur in principiis in rōne. & intēdit per principia in rōne, principia in definitione, s. qñ inuenitur in pluribus rebus, & in eis non inuenitur contactus, vt est dispositio in numeris. Et intendebat qñ hoc est quasi genus, & genus est primū in rōne. Et, cum declarauit ꝙ cōsequens pcedit naturaliter tangens, declarauit etiam ꝙ tangens præcedit naturaliter continuum. omne enim continuum est tangens, & non conuertitur. qñ non sequitur vt omnia tangentia adunentur fm vltima. & hoc intendebat, cum dixit qñ nō est necesse vt extremitates eorū sint vnū, si fuerint infimul, s. qñ non sequitur, si vltima eorum fuerint infimul, vt sint vnum, ita, ꝙ omne tangens sit cōtinuum. D.d. sed, si extremitates, &c.t. sed sequitur econuerso, s. qñ, si fuerint cōtinua, s. si extrema eorum fuerint vnum, necesse est ꝙ ante fuerint contacta, s. ꝙ extrema eorum fuerint infimul, s. qñ necesse est vt cōtinuum sit prius contactum, & post consecutionem, et tunc continuatur. Et, quia adunatio est, qñ vltimum cōmune, quod est inter duo continua, destruit, & hoc accidit necessario post continuationē, quem admodū continuatio accidit post cōtactum, & contactus post cōsecutionem, dixit necesse est igitur, etc. t. et, quia oē adunatū prius fuit continuū, & oe continuū prius fuit contiguū: & nō sequitur vt oē cōtiguū sit cōtinuū, nedū sit adunatū: & non sequitur similiter vt omne cōtinuū sit adunatum: & cum consecutio non fuerit, continuatio non erit: &, cum continuatio non fuerit, adunatio non erit. ergo hæc quatuor præcedunt se adinuicem secundum ordinem naturaliter.

Adunatio ē qñ vltimum cōe qđ est inter duo cōtinua, destruit, & hoc accidit necessario post continuationē, quem admodū continuatio accidit post cōtactum, & contactus post cōsecutionem

Quare, si est punctum, & vnitas, qualia dicunt separata, non possibile est vnitatem, & punctū esse idem. his.n. inest tāgere, vnitatibus aūt cōsequenter. & inter hæc qdem cōtingit esse aliquid: omnis enim linea inter puncta est: inter illas autem non est necesse: nihil enim est inter dualitatem, & vnitatem.

Sequitur igitur ex hoc ꝙ, si sint hæc puncta, & vnitas, absoluta, vt dicunt, impossibile erit vt vnitas, & punctum sint idem. quoniam punctus habet tangere, vnitates vero sequi habēt se adinuicem. & inter puncta potest ee aliquid: qm̄ oīs linea est inter duo puncta. d. translator ita cecidit in Græco. & videtur mihi ꝙ deberet dicere, ꝙ inter duo puncta est linea. vnitates vero non habent hæc necessario: quoniam inter vnitatem, & dualitatem non est aliquid.

Et, cum sequi sit, aliud à tāgere, necesse est, si fuerint puncta, & vnitas existentia per se, vt dicunt dicentes puncta esse elementa corporum, vt punctus sit aliud ab vnitate. Puncta enim possunt tangere, s. imaginari punctum tangere punctum & sic est possibile imaginari corpus componi ex eis. Vnitates vero possunt sequi, & non tangere. & hoc, quod dixit est fm opinionem eorum, qñ in Sexto de arabit ꝙ impossibile est punctum tangere punctum. Et forte intēdit per hoc, quod

29

Prima ratio inter puncta, & vnitates. Prima exemplificatio.

Secunda.

Expositio Themistij.

quod dixit, ꝙ punctus habet tangere, s. ꝙ lineæ tangūt se per punctū, & nō est ita in vnitatibus. Et similiter exponit Themistius hūc locū. & Alex. exponit hic tactum pro superpositione. D.d. & inter puncta, &c. et hæc est differētia vera inter puncta, & vnitates, s. qñ inter vnitatē & vnitatē non est aliqd, & inter punctū & punctum est linea. & ideo dicit ꝙ differentia est inter vnitatē, & punctū. licet vtrunq; sit indiuisibile. & est ꝙ vnitas non habet situm, & punctus habet: quia est in aliquo loco demonstrato lineæ, aut extremo, aut medio. D.d. ois enim linea est inter duo puncta, s. inter quælibet duo puncta est linea, fm ꝙ puncta sunt vltima lineæ. Et dixit, vt mihi videt, ꝙ inter puncta pōt ee aliqd. quia dicētes puncta esse, hōc pro possibili inter ula non esse aliqd: sed non negāt hoc esse possibile, sicut negant ipsum de vnitatibus. Et videt mihi ꝙ induxit conuersam ppositionis intentæ, s. dicētis ꝙ inter quælibet duo puncta est linea, quia nondū apparuit. & cōuersa eius est manifesta, & est ꝙ omnis linea est inter duo puncta. qñ, cum cōcedat ꝙ omnis linea est inter duo puncta, conuertetur particularis sic, ꝙ inter aliqua duo puncta est linea. & ex hi, cū concedatur ꝙ ois linea est inter duo puncta, declarabitur ꝙ inter quælibet duo puncta possibile est vt sit linea. qui, si fuerit impossibile, non erit verum dicere ꝙ ois linea est inter duo puncta. qñ, cū fuerit verum hoc, s. quod nulla duo puncta sunt, inter quæ est linea, erit vera conuersa eius, quæ est, nulla linea est inter duo puncta. qđ est falsum manifestū. & hoc est apud me illud, quod intendit Aristo. qui propter dimisit hanc propositionē, & accepit conuertam: licet translator existimet quōd hic fuit error in libro Græco. & intelligendū est hic per lineam, lineam fluitam.

Prima expō Themi.

Secunda intricata.

Quid igitur est simul, & separatim, & qd tangere, & quid inter, & quid cōsequenter, & qd contiguū, & quid continuum, & qbus vnumquodq; horum inest, dictum est.

Et iam igitur posuimus quid est esse insimul, & separatim, & tangere, & inter, & sequi, & sese, & continuum, & in quibus inuenitur vnumquodq; istorum.

Dubium.

Quoniam ex hoc, ꝙ declaratum est in descriptionibus istarum, declarabitur in quibus inueniuntur. Et quæret aliqs, qñ esse insimul est tāgere, qui omnia cōtigua sunt insimul & omnia, quæ sunt insimul in loco, sunt contigua. & similiter est dispositio in esse. Dicendum est igitur ad hoc, vt videtur, ꝙ licet esse insimul, & tangere sint idem fm subiectum, tñ sunt duo fm definitionem. qñ esse insimul opponitur ad esse solum: et tangere nō opponitur ad esse solum, sed ad esse separatum. Et in definitione eius nō apparet locus, sed in definitione eius, quod est esse insimul apparet locus. Sese autem separatur à contiguo. qñ sese est contiguum, & sequens. & sese est in potest esse corpus, & potest esse non corpus, verbi gra. motus, aut tempus. motus enim est sese ad motum, & tempus ad tēpus. sed tempus non tāgit ipse. qñ contigua necessario sunt magnitudines. [a] in natur. ahb⁹ vero est corpus, in mathematicis aūt potest esse linea, aut superficies. [b] sed omne contigauum in mathematicis est continuum.

Caput Secundum. Quotupliciter dicatur Motus unus: Et qui proprie unus, qui ue plures.

VNus aūt motus dr multipliciter. Vnū enim multipliciter dicimus. Genere igit vnus est fm figuras predicamenti. latio enim omni lationi genere vnus est. alteratio aūt à latione diuersus genere est. Specie aūt vnus est, cum genere sit vnus, et in iduidua specie sit. vt coloris quidem sunt differentiæ. Igitur alius specie denigratio, & dealbatio. omnis igitur dealbatio omni dealbationi idem fm speciem erit, & omnis denigratio denigrationi: albedini autem non amplius. quapropter specie vnus est dealbatio dealbationi omni. Si autem sunt quædam, quæ & genera simul, & species sunt, manifestum est quōd specie quodammodo vnus erit, simpliciter autem vnus specie non. vt disciplinatio, si scientia species quidem est existimationis. genus autem scientiarum.

Et Vnus motus dicitur multis modis. qñ Vnū dicit multis modis. vnus igitur in Cienere est fm figuras predicamēti. qñ, qñ trāslatio comparatur ad aliquam translationem, quæcunq; sit, erit vnum in genere. alteratio vero est alia à trāslatione in genere. & vnus in Specie est, qñ fuerit vnum in genere, deinde fuerit sub specie, quæ non diuiditur. v.g. qñ color est multis modis. Et ideo nigritica tio est alia ab albificatione in specie. & sic ois albificatio cōuenit in spē oī albificationi, & omnis nigrificatio omni nigrificationi: albificationi vero non conuenit. & ideo albificatio cum omni albificatione comparatur per illam vnum in specie. Cōuenientes igitur in genere, & specie infimul manifestum est ꝙ sunt vnus motus in specie, quōd aūtē sit fmpliciter vnus motus in specie, nō. v.g. qñ disciplina sit scientia, qñ est spēs cōsyderatiōis, & genus. s. scientiarū, v.g. Grāmaticæ, & Geometriæ, & cæterarum scientiarum.

37

In hoc capō incēpit dicere fm quot modos dicitur motus vnus. qñ hoc est vtile, & necessarium de pertractatione de motu, vtrum sit æternus, aut non. ex dixit Et Vnus motus dicit multis modis. idest, Vnus motus dicitur multipliciter, quia vnum dicitur etiam multipliciter. motus enim dicitur vnus fm Genus, & est ille, qui est vnus fm formam prędicamentorum, in quibus sunt, scilicet quia communicāt in vno prædicamento prædicamentorum, in quibus inueniuntur motus, v.g. translatio ad supernus, cum cōparatur ad trāslationem ad infernus, qui est fm genus, vnus, in quo est motus in loco, cui prædicamento vbi, & hoc intendebat, cum dixit, t. quoniā omnis translatio, qñ comparatur ad aliam translationem diuersam in forma, tunc duæ translationes inuenientur vnum in genere. D.d. alteratio vero, &c.t. & hoc manifestum est, quoniam prædicamenti alterationis, s. qualitatis, aliud est à prædicamento translationis, quod est vbi. D.d. & vnus in Specie, &c.t. & ex dicitur vnus motus secundo modo, s. fm [illegible] vnus motus in specie est, qui duo motus [illegible] vnus in genere, & vnus in vltima specie, [illegible] uiditur in alias species. Deide dicit verbi gra [illegible]

Cū, pp quā qdā mot fit diuersi ſpē, & qdā cōuenientes ſm ſpē, ē diuersitas eius, ad qd ē motus in ſpē, aut cōuenientia eius in ſpē. cōfer infra. t.c. 35.

causa, propter quā qdam motus sunt diuersi ſm ſpēm, & qdam conuenientes ſm ſpēm, est diuersitas eius, ad quod est motus in specie, aut cōuenientia eius in specie. v.g. quia colores, qui sunt fines motuū, qui sunt in coloribus, sunt multi modi, ideo motus, qui sunt in coloribus diuersis in specie, sunt diuersi in specie, & qui sunt in conuenientibus in specie, sunt conuenientes in specie. ver. gra. quoniam nigrificatio, quia est ire ad nigredinem, & albificatio est ire ad albedinem, & nigredo differt ab albedine in specie, ideo nigrificatio, quæ est motus ad nigredinē, differt ab albificatione in specie, quæ est motus ad albedinem. &, quia hæc albedo conuenit in specie cum hac alia albedine demonstrata, ideo hæc albificatio conuenit cum hac albificatione in specie. D.d. albificationi vero non conuenit, ideſt motus vero, qui est in albedine, non conuenit in specie ei, qui est in nigredine: cum nigredo differat ab albedine in specie. D.d. Conuenientes igitur, &c. i. manifestū est igitur quòd, cum diximus quòd omnis motus conueniens in specie est conueniens in genere, non sequitur vt omnis motus conueniens in genere, & specie, s. vnus in genere, & specie, fit vnus motus in specie simpliciter. qm̄ quædā species sunt, quæ sunt genera. D.d. ver. gra. &, cum disciplina fuerit scientia, &c. ideſt & vnus motus in genere, & specie non est vnus in specie simpliciter, scilicet ꝙ scientia ad disciplinam est species cōprehensionis, cum comprehensio quædam est disciplina, ideſt ex disciplina, et quædam non ex disciplina. et, cum hoc, quòd dixit species est genus plurium scientiarum disciplinatarum.

Cōprehēſio q̄dā est ex disciplina, & q̄dam sine disciplina.

Dubitabit autē aliquis, ſi vnus specie motus ſit, cū ex eodem idem in idem mutetur. vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum, atque iterum. Si autem hoc est, erit circūlatio rectæ lationi eadem, & voluntio ambulationi.

Et est hic locus quæstionis, s. quādo idem transfertur de vno loco ad alium, v.g. quando idem punctus transfertur de hoc loco in hunc locum vna vice post aliam, vtrum ille motus est vnus ī specie. Qm̄, si ita fuerit, tūc motus circularis conueniet motui recto, & tunc voluntio conueniet ambulationi.

32 Cum posuit ꝙ motus, qui sunt vnus in specie, sunt illi, in quibus illud, ad quod motū mouetur, est, idem in specie, & non existimatur ꝙ isti motus sunt conuenientes ſm speciem, sed motus, qui mouetur de eodem in idem, sed in temporibus diuersis, induxit quæstionē super hoc, & dixit Et est hic locus quæstionis. ideſt & quæritur quando aliquid idem transfertur de eodem loco in eundem locum multotiēs, verbi gratia de puncto. B. ad punctum. C. vtrum isti motus numerentur in illis, qui sunt idem specie, aut non. qm̄, ſi ponatur ꝙ motus, qui fuerint de vno puncto ad vnū punctū, sunt conuenientes in specie, & est possibile vt motum moueatur de eodem puncto ad idem punctum motu recto, & motu circulari, contingit ex hoc, vt motus circularis, & rectus sint idem specie. quod est impossibile. &, ſi ponatur ꝙ sint idem numero, continget vt tps eorū sit idem numero. quod est impossibile. Et, cum induxit quæstionem, incēpit dissoluere illam.

Circulare a recto alterū specie.

An determinatum est, ſi id, in quo est, alterum est specie, ꝙ diuersus motus est: circulare autem à recto alterum specie. genere igit, & specie motus vnus sic est.

Ad hoc igitur dicamus, quoniam iam determinauimus ꝙ illud, in quo est motus, cū fuerit aliud in specie, motus erit alius in specie: & circulare est etiam aliud specie à recto. secundum hoc igitur dicitur quòd motus est vnus in genere, & specie.

33 Quia motus recti diuersantur ſm illud ex quo, & ad quod, & in motu circulari non est ex quo, & ad quod, & est dictum in definitione motus, qui est idem in specie, ꝙ est ille in quo, illud ex quo, & illud, ad quod, sunt idem specie, in numero plura ſm idem tēpus, v.g. motus, qui est ex eodem puncto ad idem pūctum, aut plures motus cadentes inter duo puncta in temporibus diuersis, accidet quæstio prędicta. qm̄ possibile est vt inter duo puncta demonstrata sit motus circularis, & rectus. & similiter possibile est vt inter duo loca conuenientia alijs duobus locis cadant duo motus, vnus rectus, & alius circularis. & sic accidit quæstio. Cum igitur in definitione dicatur loco eius, quod est, ad qđ, & ex quo, illud, quod est, in quo est motus, s. quòd idē motus in specie est ille, in quo illud, in quo est motus, est idem in specie, dissoluetur quæstio. qm̄ duo motus, qui sunt ex eodem loco ad eundem locum, quorum vnus est rectus, & alius circularis, nō erunt in eodem, s. per idem. quoniam rectus erit per lineam rectam, & circularis per rotundam: & circulare est aliud à recto in specie. Et ideo dixit Dicamus igitur, quoniam iam determinauimus quòd illud, in quo est motus, cū fuerit aliud in specie, motus erit alius in specie. D.d. & circulare est aliud à recto specie. ideſt. & isti definitioni eiusdem motus in specie non contingit q̄stio. qm̄ illud, in quo est motus rectus, est aliud ab illo, in quo est circularis, econtrario primæ definitioni.

Quæſtionis ſolutio.

Simpliciter autē vnus motus est, qui substantia vnus, et numero eſt. Quis autem huiusmodi sit manifestum erit diuidentibus. Tria enim sunt numero, circa quæ dicimus motum vnū, quod, & in quo, & quādo. Dico autem quod, quoniam necesse est esse aliquid, quod mouetur, vt hominem, aut aurum. & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in passione. & qm̄: in tpe. n. oē mouetur.

Tria ſit. circa quæ ſt motus nec tum vnum.

In tpe oē mouetur.

Et dicitur ꝙ motus est vnus simpliciter, cum fuerit vnus in se, & in numero. Et declaratur quis motus est iste motus ſm diuisionem. Illa enim, in quibus dicitur motus, sunt tria, res, & quo est, & quando. Et intētio eius est. quoniā necesse est vt sit hic aliquod motum. v.g. homo, aut aurū. & vt motus istius rei sit in aliquo, ver.g. in loco, aut in passione. & ut sit quando: quoniam omne, quod mouetur, mouetur in tempore.

34 Cum declarauit quid est idem motus genere, & specie, incepit declarare quid est idem motus simpliciter, & dixit cum fuerit idem in se, ideſt in sua substantia, & dixit & in numero. quoniam motus, qui est idem in substantia, alius est genere, & alius specie, & alius numero. & innuit quòd diuisio, qua vtus est in motu, est diuisio in substantia eius. quoniam [a] illud, quod significat hoc nomen vnum, & essentia, & quiditas in istis rebus,

a Illud, qđ ſi gnificat hoc no. nē vnū, et essentia, & qđitas in istis rebꝰ, ſ. de diuisu.

Mot⁹ cōſtituit ex tribꝰ ſ. re mota, illo, in q̄ motus, & ſpe. ſi oppoſitū. d. iuſp. cō. 3. ubi dixit q̄ motus nō cōſtituit ex tpe, qui ps est de accīb⁹ motus, cū vide cōſiter ſimas tunc t. 8. ph. t. 64.

rebus, est idē. D. dixit Et declaratur, &c. i. & ſm diuisionem motus in motus, qui conueniunt, & differunt in rebus tribus, ex quibus constituitur motus, declaratur quid est motus vnus in numero. Et, cum narrauit ꝙ ex ista via potest declarari quid est vnus motus in numero, incēpit declarare hoc, & dixit Illa enim, in quibus est motus, &c. ideſt illa enim, ex quibus cōstituitur motus, sunt tria, res mota, & res, in qua est motus. v.g. vbi in translatione, quod est genus, in quo est motus, & hoc intendebat, cum dixit & res, in qua est. & intēdit per qm̄, tempus. qm̄ ex tribus fit motus. Et, cum numerauit ista tria, ex quibus cōstituitur motus, dixit Et intentio eius est, &c. t. & hoc est ita. qm̄ manifestum est per se quòd necesse est vt in omni motu sit aliquod motum, verbi gra. homo, & frustum auri, & vt motus sit in aliquo, verbi gratia in loco, aut qualitate. & intēdit per illud, in quo est motus, materiam motus, in qua est motus, sicut formam. & hoc manifestū est ꝙ non mouetur. & hoc distinctum est apud perscrutationem eius, quod est vtrum motus habeat motum. D.d. & vt sit qm̄. i. in tempore. & hoc declarabitur in Sexto. & existimatur ꝙ aliquantulum ex eo declaratū est in sermone de tempore.

Qꝛ reſpuan t. ad vnita tem ſimpli.

Horum autem genere quidem, aut specie esse vnum est in re, in qua mouetur. contiguum autem erat in tempore. Simpliciter autē vnum esse in omnibus his est. Etenim in quo est, vnum oportet cē, & indiuisibile, vt formā. Et rursus ipsum quando, vt tempus vnum, & non intermittere. Et quod mouetur vnum esse, non ſm accidens, vt album nigrescere, & Coriscum ambulare. vnum autem est, & Coriscus, et albū, sed ſm accidens. Neqꝫ cōmune. erit enī simul duos homines sanari ſm eādem sanationē, vt lippitudinis. sed non vnus hic est, sed specie vnus est.

Et motum esse unum in genere, aut specie est ex istis rebus, in quibus est motus. & sequitur hoc vt sit in tempore. Ipsum autem esse eundem simpliciter est in omnibus istis. Illud enim, in quo est motus, debet esse vnū scilicet induiduum demōstratum, verbi gratia in specie. Et quando, verbi gra. quoniam tēpus debet esse vnum sine defectu. Et motum debet esse vnum, nō per accidens, verbi gratia vt albus niger fiat, & Socra. ambulat. & albus, & Socra. sunt idem, sed per accidens. Neque commune. quoniā possibile ē vt hō sanet vna sanitate ab ophthalmia oculi. sed iste motus nō est vnus, nisi in specie.

35 Cum declarauit quid est motus vnus in genere, & in specie, & declarauit quòd vnus motus simpliciter sequitur per diuisionem eius in illa, ex quibus fit motus, & notificauit illa esse tria, incēpit declarare quando motus erit vnus in genere, & in specie, & in numero secundū ista, & dixit Et motum esse vnum in genere, & specie, &c. ideſt & motus erit vnum in genere, aut in specie, ſm illud, in quo est motus, & motum. [a] Et dimisit diuisionē, quam innuit in motu, quia tam est declarata, quoniam antequā inciperet ad declarandum istos motus ſm conuenientiam, & diuersitatem eorū in istis rebus, deberet incipe à diuisione, dicendo quòd omnis motus, aut non conuenit in aliquo istorum, aut conuenit in quibusdam, aut in omnibus. deinde cōuenientes, aut sunt cōuenientes in genere, aut secundum speciem, aut ſm numerum. sed, quia hoc intelligitur ex hoc, quod dixit, et est manifestū per se, incēpit determinare species eius, & numerare diuisiones vtiles ad sciendum, ſm quot modos dicitur vnus motus, & dixit Et motum esse vnum in genere, &c. ideſt & motus est vnꝰ in genere, aut in specie, ſm illud, in quo est motus, scilicet in natura, in qua est motus. quoniam, ſi illa natura fuerit vna ſm genus, verbi gratia qualitas, aut vbi, motus non erit vnus secundum genus. &, ſi illa natura fuerit vna ſm speciē, motus erit vnus ſm speciē. verbi gratia vt duo motus sint albificatio, & nigrificatio, aut translatio. Et, quia huiusmodi motus, scilicet vnus in genere, aut vnus in specie, nō est necesse vt sit vnus ſm tempus, dixit et sequitur tempus hoc, ideſt, et accidit huiusmodi motibus vt sint i tēpore, aut vno, aut pluribus vno. s. quòd nō est necesse in esse eiusmodi motus in genere, aut in specie, ſm quòd est vnus in eis, vt sint in vno tempore: sed hoc sequitur, & accidit naturæ motus, ſm quòd est motus, scilicet vt sit in tempore, non quòd sit motus, qui dicē per tempus. Et, cum declarauit dispositionem essentialem, qua motus est vnus in genere, aut in specie ab accidentali, ideſt à dispositione accidētali, incēpit declarare illa, quæ sunt necessaria in esse eiusdem motus simplr, qui est vnus ſm numerum, & dixit Ipsum autem esse vnum simpliciter, &c. ideſt motum autem esse vnum simpliciter est, vt sit vnus simpliciter in omnibus istis tribus, scilicet vt sit vnus motus numero in moto, & in eo, in quo est motus, & in tempore. [a] Deinde incēpit declarare hoc, & incēpit ab illo, in quo est motus, & dixit Illud enim, in quo est motus, &c. & hoc est ita. quia, ſi motus est vnus numero, necesse est vt illa natura, in qua est motus, sit vna numero, scilicet individuum demōstratum speciei illius naturæ. & hoc intendebat, cū dixit. v.g. in specie. i. v.g. aliquod individuum individuorum speciei illius, in qua est motus. Et, cum narrauit quòd est necesse in vno motu secūdū numerum, vt illud, in quo est motus, s. materia motus, sit vnū numero, incēpit declarare etiam quòd necesse est, quòd tempus sit vnū numero, et dixit Et quando, &c. ideſt etiam necesse est vt tempus motus sit vnum numero sine defectu, ideſt quòd inter ipsum nō cadat quies, sed erit continuus. quoniam tunc non esset vnus motus, quia tēpus eius non esset vnum. [b] qm̄ illud, in quo est motus, licet sit vnū numero, similiter res mota, ſi moueatur in temporibus diuersis, tunc motus eius non erit vnus in numero. Deinde induxit tertium necessarium, & est quod res mota debet esse vna numero, & hoc essentialiter, non accidentaliter, & dixit Et motū debet esse vnū, non per accidens, &c. t. & in hoc, ꝙ motus sit vnus in numero, necesse est quòd res mota sit vna in numero, non per accidens. quoniam, ſi fuerit vna per accidens, tunc erit possibile vt moueat in duobus motibus insimul in eodem tēpore. verbi gratia quoniam albus, & Socrates sunt idem per accidēs, quando accidit quòd Socra. sit albus, & ideo possibile est hoc vnum per accidens moueri duobus motibus insimul. vt niger fiat, ſm quòd est albus, & ambulet, ſm quod est Socra. Deinde dixit Neque commune. intendit illud, in quo est motus, quoniam commune aut qđ necesse est, vt illud, in quo est motus, sit tempus, sunt vnum in numero. vnde dicit esse tempus esse vnum numero nō adhuc in hoc, quod dixit

a Illud, qđ ſi gnificat hoc no. nē vnū, et essentia, & qđitas in istis rebꝰ, ſ. de diuisu.

b Nō ſemꝑ mobile mouetur motu vno numero, quia nō ſemꝑ mouetur motu continuo, & vno numero. Aduerte tex. & com.

sit vnus numero, cum illud, in quo est motus, fuerit cõmune, non vnum numero. & quasi dicit, & impossibile est, si illud, in quo est motus, fuerit cõmune, vt motus sit vnus numero, licet tempus sit vnũ numero. qm̃ possibile est vt duo homines infimul sanentur ex vna infirmitate in specie in vno tempore, tamẽ sanatio eorum nõ erit vna in numero, sed in specie, s. motus, quo mouentur, licet tempus sit idem.

Socratem autem ſm eandem quidem alterationem alterari specie, in alio autem tempore, & iterum in alio, si quidem contingit corruptum iterum vnum heri numero, erit & hic vnus. si vero nõ, idem quidem erit, vnus autem non.

Si autem Socr. alteratur eadẽ alteratione in specie, sed hoc in aliquo tempore, deinde iterum in alio tempore. sed, si possibile est vt illud, quod iam corruptum est, reuertatur, & fiat vnum in numero, tunc motus possibile est, vt sit etiã vnus. &, si illud fuerit impossibile, motus erit ille idem, sed non vnus.

36 Pisa expõ. Hæc est quæstio, circa hoc, quod dictum est, ꝙ in hoc, ꝙ motus sit vnus numero, necesse est vt tempus sit vnum numero. qm̃ potest aliquis dicere ꝙ, cum idẽ motum mouetur eodem motu in specie vna vice post alteram, t. pluries. verbi gra. vt modo moueatur, deinde quiescat, & inde reuertat ad illum motum, quo mouebatur prius, quontã ille motus secundus, & primus sunt vnus in numero, eõdem modo in generatione ꝙ, cum idem individuum corrumpitur, deinde reuertitur, sunt vnum in numero. Et ideo dixit Si autem Socra. &c. ideſt sed, cum posuerimus quod Socra. mouetur in aliquo vno iterum post primam vicem, v. g. alteratur iterum post, aliud autem transfertur, tũc, si corruptum, quando reuertitur, est vnum in numero motus, Socra. qui reuertitur, post quam quies interuenit, est vnus. &, si aliud non fuerit, hoc non erit. & hoc intẽdebat, cum dixit, si igitur possibile est, &c. ideſt motus Socr. qui fuit modo, & post reuertitur, possibile est, vt sit vnus. & ideo dixit post si igitur illud fuerit impossibile, &c. hoc igitur est vnum eorum, quæ possunt intelligi ex hac quæstione. Et forte intendit per hanc quæstionem venire ad quæstionem de motu cõtinuo, quomodo motus est continuus cũ hoc, ꝙ in omni motu quædam pars corrumpitur, & quædam generatur, & cum corruptum non reuertitur, non est hic vnus motus in numero. & ſm hanc expositionem, cum dixit tunc motus possibile est, vt sit et vnus, intendit, si igitur est possibile vt illud, quod est corruptum reuertatur, & fiat vnum in numero, possibile erit vt sit hic vnus motus in numero: &, si illud fuerit impossibile, non erit hic vnus motus in numero: sed impossibile est vt generatum, & corruptum sint idem numero: ergo impossibile est vt vnus motus sit in numero: licet sit vnus subiecti numero, & in eodem, & continuus. & hoc erit finis huius quæstionis. Si autem cõcederemus quod aliud, quod generat̃, post corruptionem est vnũ numero, non sequitur vt motus cõtinuus sit vnus motus tm̃, ideſt licet motus, inter quos est quies, cum subiectum eorum fuerit vnum numero, & illud, in quo est motus fuerit etiam vnum numero. Et videtur, si ista quæstio intelligatur de motu continuo, ꝙ differentia inter partes motus continui, & motus, qui reuertitur iterum post aliud, sit hæc, s. quod generatum, & corruptum in istis motibus, vtrũq; distinguitur à reliquo per quietem interiacentem, in motu vero continuo generatum non distinguitur à corrupto, neq; demonstratur, sed est vnũ numero. possibile est igitur dicere ſm hoc ꝙ motus cõtinuus est unus numero, sed modo magis diminuto, ꝙ modo, quo dicimus in re quiescente, ipsam esse vnã ſm numerũ. &, si intendit per hunc sermonem dubitare de motu, qui est iterum post primũ, dissolutio est manifesta, cum fuerit concessum ꝙ generatũ, & corruptum nõ sunt idẽ in numero. et hoc manifestũ est per se. & illud, qđ dixit post, signãt ꝙ non intẽdit, nisi quærere de motu cõtinuo, quasi dicat, si igitur posuerimus ꝙ Soc. transferi iterũ post primũ, si fuerit possibile, ut illud, quod est corruptũ, reuertatur, & fiat vnum in numero, tũc motus iteratus põt esse vnus in numero, nedum continuus. & sic est intelligendus iste locus. & sic nõ accidet q̃stio valoris in hoc, ꝙ, cum aliquid fuerit corruptum, & post reuertatur nõ est idem in numero. Et quia ita est, dixit. Si aũt Soc. &c. i. sed, cum posuerimus ꝙ Socr. mouet̃ in aliquo vno iterum post aliud, v. g. ꝙ alteret, aut transferatur iterum post aliud, tunc, s. illud, quod iam est corruptum, reuertatur, & fiat idem in numero, motus Socra. qui heri fuit, reuertet̃ idem. quod est impossibile. Et forte ista expositio est difficilior. & manifestius est ex verbis eius hoc, quod ipse intendit declarare, ꝙ necesse est in hoc, ꝙ vnus motus sit ꝙ tempus sit vnũ, sed fecit qõnẽ de cõtinuo, aut forte intẽdit vtrunq; qm̃ ex illis, quæ dicit post, apparet ꝙ ipse fecit quæstionem de continuo: quoniam duæ quæstiones sunt similes.

Habet autem dubitationem huic similẽ, et vtrum vna sanitas, & omnino habitus, & passiones substantia sint in cõporibus. moueri nãq; videntur habentia, & fluere. Si igit̃ eadem, & vna sit mane, & nunc sanitas, cur nõ etiam, cum intermissam acceperit iterũ sanitatem, & hæc, & illa vna numero erit?

Et est etiã quæstio similis ista, si vtrũ sanitas est eadẽ, & vsr vtrũ formę, & passiones sunt in corporibus in suis subst̃atijs. qm̃ nos inuenimus illud, quod habent ex hoc in eis, dum mouentur, & fluunt. Si igit̃ sanitas, quæ fuit in mane, & quæ est nũc, est eadẽ, quare sanitas, quæ fuit, & destruitur, et post reuertitur, illa, & ista non sunt eadem in numero?

Quia quæstio prędicta fundatur super hoc, s. vtrum 37
generatum, postq̃ corrumpitur, sit idem in numero cũ corrupto, & fuit positum ꝙ, si fuerit idem in numero, continget vt motus, qui fuit Soc. hodie, & qui fuit heri, sint idem in numero, &, si posuerimus ꝙ est aliud, continget vt non sit vnus motus in numero, incœpit dicere quod talis quæstio accidit in formis quiescentibus, quia sunt in trãsmutato, & dixit Et est q̃stio, &c. ideſt & est quæstio similis q̃ntˀ dictæ de motu vno in numero, & de formis, & vsr de passionibus, quæ sunt in corporibus, quæ sunt in suis subst̃atijs, vtrũ sint eædem, dum corpus fuerit idem, aut non sunt eadẽ, si corpus deterens nõ fuerit idẽ, s. multiplicatæ ſm multiplicationem corporũ, aut qũo est. nos enim videmus hãc formam existentẽ in corporibus, & corpus mouer. t. transmutari, & fluere semper. vnde necesse est, vt ita sit in formis, quæ sunt in istis corporibus, cum sint in substantia corporũ trãsmutabilium. si igit̃ sanitas, quæ fuit

fuit hodie Socr. & quæ fuit heri sit eadem in numero, necesse est vt sanitas eius quæ est, deinde destruit̃, deinde reuertatur, sit eadem in numero. &, si hoc est inoportunabile, necesse est vt non sit hic eadem forma in numero. D. d. vtrum sanitas est eadẽ. t. in numero, s. quæ fuit heri in Socr. & quæ est hodie. D. d. & vlr, &c. t. & hęc persecutatio vlr fundatur super hoc, s. vtrum formę, et passiones existãt in substãtia corporũ. qm̃, si ita fuerit, necesse est vt illud, quod inuenitur in corporibus motis, & fluentibus, moueatur, & fluat. vnde sequitur vt formæ moueantur, & fluant. &, si formæ fluunt, & sunt eædem in numero, necesse est vt forma, quæ fuit heri, deinde reuertitur hodie, postquam corrumpitur, sit eadem in numero. & hoc contingit in eodem motu, quoniam dictum est ꝙ necesse est ut subiectum eius sit idem numero. si igitur non est hæc eadem forma in numero, ergo neq; idem motus numero.

Eadem enim ratio erit. verum tãtum interest, quòd, si duo idem hoc sunt, sicut numero vnus, & habitus esse necesse est. vnus enim numero actus vnius numero est. Si vero habitus vnus est, fortassis alicui non videbitur vnus & actus esse. cũ enim cessauerit ambulãs, non amplius est ambulatio: rursus autem ambulante erit. Si igitur vnus, & idẽ est, continget vnum, & idem & corrumpi, et esse sæpe. Hæ igitur dubitationes extra præsentem sunt consyderationem.

Quoniam eadem ratio est in hoc, præter hoc, s. in quo differunt. quoniam duæ actiones, & si sint duæ ex illo eodẽ, necesse est vt formæ etiam sint, sicut illæ duæ in numero. quoniam eadem actio in numero est eiusdẽ in numero. Et, si forma fuerit eadẽ, dignius est vt nullus existimet ꝙ actio etiam sit eadem. quoniam homo, cum cessauerit ab ambulare, non erit tunc illud apud ipsum ambulatio: &, cum reuertitur, & ambulat, tunc erit ambulatio. Si igitur ambulatio est eadẽ, possibile est vt idem corrumpatur, & generetur multotiẽs. Sed istæ q̃stiones sunt extrinsecæ ab hac persecutione.

38 Differentia inter qõnes. Probõ eius. Cum narrauit ꝙ in hoc, ꝙ formæ etiam sunt eędem in numero, accidit qõ similis ei, quæ accidit ex hoc in eisdem motibus in numero, & dedit similitudinem inter ista, incœpit dare differentiam, & dixit Quoniã eadem ratio est, &c. ideſt in hoc, quod contingit in formis, & in ipsis motibus. Qm̃, si forma iterata est eadẽ motus, qui est hmõi, est idẽ. &, si forma, quę est hmõi, est plus vna, motus, qui est hmõi, erunt plures vno. & sibi ecõtrario. &, si forma, quæ habet continuũ eẽ, fuerit vna, cũ hoc, ꝙ suũ subiectũ est semper in transmutatione, ita motus cõtinuus in esse erit vnus in numero, cũ hoc, ꝙ suũ subiectũ demõstratũ est trãsmutatũ. &, si ille, q est hmõi, fuerit plusq̃ vnus, forẽ, q̃ sunt hmõi, erũt plures. Quia igit̃ iter motus, & formas est ista sibi tudo manifesta, non est differentia inter motus, & formas in qõnibus accidentibus in eis, præterq̃ in hoc, quòd adunatio in motibus, & formis non est in rebus consequentibus. Quoniã, cum actio, s. motus fuerit eadem, sequitur vt formę subiectæ illius actionis sint eędem. & similiter forma agens illam. Et, cum forma fuerit eadem, non sequitur vt motus sit idem. qm̃, cũ Soc. ambulat hodie, & ambulauit heri, subiectum est idẽ, & motus sunt plures. & similiter ab eadem forma inueniuntur plures actiones in tẽporibus diuersis. Sagitatur diceret præterq̃ in hoc, quòd differunt. qm̃ actio, cũ fuerit vna forma, erit vna, cũ vero forma fuerit vna, non sequitur vt actio sit vna, tunc sermo esset manifestus per se. sed dixit, præterq̃, &c. Et iste sermo, vt apparet, non est verus. qm̃ non sequitur, cum actiones fuerint plures in numero, vt formæ subiectę illiº actionis sint plures in numero, neq; formæ agentes, neque sequitur ad hoc, ꝙ, si eadem actio in numero, puenit ab eadem forma, aut est in eadem forma, quòd necesse est vt plures actiones inueniantur, aut à pluribus formis, aut in pluribus formis. nisi esset verum ꝙ posset conuerti consecutio à destructione antecedentis. Sed ista differentia videtur differẽtia inter hoc, ꝙ accidit in primo aspectu. existimatur enim quòd, cum vnus motus in numero fuerit vnius subiecti numero, ꝙ sequitur ꝙ plures motus sunt plurium subiectorũ. existimatur tamen ꝙ nõ ex eadem forma, aut in eadem forma est eadem actio. Et sic iste sermo habet duas differentias. differentiam, s. ſm hoc, ꝙ accidit in primo aspectu. & differentiam ſm ipsam rem. & iõ dixit dignius est igit̃ vt nullus, &c. t. & differentia inter illa est. qm̃, cum actiones fuerint plures, existimatur ꝙ necesse est vt formæ sint plures. quia existimat, cũ eadẽ actio fuerit ab eadẽ forma, ꝙ sequitur plures actiones esse à pluribus formis. & nullus existimat ꝙ, cum forma fuerit eadem, ꝙ necesse est vt actio, quæ prouenit ex ea, aut quæ est in ea, sit eadem. iste enim homo demonstratus, qm̃ cessat ab ambulatione, non puenit ex eo ambulatio & qm̃ reuertitur ad ambulationem, tunc prouenit secunda ambulatio. Et forte intendit, sed est differentia inter hoc, ꝙ sequitur ex hoc ſm similitudinem, et ſm ipsam rem. qm̃ ex similitudine, quæ est inter motus, & formas, sequitur ꝙ, cum posuerimus plures motus esse, sequitur plures formas esse. sed non est necesse. qm̃ idem motus est eiusdem formæ: & ex eadẽ forma non est idem motus. Et forte intendit per duas actiones, duas passiones. qm̃, cum passiones fuerint duæ, sequitur vt formę sint duæ. quod non sequitur in actione. & quasi intendit dare differentiam in hoc inter actionem, & passionem. & super hãc expositionem est sustinendum. Et, cum scripseram hoc, nondũ mihi occurrerã librum Alex. in hoc capitulo, & post multum ipsum dicere ppinquum huic. dicit enim ꝙ actio dicta in hoc loco dicta est equiuoce. & ꝙ Arist. intendebat p actionem, cũ dixit qm̃ actiones, si fuerint duę, &c. t. subiectũ actiõis, & quasi d. ꝙ, si subiectũ actionis fuerit duo, sequi ꝙ formæ sint duæ. D. declarauit hoc, & dixit qm̃ eadem actio in numero est eiusdem in numero. & hoc est ita. qm̃ vnum subiectũ in numero est unius formæ. Et dedit rõnem super hãc expõnẽ, & dicit de hoc, ꝙ inuenti in qbusdã libris loco istius sic, sed differunt. qm̃, si fuerint duæ in numero, necesse est vt formæ sint sic. & non dixit a tionem. Deinde reuertus est ad primam quæstionem, & dixit Si igitur ambulatio, &c. t. si igitur ambulatio Socr. heri, & ambulatio hodie est eadem, possibile est vt aliqd idem generetur, & corrumpatur multotiens, & dicatur ipsum esse idem, quod est valde inopinabile. Et, qa quæstio dicens quomodo formæ sunt eædem, & corpora sunt semper in transmutatione, non est huius scięt̃iæ, aut huius loci, dixit Sed istæ quæstiones, &c. ideſt, & propter hanc quæstionẽ dixerunt qdam Antiqui ꝙ non est hęc scięt̃ia necessaria, & ꝙ omnia sunt in transmutatione, & est sermo sophisticus. vnde Loquentes in lege Mahumeti dicunt quod accidentia

non remanent per duo tempora: & intendũt ꝙ omnia sunt mota præter substantiam.

Motus oīs continuus.

Quoniam autem continuus omnis motus est, & simpliciter quidem vnum, & continuũ esse necesse est, si omnis † quidem diuisibilis est. ❴ &, si continuus, vnus. nõ enim fiet omnis continuus omni, sicut neq; aliud vllum cuius quoduis, sed quorum vnum sunt vltima. vltima autem aliquorum quidem non sunt, aliquorum autem sunt, sed specie differentia, & æquiuoca. quomodo nanque tanget, aut vnum fiet vltimum lineæ, & ambulationis?

† a.l. quidē & diuisibilis ē.

Et, quia oīs motus est cõtinuus, ideo motus, qui est simpl'r vnus, debet esse cõtinuus, cum oīs motus est diuisibilis. &, si motus fuerit continuus, erit vnus. qm̃ non oīs motus est cõtinuus cũ omni motu, quẽadmodum in alijs nõ quilibet continuatur cũ quolibet, sed illa, quorũ vltima sunt vnum. et quædam nõ hñt vltima, & quædã habẽt, sed in forma sunt æquoca. qm̃ impoſe est vt vltimũ lineæ tangat vltimũ ambulationis, & fiant vnũ.

39 Cum declarauit ꝙ vnus motus in numero est motus, qui est in eodem in numero, et in eodem in tẽpore, & induxit quæstiones super hoc, incœpit dare rõnem, propter quam necesse est in hoc, ꝙ motus sit unus in numero. ut tẽpus sit vnum, & subiectum sit vnum. & est, quia est cõtinuus. Et dixit Et, quia oīs motus, &c. idest, & quia omnis motus est continuus, quia omnis motus est diuisibilis, necesse est vt vnus motus in numero sit cõtinuus. Et, cum declarauit ꝙ omnes motus sunt de natura continui, dicit et, si fuerit motus continuus, &c.t. Igitur motus, qui est vnius subie-ti numero, & in eadem re numero habuit partes cotinuas, tunc erit vnus. &, si partes eius nõ fuerint cõtinuæ, nõ erit vnus. et causa in hoc, p̃quam motus sunt, qui non sunt continui, est, qm̃ non omnis motus põt continuari. cum quolibet motu, quemadmodũ impossibile est in rebus, quæ sunt de speciebus continui, continuari ita, ꝙ quodlibet cõtinuetur cum quolibet. qm̃, si ita esset, tunc omnia essent cõtinua: sed continua sunt illa, quorum vltima pñt esse vnũ. & hoc intendebat, cum dixit quemadmodum in alijs, &c.t. impossibile est vt quilibet motus cõtinuet cũ quolibet motu, sicut est impossibile quodlibet cõtinuari cũ quolibet. Deinde iduxit determinationẽ, per quam res fiunt cõtinuæ, & dixit sed [illegible] quorũ vltima sunt vnum. t. entia cõtinua sunt illa, q̃ rũ vltima pñt esse unũ. sed in corporibus naturalibus [illegible] cõtinuatio fit, qm̃ duo vltima fuerint vnum, absq; [illegible] vltimum cõe, quod est vnum, corrumpat. & hñt [illegible] continuatio in magnitudinibus mathematicis. debent intelligi cum ꝙ sunt illa, quæ pñt recipere vltimum cõe & simul res videtur esse in motibus. & sic, cum dixit sed in quorũ vltima sunt vnũ, intendit aut in imaginatione. & hoc est in motibus, & in tpe, & in magnitudinibus, qm̃ ista scientia cõsyderat ẽt de istis quodãmodo, aut in esse. & est hoc in corporibus naturalibus continuis, licet sit dispositio in mẽbris aĩalium consolidatis. D. dedit causam, pp quam q̃dam entia recipiũt cõtinuationẽ, & quædam non, & dixit & quædã non habent vltima, &c.t. & , cum continua sunt illa, quorũ vltima sunt vnũ, vt ꝙ cã in hoc, ꝙ non oīa sunt continua, est, ꝙ non oīa entia hñt vltima: sicut est dispositio in numeris. neq; oīa entia hñtia vltima pñt cõtinuari, neq; ẽt in imaginatione. qm̃ quædam entia habent vltima diuersa in forma, de quibus hoc nomen vltimum dicitur æquiuoce. & hoc intẽdebat, cum dixit sed sunt in forma æquiuoca. Deinde. d. quoniam impossibile est vt vltimum lineæ tangat, &c. deest, & impossibile est dicere quod vltimum lineæ tangit vltimum ambulationis, cum magnitudo non tangat motum. quoniã vltimum in eis dicitur æquiuoce.

Cõtigui igit̃ erũt, et qui neq; ijdem specie, neq; genere. posit̃q enim cucurrit aliquis, ita tim febricitare põt. &, veluti lampas ex successione, latio est contigua, continua aũt nõ. ponit. n. cõtinuũ, quorum vltima vnũ sunt. Quare cõtigui, & consequẽter sunt, † quia tẽpus cõtinuum est, ❴ cõtinuum autem est, quia motus cõtinui sunt. hoc autem est, cum vnum vltimum fuerit amborum.

† a.l. quia tẽpus vnum est.

Dicamus ergo ꝙ motus sesei erũt, & si nõ cõuenient in specie, aut in genere. v.g. ꝙ hõ currit, & febricitat statim. & sicut motus candelæ successiuus est translatio sesea, continua vero nõ. politum est enim cõtinuũ in rebus, quarũ vltima sunt vnũ. Isti igitur motus sunt sesei, & cõsequentes, quia tempus eorum est continuum. & continuatio tpis est per continuationem motus. & hoc erit, quando vltimum amborum fuerit unum.

54 Dicamus igit̃ ꝙ motus, quia est, &c. i. de subiecto in subiectum e contrario transmutationi, quæ est de affirmatione in negationem, aut de negatione in affirmationem. D.d. contrarium motui, &c. i. &, quia motus est de cōtrario in contrariū, ideo contrariū motui, qui est de hoc contrario ad hoc cōtrarium demōstratum est quies, quę est in hoc, s. ex contrario, ex quo est motus. Et dixit hoc, quia manifestū est per se, ꝙ ges in eo, ex quo, est contraria motui, & contrariū motui, qui est de contrario, quod est illud, ad quod peruenit ille motus positus, est quies in illo contrario. v. g. qm̃ sanari est motus de ægritudine in sanitatem. quies igit̃ contraria isti motui est quies in ægritudine, non in sanitate: qm̃ ista quies est perfectio motus: & perfectio non est contraria ei, cuius est perfectio. & sic contrarium motui de sanitate in ægritudinem est quies in sanitate. D.d. &, cum hoc etiam hæ duæ sunt contrariæ. i. &, cum hoc, ꝙ motus est contrarius quieti, tunc duæ etiam quietes sunt contrariæ. qm̃, si motibus est contrarietas, & in quiete etiam debet esse cōtrarietas. D.d. & non sunt, nisi in contrarijs. i. & quies non est contraria quieti, nisi quia duæ quietes sunt in contrarijs: quemadmodū motus nō est cōtrarius motui, nisi quia sunt de contrarijs & in contraria. D.d. ver. gr. qm̃ quies, &c. i. qm̃ quies in sanitate est contraria quieti in ægritudine. qm̃ sanitas est contraria ægritudini, & est contraria ipsi motui: quia impossibile est vt sit contraria motui de ęgritudine in sanitatem: cum quies, ad quam peruenit motus, dignior est vt sit perfectio motus, q̃ vt sit contraria. & hoc intēdebat, cum dixit qm̃ impossibile est motum. i. qm̃ impoſe est vt quies, quæ est in sanitate sit contraria motui, qui est ad sanitatem: qm̃ dignius est vt motus de ægritudine ad sanitatē sit via ad sanitatem. Et hoc est ita. qm̃ motus est de genere perfectionis, ad quā peruenit, sed est perfectio diminuta, quia est contenuncta cum potētia, & esse vltimę perfectionis est i quiete. si igit̃ motus de ægritudine in sanitatem est a i quietem in sanitate, necesse est vt motus de ægritudine in sanitatem sit faciens quietē in sanitate. s. qm̃ [illegible] conuenitur vna pars post aliam quietis, ad quam peruenit, sicut inuenit in eo vna pars post aliam habitus, ad quā peruenit. &, ꝙ substantia motus est de genere qetis, ad quā peruenit: & illa, quæ diuersantur ſm magis, & minus nō sunt contraria: ergo quies, ad quā peruenit motus, nō est contraria motui, sed finis eius: ergo quies, quæ est in eo, ex quo est motus, est contraria motui: & est illa, quæ corrumpit per generationem motus, non quies, quæ generat paulatim per generationem motus. Et ex hoc declarabit ꝙ quies, quæ est in re, ad quā est motus, est cōtraria qeti, quæ est in eo, ex quo est motus. Qm̃, cum motus est contrarius quieti in eo, ex quo est motus: & quies, ad quam est motus, gñatur cum motu: ergo ista quies est contraria quieti in eo, ex quo est motus. Et hoc intendebat, cum dixit illud enim, quod gñatur cum illo motu, &c. i. qm̃ quies, quæ gñatur cum gñatione motus, nec̃io est contraria quieti, ex qua est motus: cum ista quies destruatur per generationem motus. D.d. impossibile. n. est vt quies i albedine, &c. i. quia quies in altero nō corrumpit̃ per gñationē quietis in reliquo, s. ꝙ quies in albedine non generatur per corruptionem quietis in sanitate, & similiter quies in sanitate nō generatur per corruptionem quietis in albedine.

Quibus autem non sunt cōtraria, horum mutatio quidem est opposita, ea, quæ est ex ipso, ei, quę est in ipsum: motus autē non est. vt ea, quæ est ex ente, ei, quæ est ī ens. Et ges quidem horum nō est, immutabilitas autem est. &, si quidem aliquid erit subiectū, ea, quę in ente est immutabilitas, ei, quæ est in non ente, contraria erit. Si vero non est aliquid, id, quod non est, dubitabit aliquis cui cōtraria sit ea, quæ est in ente, immutabilitas, et an quies sit. si autem hoc est, aut nō omnis ges motui est contraria, aut generatio, & corruptio motus sunt. Manifestum est igit̃, ꝙ quies quidem non dicenda est, si non & hę motus. simile autem aliquid est & immutabilitas. cōtraria autem est, aut nulli, aut ei, quæ est in non ente, aut corruptioni. hæc enim ex ipsa est, generatio autem in ipsam.

Intentiones vero, in quibus non est contrarietas, & sunt illa, quæ trāsmutationē oppositam habent, & transmutationem, quę est de aliquo oppolito trāsmutationi, quæ peruenit ad illud: motum autem non habent. v. g. qm̃ transmutatio ex elle est opposita trāsmutationi ad non esse. Qm̃ in intētionibus istis nō est quies, sed illud, quod est in eis, est priuatio transmutationis, si nō ens fuerit aliquod subiectum. v. g. qm̃, si trāsmutatio desicit in ente, transmutatio deficiet in nō ente. Si igitur non ens nihil fuerit, ambiget hō, & non videt ꝙ priuatio transmutationis in ente, & quies in eo sit contraria alicui. et, si hoc fuerit, tunc aut non omnis quies est contraria motui, aut gñatio, & corruptio sunt motus. Sed est manifestū ꝙ nō debet dici quies, sed sisse ei. & priuatio trāsmutatiōis aut nō ē cōtraria alicui, aut est cōtraria corruptioni. qm̃ corruptio ex illa sit, gñatio autē ad illam.

Cum declarauit ꝙ quies est contraria motui, vult perscrutari de eodē in transmutatione. s. vtrum in trāsmutatione est quies opposita transmutationi, sicut est in motu, aut non est ges, & dixit Intētiones vero, &c. idest transmutationes vero, quæ sunt in intentionib⁹, in qbus non est cōtrarietas. D.d. et, sunt illæ, q̃, &c. i. transmutationes vero, quæ sunt in intētionibus, in qbus non est contrarietas, sunt illæ, quæ habent trāsmutationes oppositas. D. expositit hoc, & dixit s. &c. i. scilicet ꝙ transmutatio, quæ est de aliquo, est opposita in illo genere transmutationi, quę peruenit ad illud. D.d. motum vero non habent. i. et in istis intentionibus, in quibus non est contrarietas, nō est motus, nedum vt sint contrariæ illo modo, quo motus sunt contrarij. D.d. exemplum & dixit v. g. qm̃ transmutatio de esse, &c. i. & exemplum eius, quod est vt transmutatio sit opposita trāsmutationi. s. ꝙ ex illo, ex quo est altera transmutatio ad idē sit reliqua, est transmutatio de esse in non esse, quæ est corruptio, et transmutatio de non esse in esse, quæ est generatio. & ista transmutatio non est opposita per illud ad quod: & si eē ponitur ad non esse. quia non est hic motus existens p se oppositus alij motui: quia transmutatio de non esse est per accidens, & transmutatio de subiecto. s. de contrario est per se, aut est propinquius vt sit per se. transmutatio vero subiecti, quod deserit contrarium ex illo contrario ad suum contrarium, est per se. & hoc non inuenitur in generatione, & corruptione. Et, cū narrauit ꝙ contrarietas in talibus transmutationibus est ſm ꝙ transmutatio vna ī eis est ad illud, ex quo est secunda transmutatio, cum esse in istis duabus transmutationibus non est, nisi in altero extremo, incœpit narrare qꝙ etiam non inuenitur in talibus transmutationibus quies contraria quieti, sicut inuenit in motibus: neq; etiam quies est contraria transmutationi. D.d. Qm̃ in istis intentionibus, &c. i. in istis. n. intentionibus, in quibus est generatio, & corruptio, non est ges oīno, sed est in eis priuatio trāsmutationis. et hoc erit, si posuerimus ꝙ nō ens, ex quo est generatio, & aliud, ad quod est corruptio, est aliquid actu. qm̃, si hoc posuerimus, tunc erunt illic duo non esse, & priuatio in non ente, ſm ꝙ posuerimus ipsum esse aliquid, & priuatio in ente. Priuatio igitur, quæ est in ente, si posuerimus ipsam esse quietem, sequitur vt sit contraria priuationi transmutationis, quę est in non ente: & priuatio transmutationis, quæ est in non ente, est eadē cum priuatione transmutationis, quæ est in ente. & sic inter illas non erit contrarietas oīno. qm̃ quies in eo, ad quod est motus, non est cōtraria quieti in eo, ex quo, nisi quia sunt in duobus contrarijs. D.d. Si igit̃ non ens nihil fuerit, &c. i. si igitur non ens non fuerit subiectum, impossibile est imaginari ꝙ priuatio transmutationis, quæ est in ente, est quies. qm̃ impossibile est imaginari ipsam esse contrariam motui. neq; priuatio existimatur esse quies. qm̃, si non ens non est aliquid, non erit illic priuatio, quæ possit imaginari ꝙ est quies opposita quieti, quæ est in ente. neq; imaginari ꝙ ista priuatio, quę est in ente, etiam est quies opposita trāsmutationi ex eo. qm̃ transmutatio ex eo non est motus: et oīs quies est contraria motui, aut quieti. Si igitur posuerimus ipsum esse quietem, tunc erimus inter duo, aut ponemus ꝙ nō oī quieti opponitur motus, aut dicem⁹ ꝙ generatio, & corruptio sunt motus. & vtrūq; est impossibile. D.d. Sed est manifestum, &c. i. qm̃ non est quies in rei veritate. et, cum non fuerit quies in rei veritate, sed priuatio transmutationis, dissoluetur quæstio dicens ꝙ non oīs quies est cōtraria motui, aut contraria quieti. qm̃ hęc in rei veritate non est ges, sed sisis quieti. D.d. aut non erit cōtraria alicui oīno. i. & ista priuatio, q̃ est ges ſm sistudinē, opinādū est, aut ꝙ nō ē cōtraria alicui oīno, aut ꝙ ē cōtraria trāsmutationi, q̃ est corruptio: qm̃ ex eo est p̄n̄ motꝰ corruptiōis,

Transmutatio de nō ē ē p accēs, & transmutatio de cōtrario ī p se. Idē supra. 8. &. 51.

Caput Tertium. Proponuntur nonnullæ circa prædicta dubitationes, soluunturq́.

DVbitabit aūt aliqs, quare in mutatione qdem ſm locū sunt & ſm naturā, & p̃ter naturā & getes, & motus, in alijs autē non. Vt alteratio, hęc qdem ſm naturā, illa vero p̃ter naturā. nihil. n. magis sanatio, q̃ ægrotatio ſm naturā, aut p̃ter naturam, aut dealbatio, q̃ denigratio. Si ſr aūt est et in augmentatione, & diminutiōe. neq; n. hæ sunt inuicē contrarię, vt ſm naturā, & p̃ter naturā, neq; augmentatio augmentationi. Et in gñatione, & corruptione eadē ratio est. neque. n. gñatio quidem ſm naturā, corruptio aūt præter naturam. senescere. n. ſm naturā est. neq; gñationem videmus, aliam quidē ſm naturam, aliam vero præter naturam.

Et quærit hō, quare in transmutatione in loco sunt modi motuū, & modi getis naturales, & non naturales, quod nō est in alijs modis trāsmutationis. V. g. in alteratiōe, i. ita, ꝙ alia esset naturalis, & alia innaturalis, qm̃ hoiem sanari, aut infirmari, neutrum est dignius, vt sit naturalis, aut non naturalis, neque albificatio, neque nigrificatio. Et ſm hoc est de augmento, & diminutione. qm̃ contrarietas istorū duorū non est ſm naturam, & extra naturam. ergo augmentū non est contrarium augmento. Et iste idē sermo dicetur de generatione, & corruptione. qm̃ generatio nō est naturalis, & corruptio innaturalis. quia hominem senescere est naturale. & etiam nō inuenimus aliquā gñationem naturalem, & aliam innaturalem.

Cum narrauit ꝙ motus sunt cōtrarius ipsē, & q̃ qes est cōtraria cum motui, & cui qeti, & in motibus in vbi inuenti cōtrarietas ſm naturā, & nō naturā, & istī de qete, incœpit plenius tractare vtrū in cęteris motibus cōtrarietas inueniat hic motus cōtrarietatis, & dixit Et q̃ritur hō, &c. i. quare i trāslatione in loco iuenimus duo modi, s. naturalis, & innaturalis. qui motus lapidis ad superius est violetus, & iterius ecōtrario, s. naturalis. & ſr inuenit de eadē qete in ipsē. qm̃ qes iterius est cōtraria qeti superius. qm̃ qes interius est naturalis terræ, & superius innaturalis. & ſr qes superius est corporis leuis naturalis, & interius innaturalis. Quæri igit̃ quare i hoc loco inuenimus duo modi cōtrarium hoc mō, & nō in alijs gñibus motuū contrariorū. v. g. in alteratione. qm̃ nō possum⁹ dicere ꝙ alia est naturalis, & alia innaturalis. v. g. hoiem sanari, & hoiem infirmari, nō. n. existimat ꝙ hoc est naturale, et hoc est inaturale, i. in eadē ipe. v. g. hoiem ęgrotare. Et hoc intēdebat, cū dixit qm̃ nominē sanari, aut ęgrotare, & c. i. qm̃ neutra istarū duplicū est dignior vt sit naturalis alicui, & ſr est de albificatione aut nigrificatione. s. qm̃ nulla albificatio, aut nigrificatio est dignior vt sit magis naturalis, q̃ alia. Et, cum narrauit ꝙ primo aspectu non inuenit in eo dis alterationis iste modus contrarietatis, q̃ [illegible] ꝙ nec̃ etiā in motu augmenti, & dixit Et [illegible] dū est ēt de augmento, et diminutione. i. q̃ [illegible]

Hoiem senescere ẽ via i corruptionẽ

to nõ inuenit aliud naturale, & aliud violẽtũ. & sic in gñatione, & corruptione. qm̃ hoiem senescere est via ad corruptionẽ. sed senectus nõ diuidit i naturalẽ, & in innaturalẽ. & sic senescere ẽ via ad gñationẽ. sed non existimat ꝙ illud est naturale, & aliud innaturale.

At, si est quod violentia fit, p̃ter naturã, & corruptio corruptioni cõtraria erit, ea, q̃ est violẽta, vt q̃ p̃ter naturã est, ei, q̃ ſm naturã. Sunt igit & gñationes q̃dã violẽtæ, & non fato determinatę, qbus cõtrariæ sunt eę, quę ſm naturã. Et augmẽtationes sunt violẽtæ, & diminutiones. vt augmẽrationes eorũ, q velociter pp alimentũ pubescunt, & frumenta, q̃ cito adolescunt, & non sunt constricta.

Dicamus igr ꝙ, si id, quod fit, violẽter est extra naturã, tũc aliqua corruptio est cõtraria alicui corruptioni, s. corruptio violẽta, q̃ fit extra naturã, corruptioni naturali. Sũt igitur modi gñationis violẽti: & gñatio nõ est mẽsurata aliqua mẽsuratione. erunt igit contraria eiusmodi gñationis naturalis. Et sunt modi augmẽti violenti, & modi diminutionis. v.g. augmentũ puberũ propter luxum in cõmestione, & semen luxuriosum, cuius corpus impinguatur, & non condensatur.

57 Cũ narrauit ꝙ in primo aspectu existimat ꝙ in vna spẽ motuũ, q̃ sunt in alteratione, & q̃ sunt in augmẽto, & diminutiõe, et vlr in alijs transmutationibus nõ inuenit cõtrarietas, sicut in motibus, q̃ sunt in loco, incepit narrare ꝙ hoc accidit in ꝓmo aspectu. &, cum hoc bñ consyderat, apparet ꝙ in vnaquaq; spẽ istoꝝ inuenit cõtrarietas ſm naturã, & non naturã. et, si hoc fuerit, posse erit vt in spẽbus oppositis inueniat cõtrarietas hoc mõ. & dixit Dicamus igr, &c.t. qm̃, si hic fuerit corruptio violẽta: quod est violentũ est extra naturã. sequit vt sit cõtraria corruptio corruptioni. &, cũ hoc sylo hypothetico ponit añs, erit cõclusio, ꝙ corruptio erit cõtraria corruptioni. & hoc est illud, quod prendebat declarare. D. declarauit qño cõsequens sequit añs, & dixit corruptio. s. violẽta, &c.t. Quia corruptio violẽta est extra naturã: & quod est extra naturã est cõtrarium naturali: ergo corruptio naturalis, & violẽta sunt cõtrariæ. Et, cũ narrauit ꝙ corruptio alia est violenta, alia non violenta, incepit narrare ꝙ in generatione inuenitur hoc ſilr, & dixit Sunt igit modi generationis, &c.t. & generatio violenta est modorũ: qm̃ generatio violenta nõ est terminata, s. vna species tm̃. erunt igitur contraria istoꝝ modorum modi gñationis ois naturalis. Et hoc, quod dixit, existimatur nõ sequi. qm̃, & si infirmitas est multarum specierum, existimatur vt non sequatur ꝙ contraria earum sint species sanitatis: qm̃ sanitas ẽ vna, & ægritudines sunt multæ. Sed forte videtur ꝙ vna sanitas cõtinet multas partic ulares oppositas illis multis ægritudinibus. sed non habent nomina: & ideo latent. Et, cum narrauit ꝙ in generatione, & corruptione inuenitur contrarietas, s. in vna specie, incepit narrare ꝙ ſilr inuenitur in augmento, & diminutione, & dixit Et sunt modi augmenti, &c.t. et similiter sunt modi violenti augmentationis, & modi non violenti. & sic etiam augmentatum, etiam est contrariũ augmentum ſm naturam, & non natur im. qm̃ violentũ est extra naturã, et augmentũ violentum est augmentũ puberũ: quod festinat ante tẽpus affectum, ꝓpter multitudinẽ in luxu, & sicut semen abũdans in aliquo, cuius corpus crescit, & non condensatur propter multitudinem humoris.

In alteratione aũt quo pacto? An ſilr. erũt enim aliæ qdem violẽtę, alię uero naturales. ut qui liberanr alij nõ in iudicatorijs diebus, alij aũt in iudicatorijs: illi qdẽ p̃ter naturã alteranr, hi uero ſm naturam. Erũt ergo corruptiones cõtrarię adinuicẽ, nõ gñationi solũ. Et qd ꝓhibetr est. n. ut sic. etenim, si hęc qdẽ suauis, illa uero tristis eẽt. Quare nõ simplr corruptiõi corruptio cõtraria ẽ, sed ẽtenus ipsarum hæc quidẽ hmõi, alia uero talis est.

Sed qũo erit hoc in alteratione? Dicamus igit ꝙ ſilr est de illa. qm̃ polẽ ẽ ut sint aliqua ex ea violẽta, et alia naturalia, v.g. qm̃ qdem hoies euadũt ab ægritudine nõ in die critica, & qdam in die critica. illi igr sunt alterati nõ naturalr, isti autẽ naturalr. Et sic erit corruptio cõtraria corruptioni, non gñationi. Et nihil ꝓhibet hoc. quoniã polẽ est ut altera corruptio sit contristabilis, & alia delectabilis. Et erit corruptio cõtraria corruptioni, non simplr, sed cum altera corruptio fuerit talis dispõnis, & alia talis dispositionis.

58 Cum declarauit quòd in generatione, et corruptione, & augmento inuenitur contrarietas, incœpit declarare ꝙ similiter est in alteratione. &, quia latet in alteratione magis ꝙm in generatione, & corruptione, dixit Sed qũo erit hoc i alteratione? D. dixit Dicam⁹ igr. i. ꝙ i vno motu in spẽ inuenit cõtrarietas in alteratione, sicut in gñatione & corruptione, & augmẽto & diminutione. D. d. qm̃ polẽ est, &c.t. qm̃ polẽ est vt q̃dã alterata alterenr violente, & quędã non violẽte. v. g. in alteratione infirmoꝝ de ægritudine in sanitatem. qm̃ q̃dam est in die critica, & est alteratio naturalis, & q̃dã nõ in die critica, & hęc est alteratio innaturalis. D. d. illi igr sunt alterati, &c.t. ille, cui accidit crisis nõ in die critica, vt in sexta. D. d. isti aũt. &c.t. qbus accidit in die critica. v.g. in 7ª. Et, qa hoc non est manifestum in oibus alterationibus, dixit polẽ est igit vt sint aliqua, &c. & nõ dixit polẽ est igit vt in qualibet spẽ alterationis inueniat aliqua violẽtia, & naturalitas. & dimisit hoc, qa difficile eẽt verificare hoc p̃ inductionẽ. Deinde fecit rememorationẽ de istis, q̃ declarauit, & dixit Et sic erit corruptio cõtraria corruptioni, et non gñationi, i. non gñationi tm̃, sed ipsi corruptioni. D. dedit aliũ modũ, ex q̃ imaginar esse polẽ vt corruptio sit contraria corruptioni, & dixit Et nihil prohibet hoc, &c. & intẽdit p̃ contristabilẽ, corruptionem violentã, & per delectabilẽ, corruptionẽ naturalẽ. Et forte intendit hoc p̃ delectabilẽ id, quod est minoris contristatiõis: qm̃ ois corruptio est cõtristabilis nec̃io, sed violenta magis contristabilis. D. d. Et erit corruptio cõtraria corruptioni non simplr, sed cum altera corruptio fuerit in aliqua dispõne vno mõ, & alia alio mõ: cum sit species non sibi cõtraria. sed cum accidit alteri corruptioni vt sit vno modo, & alia alio modo cõtrario, vt natura, et violentia, et cõtristatio, et delectatio.

Omnino igit cõtrarij motus, & qetes dicto mõ sunt. ut q̃ est sursum, ei, q ẽ deorsum. loci. n. cõtrarietates hę sunt. ferr ãt ea qdẽ, q̃ sursum ẽ, latiõe, natura ignis, ea uero, q̃ deorsum,

Dubium.

Solutio. Tot sũt spẽs contrarij, q̃t sunt species ægritudinis. sed de hoc habes ipse 1. Ethic. cap. 18.

Ois corruptio ẽ contristabilis. nec̃io. sed violenta ẽ magis contristabilis.

sum, terra: & cõtrarię ipsorum lationes sunt. ignis aũt sursum qdẽ natura, deorsum aũt p̃ter naturã. Et cõtrarius qdem motus est, qui est ſm naturã ipsius, ei, qui est p̃ter naturã.

Secundũ hoc igit, quod narrauimus, vlr erũt modi motuũ, & modi qetis cõtrarij. v. g. qm̃ superius ex hoc est cõtrariũ inferiori. qm̃ hæc duo sunt cõtraria in loco. & istę duę intẽtiones vlr sunt digniores principaliter. qm̃ illud, quod transfert naturalr superius est ignis, et inferius est terræ: et translationes eorũ sunt contrariæ. & locus ignis est superius naturalr, & locus eius est inferius extra naturã. Et naturale est contrariũ innaturali.

59 Hic facit rememorationem de modis prædictis, ſm quos motus sunt contrarij, & qes est contraria, & dat exemplũ de hoc, quod ſã declarauit, ꝙ motuũ contrariorũ qdam sunt diuersi in spẽ: & isti sunt contrarij ſm formas, qa sunt ad contraria, & ex cõtrarijs, & cõtrariorũ: & ẽt sunt cõtrarij ſm naturã, et non naturã in respectu cuiusdẽ: & isti sunt idẽ in spẽ, & sunt cõtrarij ſm naturã, et non naturã. quies vero, declaratũ est de illa, ꝙ contrariũ in eo motui est quies, quæ est i eo, ex quo est motus, nõ qes, q̃ est in eo, ad quod est motus, & ꝙ duæ qetes cõtrariæ, sunt qes in eo, ex quo, & qes i eo, ad quod. Et dixit Secundum igit hoc, quod narrauimus, &c. et intẽdit p̃ modos motuũ, duos modos motuũ contrariorũ, s. contrariorũ diuersorũ in spẽ, et cõuenientiũ in spẽ, et contrariorũ ſm naturã, et non naturã. et intẽdit p̃ modos quietis, qetem, q̃ est contraria motui. & q̃si dicit ſm hunc igit modum, quẽ narrauimus, erunt modi motuũ cõtrarij, & modi qetis cõtrarij motibus, & qetibus ipsis. D. induxit exẽpla ſm spẽm in translatione, et dixit v.g. qm̃ superius, &c.t. v.g. quia supius est cõtrariũ inferiori in loco, ideo illud, ꝺd trãsferr naturalr supius, est cõtrariũ ad iterius trãslato naturali: et ideo trãslatio est cõtraria translationi. D. d. & istæ duæ intentiones, &c. & intendit, vt mihi vr, ꝙ istæ duæ cõtrarietates sunt illa, q̃ dũr cõtraria ꝓpriaꝑ liter, cũ definitio cõtrariorũ, q̃ est, ꝙ cõtraria sunt illa, q̃ maxime distãt, non inuenit ꝓmo, & ꝓpriaꝑ, nisi in eis, q̃ sunt i loco, deide dr in q̃ltate ꝗ silitudinẽ. Et forte intẽdit ꝙ cõtrarietatẽ esse supius simplr, & interius simplr, est dignius q̃m vt sit in inferiori, & supiori non simplr, sed in respectu, vt in loco aeris, & loco aquę. & forte pp hoc dixit, illud igit, quod trãsferi naturaliter superius. s. simplr. Et hoc capm diminutũ est in quibusdã libris & in lib. Alex. fuerñ sic. ista igit sunt sicut ꝓncipalij, & ꝓmo. & Alex. exponit hęc verba duobus modis, dicit. n. ꝙ, cũ dixit ista, innuit illa, quæ dispositi prius p̃ motus, & qetes cõtrarias. s. ista, q̃ hñt istas intentiones ꝓncipalr, & essentialr. & ista expõ non conuenit verbis Aristo. ſm ꝙ accidit nobis. Et 2ª expõ est, ppinquia nr. D. d. & translationes eor sunt cõtrariæ. s. t. &, qa sunt cõtrariæ, ideo trãslationes eorum sunt contrariæ. D. d. & locus ignis est supius, &c. & intẽdit, vt mihi vr, ꝙ isti duo motus. s. ad supius, & ad inferius, qñ imaginar, ſm ꝙ sunt duoꝝ corporũ naturaliter, v.g. ignis, & terræ, tunc vterq; erit contrarius reliquo, ſm illud, ad quod mouer naturaliter: & cũ accipiuñ, ſm ꝙ sunt vnius corporis, v.g. ignis, aut terræ, tũc alter erit cõtrarius reliquo ſm naturam, & non naturam, v.g. motus lapidis ad interius, & supertus.

Et qetes ẽt ſilr. quæ nãq; est sursum quies ei, q est de sursum in deorsum, motui contra

Cõtrarietas ꝓtio, & principaliꝝ nõ inuenit, nisi in eis, quę sunt i loco. Idem 5. Met. cõ. 13.

ria est. est aũt terræ illa quidẽ quies p̃ter naturã, motus aũt hic ſm naturã. Quare motui quies cõtraria est, quæ est p̃ter naturam, ei, qui est ſm naturã eiusdem. etenim motus eiusdem contrarius sic est. alter. n. ſm naturam ipsorum erit, qui sursum, aut qui deorsum, alter autem p̃ter naturam.

Et silr ẽt est de modis qetis. qm̃ qes superius est cõtraria motui de supiori ad iferius. & si qes illic erit terrę extra naturam, & iste motus erit naturalis. Quies igit cõtraria motui est qes, q̃ est extra naturã motui naturali in eadẽ re. motus. n. qui est in eadẽ re, nõ est in eo cõtrarietas, nisi hoc modo, qm̃ alius est ei naturalis, aut ille, qui est ad superius, aut ille, qui est ad inferius, & alius non naturalis.

Cum narrauit ꝙ motus cõtrarij sunt illi, q̃ sunt contrarij ſm illud, ad quod, et illud, ex quo, vt supius, et iferius in motibus corporũ simplciũ, & ꝙ accidit ꝙ in eadẽ re opponunt silr isti duo motus ſm naturam, & nõ naturã, incœpit narrare ꝙ qes est cõtraria motui i eadẽ re hoc mõ, & dixit Et silr, &c.t. et quẽadmodum duo motus in eadẽ re, q̃ sunt ad loca cõtraria, sunt contrarij, qa sunt ad loca cõtraria, et qa alter est naturalis, & reliquus nõ naturalis, ita ẽ de cõtrarietate qetis ad motũ i eadẽ re. s. ꝙ qes, q̃ est in cõtrario loco, loco, in quo ẽ qes, ad quã est motꝰ, & ꝙ, si motꝰ fuerit naturalis illi rei, erit qes non naturalis. v.g. qñ qes supius est cõtraria motui de supiori ad iferius. si igit qetcens fuit illic, terra. s. supius erit ſm violentiã, & tunc motus ex illo loco erit naturalis. & si qetcẽs fuerit illic ignis, tũc qes erit naturalis et, & motus ex eo erit violẽtus. D. d. Quies igit, &c.t. et qes cõtraria motui naturali est qes violenta, q̃ est extra naturã. & dixit in eadẽ re, qa qes supertus est contraria motui de supiori simplr, & qes ẽt simplr supius est cõtraria qetı in inferiori ſm naturã, et nõ naturã, ſm ꝙ ambę sunt naturales duobꝰ contrariis. Et q̃si intẽdit declarare ꝙ dispõ cõtrarietatis, exñtis i eadẽ re, est ſm naturã, et nõ naturã, et siue fuerit cõtrarietas in motu, aut i motu, & qete. & nõ dixit motus. n. q̃ est, etc. t. qm̃ motus nõ est cõtrarius motui in respectu eiusdẽ, nisi ſm modũ, quo qes in eadẽ re est cõtraria motui, & qes cõtraria qetı, nõ ſm modum. q̃ motus, q̃ sunt i pluribꝰ vna spẽ, sunt cõtrarij, & qetes, q̃ sunt in pluribꝰ vna spẽ, qñ isti sunt cõtrarij, qa sunt ex contrarijs, & ad cõtraria, & contrariorũ. Et debes scire, ꝙ intendebat declarare, qm̃ quẽadmodũ vni motui in numero accidit cõtrarietas ſm naturã, & nõ naturã, ita est de motibus cõtrarijs in spẽ in respectu eiusdẽ. s. ꝙ accidit eis cõtrarietas ſm naturã, & nõ naturã, vt motus ad supius, & ad interius: qm̃ in respectu terræ, aut ignis alter est naturalis, & alter nõ naturalis. et silr ẽ de cõtrarietate qetis ad motũ. q̃etis, ex q̃ ẽ motus. sed, qa tria cõtrarietas nõ imaginat, nisi in eadẽ re, nõ accidit vt ambę sint naturales, sicut accidit in duobus motibus in spẽ cõtrarijs, qñ accipiuñ in respectu duoꝝ diuersorũ, vt motꝰ ignis ad supius, et terræ ad inferius. qm̃ sunt cõtrarij, et nãles, tũc ignis, & istę terræ.

Documentũ

Habet aũt dubitationem, si est ois quietis, quæ non semp est, gñatio, & hæc est ipsum stare, eius igitur, quod p̃ter naturã quiescit, vt terræ sursum, erit gñatio. cum ergo lerebatur sursum violentia, ſlabat. sed quod

Rat

stat semper videt ferri uelocius: quod autẽ uiolentia contra. non factum ergo quiescẽs erit quiescẽs. ¶ Amplius vr ipsum stare, proprie dici, aut oino esse in eo, quod est ſm naturã in suum locũ ferri, aut accidere simul. ¶

Et est hic locus qõnis. qm̃, si ois quies nõ est semper gñata, cum non est, deinde est, & gñatio eius est cessatio, tunc quies rei quiescit nõ naturaliter, v.g. quies terræ superius habebit gñationem. quoniã illud, quod trãsfertur superius uiolente, cessabit. sed illud, quod cessat semper, existimabit quod translatio est velocior: & quod transfertur violẽte est econtrario. erit igr quiescens absq; eo, ꝙ quiescat. Et existimat etiã ꝙ dicere aliqd cessare, aut est dicere ꝙ transfertur vlr ad locum, quem habet, aut vt sequatur insimul.

61 Et est qõ vtrũ qes violẽta habeat gñationem. qm̃, si qes violenta nõ est semper: et ois quies, q̃ non est semper, est gñata: nec esse est vt qes violenta sit gñata. & intelligo p gñationem qtem tactã cũ motu, & hoc intendebat, cũ dixit qm̃, si ois qes, &c.t. qm̃, si ois quies nõ est temp, qm̃ modo nõ est, deinde erit, necesse est vt qs violenta habeat gñationẽ. & intelligo p cessationem ire ad cessandũ. Et, cũ declarauit ꝙ ex hoc sermone sequit ꝙ qes violenta est gñata, s. facta ex motu violento, induxit in, posse, quod sequit ex hoc, & dixit qm̃ tñ hoc, quod transferri supius violẽte, cessabit. n. ted, si poneremus ꝙ qes violenta habet gñationem, sicut habet qes naturalis, sequit ex hoc, vt illud, quod trãsferri violenter, non sit ut cesset, sicut illud, quod mouet naturaliter. D.d. sed illud, qd cessat, &c.t. sed illud, quod cessat, ſm ꝙ cessatio eius gñatur, t. fit ex motu naturali, apparet ꝙ trãslatio eius erit velocior, qm̃ appropinquat loco, in quo innatũ est cessare, sicut est dispõ in motu naturali. & motũ violentũ est econtrario .i. qm̃ ois motus est remissior, qm̃ appropinquat loco, cũ quo cessat. & ideo motus eius nõ est pp quietẽ. &, cũ ita sit, cessatio eius non erit gñata, & sic quiescet, tra, q̃ nunq̃ venit ad quietẽ. Et hoc intendebat, cũ dixit ergo erit quiescens, &c.t. &, cũ illud, quod mouet violẽte, nõ mouet, vt cesset, tunc illud, quod mouet, erit quiescens ab eo, ꝙ qes eius gñatur. quod est impossi. D.d. Et exitum ui, &c.t. & apparet ꝙ, cũ dicimus aliqd cessare, intendimus alterũ duoꝝ, aut ire ad cessandũ, et trãsferri ad ipsum, aut ꝙ motus, & qes sunt simul. t. aut ꝙ qes est inseparabilis à motu, aut gñata cũ motu: & hæc duo nõ inueniunt in illo, quod quiescit violenter: ergo necesse est vt illud, quod quiescit violẽte, nõ veniat ad quiescendũ. et sic quies eius non habebit gñationem.

Habet aũt dubitationem, si contraria est quies, q̃ ire est hic, et, q hinc est, motui. cũ. n. mouet ex hoc, aut etiã abijcit, adhuc videtur habere id, quod abijcitur. quare, si hęc quies contraria est ei qui hinc est in contrariũ, motui, simul erunt contraria. An aliquo modo quiescit. si adhuc manet. omnino autẽ eius, quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autẽ est, in quod mutatur. quapropter & magis motus motui contrarius, quàm quies.

Et est quæstio vtrum qes hic est contraria motui ex hoc. qm̃, qñ mouetur aliquid ab alio, & separatur ab eo, existimat ꝙ in eo est illud, à quo separat. si igitur ista quies est cõtraria motui, ex hoc erunt duo contraria insimul. Ad hoc autem dicamus, qm̃, & si adhuc est quiescens, quies eius est quodãmodo. & vlr moti quoddam est illic, & quoddã in eo, ad quod trãsmutat. qm̃ motus dignior est vt sit contrarius motui, quàm quies.

Et est q̃stio de hoc, quod posuimus pus. s. ꝙ quies, q̃ est in re, ex qua est motus, est cõtraria motui ex hac qete, vt posuimus prius. D. induxit qõnem, & dixit qm̃ qñ aliquid mouet, &c.t. apparet. n. quod qñ aliqd mouet de aliqua re, & separat ab eo aliquid, quod est in eo, de illa re, à qua separat. s. dum mouet: qm̃, qñ separat ab eo totalr, tunc perficit motus, & nihil remanet in eo de illo, à quo mouet. Et, cum posuit ꝙ, qñ aliquid incepit moueri, ꝙ adhuc est quiescens in eo, ex quo mouet, dixit si igit ista quies, &c. t. si igit res mota est quiescens in illo, ex quo mouet, dum mouet: & quies est cõtraria motui: tũc in re mota inueniunt duo cõtraria insit, s. quies, et motus. Et, cum induxit hanc qõnem, incepit dissoluere eam, & dixit Ad hoc autem dicamus, &c.t. et q̃stio non cõtingit, nisi ex hoc, quod accipimus ipsum quiescens simplr in eo, ex quo mouet, & non est in eo quiescens, nisi quodãmodo. D. declarauit hũc modũ, qs est, & dixit moti. n. quoddã est illic, &c, idest &, cum [a] oẽ motũ est diuisibile, vt post declarabit, tunc motũ non est quiescens in eo, ex quo mouet, nisi ſm partẽ, non ſm totũ. t. simplr. qm̃, dum mouet, quædã pars eius, est in eo, ex quo mouet, & quædam pars in eo, ad quod mouet. & sic non sequitur, vt duo cõtraria inueniant in eodem subiecto. Et, cũ concessit in hac quæstione ꝙ quies est contraria motui, incepit etiã declarare ꝙ [b] qes non est, nisi priuatio motus, & ꝙ contrariũ in rei veritate motui est motus oppositus et, & ideo possibile est vt quies, & motus sint in duabus partibus mobilis: & non est posse vt duo motus cõtrarij inueniant in duabus partibus eius: sed necessario impediunt se adinuicem. Et ideo dixit qm̃ motus dignior est, &c.t. & quia motus potest congregari cum quiete in eadem re mota, & non cum motu contrario, neq; in duabus partibus diuersis. Et sciẽdum est, ꝙ quies, cõiuncta cũ motu, non est distincta à motu, t. in parte distincta. qm̃ sequeret ex hoc vt aliquid moueretur in aliqua parte, et quiesceret in alia. et, cum non est distincta, ergo est in potentia, non in actu.

Et de motu qdem & qete, qũo vtrũq; vnũ est, & quæ quibus cõtraria sunt, dictum est.

Iam igr narrauimus de motu, et qete, qũo vterq; est vnus, & qũo contrariantur sibi.

De motu quot modis est vnus iam dixit, et de quiete autem, intuendo per ipsum motum. & sic etiã quies erit vna tribus modis. s. vna genere, & vna specie, & vna numero. & illa, quæ sunt necessaria in vnoquoq; istorum, sunt illa, quæ sunt necessaria in motu.

Dubitabit aũt qs et de ipso stare, si & quicunq; sunt pter naturam motus, his est quies opposita. si quidem igit non, erit inconueniens. manet. n. sed violentia. quare quiescens aliqd erit non semp sine fieri. Sed palã quod erit. sicut. n. mouetur pr̃ter naturam, et quiescit vtiq; aliquid præter naturam.

Et

[a] Oẽ motũ est diuisibile 6. Phy. & 29 & 30 de Anima cõ. 60 Met. 8. Phy. & 6 Phy. & 1. de Cœlo & Mundo. Quies non est cõtraria motui vere, sed priuatio motus. 5. Phy. & 5 de Cœlo. Documentũ

Tres, quod motus est, aliud est, aliud est, in quod mutatur.

Tres duo termini quæstionis dubitabilis. s. gratia motus pertinentia

Et quæret homo etiam de cessatione, vtrũ oẽs motus, qui sunt extra naturam, habent quietem oppositam. si igit non habent, hoc erit inopinabile. qm̃ tunc remanebit res in violentia, et erit aliquid, quod nunq̃ quiescet sine gñatione. Manifestum est ergo ꝙ habet. qm̃ quemadmodum res, quæ mouetur extra naturam, quiescet extra naturam.

64 Ista est prima quæstio, quam induxit prius, & non inuenit in quibusdã libris. & forte iterauit eam ad complẽdum sermonem. qm̃ in illo sermone negauit vt qes, quæ est extra naturam, habet gñationem: ergo est semper. quod est inopinabile. & quies, quæ est extra naturam, vr fieri per sensum semp. Dissoluit igit hanc q̃stionem ita, ꝙ generatio dicitur de illo, et de quiete naturali multipliciter, & dixit, Et quæret homo, &c.t. & quæret homo, sicut diximus, de cessatione, quæ est ire ad cessandum in motibus, q̃ sunt extra naturã, verum hñt quietem intentam, sicut hñt motus naturales. Et Tex. c. 54. nõ intendit p quietem oppositã, quietem, de qua dixit prius ꝙ est contraria motui, s. quietẽ in eo, ex quo: sed intendebat quietem ad quã est motus. & dixit oppositam, large. Et, cũ narrauit ꝙ quæstio est de quietis eẽ non naturalis, quæ est motuum non naturalium, dixit si igit non hñt, hoc erit inopinabile. t. si igit non hñt quietem vt dictum est prius, quia non hñt gñationem, erit inopinabile. apparet. n. sensui ꝙ hic sunt aliqua, q̃ quiescunt violente, & non naturalr. & hoc intẽdebat, cum dixit qm̃ aliquid remanet in violentia, t. qm̃ apparet sensui ꝙ aliquid quiescit in loco per violentiam. D.d. & sic erit aliquid, quod nunq̃ quiescit sine gñatione, i. et nullum inopinabile est magis q̃ ponere ꝙ quies violenta est facta, & non habet gñationem. D.d. Manifestum est ergo ꝙ habet, &c.t. et, cum quies violenta est motuum, postq̃ nõ fuit per sensum, manifestum est ꝙ hñt generationem. sed generatio in hac quiete non habet eandem intentionem cum gñatione in quiete naturali. & hoc fuit negatũ in sermone prædicto à motibus non naturalibus. sed ista quies fit à motu, qui est extra naturam, & modo, quo iste motus, qui est extra naturam sicut generatus in corpore, s. qm̃ quemadmodũ iste motus est à causa extrinseca violenta, sic quies violenta inuenitur post istum motum, sicut quies naturalis, quæ est à causa, quæ est in re, inuentur post motũ naturalem, qui est in re à natura, t. à causa existente in re. Et hoc intendebat, cum dixit quemadmodum res, quę mouetur extra naturã, &c.t. & quies est et, ſm ꝙ est motus, quemadmodum quies est in re, ſm ꝙ est motus naturalis, s. qm̃, sicut motus dicitur multipliciter de naturali, & violento, ita est de quiete naturali, & violenta. & quæstio accidit ex hoc, ꝙ ponebantur vniuoca.

Quoniam autem est quibusdam motus secundum naturam, & præter naturam: puta ignis, qui sursum secundum naturam, qui autem deorsum pręter naturam: vtrum hic cõtrarius, aut qui terræ? hæc enim fertur secundum naturam deorsum. Aut palam quia ambo, sed non eodem modo. sed qui quidem secundum naturam est secũdum naturam existentis: eius autẽ, qui ipsius, qui sursum, ignis ei, qui deorsum, vt secundum naturam existens præter naturam existenti. similiter autem & in mansionibus. Forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. cũ enim moueatur ex hoc, & abijciat, adhuc videtur habere ꝙ abijcitur. quare, si ipsa quies contraria ei, qui hinc ī contrarium, motui, simul existent contraria, aut aliquatenus quiescit, si adhuc manet. omnino autem eius, quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in ꝙ mutatur. ꝓpter ꝙ magis motus motui contrariũ, quam quies. Quis quidem igitur motus simpliciter vnus dictũ est. & de motu quidem, & quiete quomodo vterq; vnus, & qui contrarij quibus dictum est.

Et, quia quædam habent motum naturalem, & quædam extra naturam: verbi gratia quoniam ignis habet motum ad superius naturalem, & ad inferius innaturalem: quærendum est vtrum ille est contrarius illi, aut motui terræ. quoniam terra mouetur naturaliter ad inferius. Dicamus igitur quoniã vtrũq; istorum est verum, sed non eodem modo. sed motus naturales sunt cõtrarij contrarietate naturali. & in ipso igne est contrarius motus ad superius motui ad inferius ſm naturam, & non naturam. & ſm hunc modũ sunt contrarij modi quietis. & dignum est vt quies sit opposita motui.

Et, quia quędam habent motum naturalem, & non naturalem, & motus non naturalis est naturalis alteri corpori, v.g. qm̃ terra habet motũ naturalem, t. ad inferius, & nõ naturalẽ, s. ad superius, & ignis habet motum naturalem, s. ad superius, & nõ naturalem, s. ad inferius, & iste, q est ad inferius, est naturalis terræ, quærendum est igitur quis istoꝝ motuũ est contrarius vni motui naturali, s. vtrum contrariũ oppositũ ei est, ſm ꝙ est naturalis alteri, aut ſm ꝙ est nõ naturalis illi, qui habet motũ naturalem. v.g. vtrum motus contrarius motui terræ ad inferius est motus terræ ad superius, qui est violentus terræ, aut motus ad superius, qui est naturalis ignis. Et ipse dicit, ꝙ vtrũq; est verũ, s. ꝙ vterq; motus est cõtrarius motui naturali, sed duobus modis diuersis, s. ſm ꝙ est naturalis alteri, et ſm ꝙ est non naturalis ipsi. v.g. qm̃ tam motus ignis naturalis ad superius est contrarius motui terræ ad inferius, ſm ꝙ est naturalis terræ, & motui ignis ad inferius, ſm ꝙ est non naturalis ignis. D.d. & ſm hũc modum est de modis quietis. t. qm̃ vna quies naturalis habet duas quietes contrarias, s. quietem illius rei extra naturam, & quietem naturalem alterius. v.g. qm̃ quies terræ inferius est naturalis terræ, & quies supius terræ est contraria huic quieti ſm naturam. ignis vero est cõtrarius huic quieti, ſm ꝙ res naturalis est contraria alicui rei naturali. et similiter quies ignis superius habet duas quietes contrarias, s. quietem inferius violentam, & quietem terræ inferius naturaliter. Et, quia notificauit ꝙ quies nõ opponitur motui in rei veritate, sed ſm priuationem, & habitum, notificauit hic ꝙ quodammodo opponitur, licet non sicut motus opponitur motui.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV LIBER SEXTVS,
cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

Summa Prima declarat Motum non componi ex indiuisibilibus.

Summa Secunda Motum non momento, sed tempore mensurari: similiter & Quietem.

Summa Tertia pertractat de Diuisione motus.

Summa Quarta de Ordine partium motus.

Summa Quinta confutat errores quosdam circa ipsum motum.

Summæ Primæ Caput Primum. Nullum continuum ex indiuisibilibus componi.

†{ Iaũ est continuũ, & tangẽs } & cõsequenter, vt definitum est prius, (continua quidem, quorũ vltima sunt vnum: tangentia vero, quorum simul: consequenter autem, inter quæ nihil est eiusdem generis,) impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid cõtinuum. vt lineam esse ex punctis: si linea quidem cõtinuum est, punctum autem indiuisibile. neq; n. vnum sunt vltima punctorum: non. n. est hoc quidẽ vltimum, illud vero alia quædã pars ipsius indiuisibilis. neq; simul sunt vltima. non. n. est vltimũ vllum eius, quod impartibile est: alterum. n. est vltimũ, & id, cuius est vltimum.

Si continuum, & contiguũ, et consequens sunt, fm ꝙ determinauimus prius, s. ꝙ continua sunt, quorum vltima sunt vnum: & contigua sunt, quorum vltima sunt insimul: & consequentia se adinuicẽ sunt illa, inter quę non est aliquid sui generis, impossibile est vt aliquod continuũ fiat compositũ ex indiuisibilibus. v. g. vt linea sit continua, & punctus sit indiuisibilis, & linea sit composita ex punctis: cũ linea sit continua, et punctus indiuisibilis. qm̃ punctus nõ habet vltimum vnum. qm̃ indiuisibile non habet partem vltimã, & aliam partem vltimam. neq; habent vltima insimul. quod enim non habet partem, non habet vltimum omnino: nam vltimum est aliud, ab eo, cuius est vltimum.

Iste tractatus, sicut dixit Alex. sequi Quintum, cum in principio eius vtatur illis descriptionibus, quas posuit in Quinto rerũ continuarum, & contiguarũ, et consequentium. Et dicit s illa, quæ dicta sunt de definitione [illegible] & contigui, & cõsequentis sunt vera, s. ꝙ cõtinua sunt illa, quorum vltima sunt vnum: & contigua sunt illa, quorum vltima sunt insimul: consequentia sunt illa, inter quæ non est aliquod sui generis, impossibile est vt aliquod continuum componat ex indiuisibilibus. Et, cum posuit hoc, & positio antecedentis est manifesta ex hoc, quod dixit in Quinto, & consecutio non est manifesta per se, iccirco declarare eam, & d. punctus. n. non habet vltimum, & vltimũ, &c. Et iste sermo componit sic in secunda figura. Oía, ex quibus componitur continuũ, diuiduntur in vltima, & in habens vltimum: vltimum. n. est vltimum alicuius rei: & punctus non diuiditur in hæc duo: ergo cõtinuum non componitur ex punctis, & vlr ex indiuisibilibus. Et etiam, anteq̃ continuũ continuetur, necesse est vt contiguetur: & contigua etiam diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum, puncta autem nõ: ergo ex punctis non componitur linea, neq; ex lineis superficies, neq; ex superficiebus corpus. D.d. qm̃ quod non diuidit, non habet partem, &c. t. qm̃ omne indiuisibile non habet duas partes diuersas, quarum vna est vltimum, & alia illud, quod habet vltimum. Et in hoc syllogismo non expressit, nisi minorem propõnem, & pertransit maiorem, ga est manifesta. D.d. neq; habent vltima insimul. t. ꝙ contigua debent habere. continua. n. sicut diximus, contiguabuntur, anteq̃ continuentur.

Amplius necesse est aut cõtinua esse puncta, aut tangentia se inuicẽ, ex quibus est continuum. eadem aũt ratio est & in oĩbus indiuisibilibus. Continua quidẽ non erunt, propter dictam rationem. Tãget autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile est ipsum indiuisibile, necesse est totum tãgere totum. totum autem, totum tangens, non erit continuum. continuũ. n. habet hanc quidẽ aliam, illam vero aliam partẽ, & diuidit in sic * diuersas, & loco separatas. At vero neq; consequenter erit punctus ad punctum, aut ipsum nunc ad nunc ipsum, vt ex his sit longitudo, aut tempus. consequenter. n. sunt, inter quæ nihil est eiusdem generis. inter pũcta autem semper est linea, & inter ipsa nunc tempus.

Et sequit necessario vt ista puncta sint aut contigua, aut continua, s. puncta, ex quibus fit cõtinuum. & iste sermo sequitur in omni indiuisibili. Sed impossibile est vt pũcta sint continua ex punctis. Et contiguatio fit, aut ita, ꝙ aliquid contiguetur fm totum, aut aliqua pars eius contiguetur cum aliqua parte alterius, aut aliqua pars cũ toto. Et, quia indiuisibile non habet partem, sequitur vt contiguetur fm totum. &, cum aliquod totum cõtiguabitur cum aliquo toto, non fiet ex hoc continuum. qm̃ continuum habet partes diuersas adinuicem, & diuidit in hmõi partes, & segregatas in loco. Et impossibile est etiã vt punctus sequatur punctum, aut istans instans ita, ꝙ ex eis fiat longitudo, & tempus. consequentia. n. sunt illa, inter quæ nihil est vnigeneum. & inter quælibet duo puncta semper est linea, & inter quælibet duo instantia semper est tempus.

Iste

2 Iste est secundus syllogismus, & componitur sic. Si continuum componit ex indiuisibilibus, v. g. punctis, necesse est, cum continuum cõponitur ex illis, vt sint, aut continua, aut contigua, aut consequentia. Deinde excepit ea esse continua ex illo, ꝙ declarauit in demonstratione prædicta. & hoc intendebat, cum dixit Sed ĩpossibile est vt puncta sint continua ex punctis. Deinde declarauit ꝙ impossibile est etiã ꝙ puncta sint contigua, & dixit Et contiguatio. & quasi dicat, &, cum non sunt continua, remanet vt sint aut contigua, aut consequentia: sed, si fuerint cõtigua, necesse est vt vnũ contiguetur cum alio fm totum, aut fm partem, aut vnum fm totum, & aliud fm partem. Deinde incœpit destruere vnumquodq; istorum trium modorum, & dixit Et, cum illud, quod non diuidit non habet partem, &c. t. sed, quia illud, quod est indiuisibile, non habet partem, impossibile est imaginari aliquem istorũ modorum trium, nisi illum, qui est fm totum. qm̃ duo modi residui contiguationis nõ inueniuntur, nisi in habẽtibus partem: & indiuisibile non habet partem. & iste sermo est in secunda figura. Et, cum posuit ꝙ, si fuerint contigua, necesse est vt contiguentur fm totum, induxit impossibile, s. quod sequitur ex hoc, & dixit &, cum aliquod totum contiguabitur, &c. t. sed cõtiguatio rei fm totũ cum alia re fm totum est superpositio: & ex superpositione nõ fit magnitudo, quæ ante nõ erat, neq; aliquid habens partes. vnde ex superpositione lineæ super lineam non fit magnitudo in latitudine: cum nõ superponatur, nisi ex parte latitudinis, fm ꝙ est linea indiuisibilis. & sic superpositio superficierum non facit profundum. ex, quia punctus est indiuisibilis in oi parte, non facit aliquid habens partes: & continuum habet partes. Et compositio istius sermonis est sic in secunda figura. Continuum fit ex rebus, ex quarum continuatione fit magnitudo, & est id, quod habet partes: & omne indiuisibile non fit ex sua continuatione magnitudo, neq; aliquid habens partes, cum cõtinuatur, qm̃ continuatio, & contiguatio eius nihil aliud est q̃ superpositio: ergo continuum non componitur ex indiuisibili. & hoc intendebat, cum dixit quoniam continuum habet partes diuersas adinuicem, adest & superpositum non habet partes. D.d. & diuiditur in huiusmodi partes, &c. t. & continuũ diuiditur in hmõi partes, non solum modo in mente, sed in loco. aut intendit non in qualitate, sed in quãtitate. Et, cũ destruxit cõtinuũ compon ex indiuisibilibus fm cõtinuationem, aut contiguationem, & aliquis proteruus posset dicere illud cõpon ex his fm consecutionem, incepit destruere illũ modum cõpositionis, & dixit Et impossibile est etiã vt puncta consequatur punctũ, &c. & iste sermo etiã componit in secũda figura sic. Et consequentia sunt illa, inter ꝙ nihil est vnigeneũ: sed inter puncta, & instantia semper est aliquid vnigeneum, s. punctũ, & instantia: ergo continuũ nõ componit ex sequẽtibus. & declarabit ꝙ inter q̃libet duo pũcta est linea ex hoc, qa pũctus non cõtiguat cũ puncto. et hoc declaratũ est ex partibus istius syll̃i, & ex hoc ꝙ puncta impossibile est vt separent a linea. & hoc manifestũ est ex hoc, ꝙ puncta sunt vltima lineæ. & destruxit illum modũ ad confirmandũ. qm̃ notum est p se ꝙ continuũ non cõponit ex consequẽtibus nũq; a consequẽtia sunt nõ cõtigua: & inter illa est aliquod heterogeneũ. & impossibile est vt vnũ fm contiguationẽ cõponat ex diuersis in spẽ. & et impossibile est imaginari ꝙ inter consequẽtia fit vacuum: qm̃ vacuum tam destructũ est, & etiã istud vacuũ aut est indiuisibile, aut diuisibile: si diuisibile, tũc ille partes indiuisibiles erunt vltima eius, & tunc contiguum cõponetur ex vacuo: si autem indiuisibile, & partes sunt indiuisibiles, tunc ex eis non fit diuisibile.

Amplius autem diuideretur in indiuisibilia, si, ex quibus est * vtrunq;, in ipsa diuiditur. sed nullum est continuorum in impartibilia diuisibile. nullum autẽ aliud genus potest esse inter puncta, & inter ipsa nunc. si. n. erit, manifestum est ꝙ aut diuisibile, aut indiuisibile erit. &, si diuisibile, aut in indiuisibilia, aut in semper diuisibilia. hoc autẽ est continuum. Manifestum autem est quòd et omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. si enim in indiuisibilia diuidetur, erit indiuisibile indiuisibile tãgens. vnum enim est vltimum continuorum, & tangunt.

Et etiam, si ita esset, tũc diuideretur in indiuisibile, cum in illa, ex quibus componi, vtrũq; diuidit. sed iam declarauimus ꝙ nullũ continuũ diuidit in aliquod non hñs partes. & impossibile est vt inter hæc duo sit mediũ genus. res enim est aut indiuisibilis, aut diuisibilis. si diuisibilis, aut diuiditur in indiuisibile, aut in diuisibile semper. & hoc est continuum. Et manifestum est etiam ꝙ omne cõtinuum diuiditur semper in diuisibile. continuum. n. si diuiditur in indiuisibile tunc indiuisibile cõtinuatur eũ indiuisibili. qm̃ partes cõtinuorum sunt cõtinuę, & sunt vnum.

3 Hæc est quasi alia declaratio super hoc, ꝙ continuũ non componitur ex indiuisibilibus. & istæ declarationes sunt quasi abundantes. & ipse procedit ex hoc ad declarandi ꝙ continuum diuidi semper in diuisibila. Et dixit Et etiam, si ita esset, &c. t. &, cum etiã manifestum est ꝙ, si continuũ esset cõpositum ex indiuisibilibus, tunc continuũ diuideret in indiuisibile. s. tunc diuisio eius pertineret ad partes indiuisibiles: cum omne cõpositum diuidatur in minima eorum, ex quibus cõponitur. & hoc intendebat, cum dixit cum in illa, ex quibus componi, &c. t. qm̃, cũ potuerimus duas partes, quarum vtraq; componitur ex duabꝰ partibus indiuisibilibus, tunc vtraq; diuiditur in indiuisibile cum illa, ex quibus componitur vtraq; pars, illa diuiditur. Et, cum induxit syllogismum hypotheticum, in quo dicit ꝙ, si ita esset, &c. deinde induxit categoricum ad probandum consecutionem in hoc syllogismo, in quo dixit cum illa, ex quibus cõponitur, &c. destruxit consequens ad concludendum oppositum præcedentis: & est ꝙ continuum non diuiditur in indiuisibile. & hoc licet manifesto ꝙ ista sunt manifesta ex prædictis. Et dixit sed iam declaravimus quòd nullum cõtinuum, & c. idest quoniam, si diuideretur in indiuisibile, tunc indiuisibile haberet partes: & tunc illud, quod poneretur indiuisibile, esset diuisibile. Et, cum dixit, ꝙ cõtinuum non diuiditur in idiuisibile, incepit declarare quòd ex hoc sequitur, vt continuum diuidatur semper in diuisibile, & dixit et impossibile est vt inter hæc duo sit medium genus, &c. t. inter diuisibile, & indiuisibile. D.d. quoniam res aut est indiuisibilis, &c. t. quoniam omnis res necessario aut recipit diuisionem, aut non recipit. &, si recipit diuisionem sicut est dispositio in continuo, aut diuiditur in indiuisibile, aut in semper diuisibile. D.d. & hoc est continuum, &c. t. & ista est descriptio continui, s. ꝙ est illud, quod semper diuiditur in diuisibile, vt apparet etiã ex hoc sermone, D. declarauit

rauit quomodo sequitur hoc ex hoc sermone, & iterauit ipsum, vt sit magis manifestum, & dixit Et manifestū est etiam, &c.i. & manifestū est ex sermone prędicto, cum posuerimus ꝙ inter illud, quod diuiditur in indiuisibile, & in diuisibile, non est medium, ꝙ oē continuum semper diuiditur in diuisibile. qm̄, si diuidatur in indiuisibile, tunc aliquid indiuisibile contiguatur cū aliquo indiuisibili. quoniam cōtinua sunt contigua: & declaratum est ꝙ indiuisibile non contiguatur cum indiuisibili, quia contigua sunt illa, q̄ habent vltima alia a se. vnde appparet quod sunt diuisibilia.

Eiusdem autem rationis est & magnitudinem, & tempus, & motū, ex indiuisibilibus cōponi, & diuidi in indiuisibilia, aut nullum.

Et ratio eadem est in magnitudine, et tempore & motu, scilicet quoniam sunt composita ex indiuisibilibus, & quod diuiduntur in indiuisibilia, aut ꝙ nullum eorum est tale.

4 Dixit Et ratio eadem est in hoc, in tribus speciebus continui, in magnitudine, & motu, & tempore. quoniam illud, quod contingit in aliquo eorum, contingit in reliquis, s. ꝙ, si vnum fuerit indiuisibile, sequitur vt reliqua sint indiuisibilia, s. com, posita ex diuisibilibus, & si fuerit vnum compositum ex diuisibilibus, sequitur vt reliqua sint talia. Et, cum dixit quod eadem ratio est in eis, incœpit declarare hoc esse impossibile in motu ad declarandum hoc esse impossibile in magnitudine. & incœpit prius declarare quòd, si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, contingit vt reliqua sint talia.

Manifestum est autem ex his. si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus, qui huius est, ex æqualibus motibus erit indiuisibilibus. Vt, si ipsa A B C ex ipsis A B C sit indiuisibilibus, & motus in quo D E F, quo motum est ipsum P, super dimensionem A B C, vnamquamque partem habet indiuisibilem.

Et hoc declarabit ex hoc, quod narrabo. qm̄, si magnitudo componatur ex indiuisibilibus, tunc motus istius etiam erit compositus ex motibus æqualibus indiuisibilibus. V. g. qm̄, si magnitudo, s. A B C, fuerit composita ex partibus indiuisibilibus A B C, tunc motus per illam D H Z, quo mouebitur K, per longitudinem A B C, quælibet pars eius erit indiuisibilis.

In horum librorum figuris hæc obseruabis. Quotus literas duplicatas, & proximas inueneris, prima quidem textui fidei, secunda uero Auerroys textui deseruiet. ut in hac subscripta figura P littera, quæ prima est, & K, quæ secunda. Eodem pacto &, si unam alteri superpositam uidebis, superior primo, inferior secundo aptabitur textui. ut in figura. 23. textus E littera, quæ superior, & H, quæ inferior. similiter, & F F, & Z. Quæ autem literæ unæ tantum erūt, eæ utiq; utrique textui accomodabuntur. Quòd si quid peculiare pro aliqua figura fuerit, id ibi propè annotatum reperies.

Demonstratio, probās ꝙ partes motus correspondent partibus magnitudinis.



Magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus.

Vult declarare ꝙ, si magnitudo componatur ex indiuisibili, necesse est etiam vt motus componat ex indiuisibili. deinde, cum hoc declarauerit, inducet impossibile sequens ex hoc, ꝙ motus sit compositus ex indiuisibili: ex quo declarabitur ꝙ neq; magnitudo etiam est cōposita ex indiuisibili. & hæc est eius intētio. Et manifestū est ꝙ, si magnitudo fuerit cōposita ex indiuisibili, ꝙ motus etiam erit compositus ex indiuisibili. qm̄ causa continuationis motus est cōtinuatio magnitudinis: & ꝙ motus est æqualis magnitudini: et partes eius partibus illius. Et, quia hoc est manifestum per se, contentus est in hac declaratione solo exēplo, & posuit magnitudinem hāc A B C, compositam ex tribus magnitudinibus indiuisibilibus, s. A B C, &, cum ita fuerit, manifestum est ꝙ motus per magnitudinem A B C erit æqualis et. sibi partes partibus. ponatur igit, sicut dixit, motum D H Z per magnitudinē A B C: & manifestū ꝙ totus motus D H Z erit æqualis magnitudini A B C, & partes partibus: erunt igitur tres partes motus H D Z æquales tribus partibus magnitudinibus A B C: & partes A B C sunt indiuisibiles: ergo partes tres D H Z sunt indiuisibiles. & sic erit pars D æqualis parti A, & H parti B, & Z parti C. et, quia magnitudines sunt indiuisibiles, motus erūt indiuisibiles. Et, cū declarauit quod, cū magnitudo fuerit cōposita ex indiuisibili, ꝙ motus erit cōpositus ex indiuisibili, declarauit etiam ꝙ, cum motus fuerit indiuisibilis, res mota etiam erit indiuisibilis, s. K.

Cū componens & cōpositum magnitudinis. Idem 6. Phy. & 88. Met. Phy. & 2. de cœlo. 62.

Si igitur, præsente motu, necesse est moueri quippiam, &, si mouetur quippiam, necesse est adesse motum, & mouens ipsum erit ex indiuisibilibus. Per A igitur motū est ipsum P, quo D motū est motu, B vero, quo ipsum E, & ipsum C similiter, quo F.

Si igitur necesse est, cum motus fuerit, vt aliquid moueatur, &, cum aliquid mouetur, vt motus sit, necesse est vt motum sit compositum ex indiuisibili. K igitur mouetur perfecte per A motu D, & per B motu H, & per C similiter motum.

Cum posuit ꝙ, cum fuerit motus, necesse est vt res mota sit, & iam posuerat quòd mota, quæ sunt super magnitudinem indiuisibilem, sunt indiuisibilia, sequitur vt isti motus indiuisibiles habeant rem motā. nam omnis motus fuentur in moto. &, quia isti motus sunt indiuisibiles, necesse est vt res mota sit indiuisibilis. impossibile enim est vt motum sit maius motu. Et induxit hunc sermonem in forma syllogismi hypothetici, & dixit Si igitur, &c. deest si igitur necesse est, cum fuerit

6

Impossibile est vt motum sit maius motu.

fuerit motus, vt res mota sit: et posuerimus motus indiuisibiles per magnitudinem indiuisibilem: & res mota non est maior motu, neq; magnitudine, per quam mouetur: necesse est vt res mota primo sit indiuisibilis. ex quo sequitur vt mota composita sint composita ex indiuisibilibus, s. mota nō primo. Deinde dedit exēplum, & dixit K igitur mouetur, etc. i. K igitur, quod est res mota, mouetur ꝙ A indiuisibile, quod est pars A C, motu indiuisibili, qui est pars D Z, s. motu D, & mouetur per B, quod est pars magnitudinis motu H, & mouetur per partem indiuisibilem, quæ est C, motu indiuisibili, quod est Z K. igitur quod est res mota, necessario est indiuisibilis.

Si igitur necesse est id, quod mouetur alicunde aliquo, non simul moueri, & motum eē, quo mouebatur, qm̄ mouebat: (vt, si Thebas quis it, impossē est simul ire Thebas, & iuisse Thebas:) ꝙ A igitur impartibile motum est ipsum P, quatenus D motus aderat. Quare, si posterius quidem transiuit, q̄ transibat, diuisibile vtiq; * erit. cum. n. transibat, neq; quiescebat, neq; trāsierat, sed in medio erat. Si autem simul transit, & transiuit, id, quod proficiscitur, cum proficiscitur, profectum eò erit, & motum, quò mouetur.

v.l. erit A.

Si igitur necesse est in moto de vbi in vbi, vt non insimul moueatur, & iam sit motum ad illud, ad quod mouebatur: v. g. quoniam si aliquis ambulat ad aliquam ciuitatem, impossibile est ut insimul ambulet ad illam ciuitatem, & iam ambulauit ad illam ciuitatē: & in moto K, per spatium A, quod non habet partem, fuit motus existens, s. D. Ergo necesse est, si motum non pertransit spatiū, nisi postquam mouetur per illud, vt sit diuisibile. quoniam, dum mouetur per illud spatiū, impossibile est vt sit quiescens, aut pertranseat illud, sed est in dispositione media. Et, si insimul sunt pertransire, & pertransiisse, tūc ambulans, dum ambulat, iam ambulauit, & peruenit ad illud, quod intendebat, & mouebatur ad illud, quò mouetur.

Motū. s. esse indiuisibile, & quod sit in indiuisibili. & ex his in indiuisibile. & in eo diuidi.

7 Cū declarauit ꝙ, cum magnitudo fuerit indiuisibilis, necesse est vt motus sit indiuisibilis, et motio, s. passio sit indiuisibilis, & fiat motum, cū causa cōtinuationis motus est continuatio magnitudinis, incœpit declarare impossibile, quod accidit ex hoc, ꝙ motum sit indiuisibile, et per magnitudinem indiuisibilē, & dixit Si igit, &c. i. si igitur necesse est vt in oi motu de loco in locum vt non insimul moueat, & perficiat motum, & perueniat ad locū, quo mouebatur, dum mouetur: qm̄ motus inuenitur, anteq̄ motus perficiatur. Et, cū posuit ꝙ impossibile est vt res mota moueat insimul, & ꝙ iam perfecit motum, s. ꝙ in eodē instanti sunt vera hæc duo: nam instans, in quo mouetur per magnitudinem est aliud ab instāti, in quo perficit motus: dedit exemplum de hoc, & dixit v. g. &c. i. qm̄ instans, in quo dī ambulare, est aliud ab instanti, in quo dī ambulasse. Et, cum posuit hanc propositionē, quę est manifesta per se, contingit et propositionē, quā intendebat destruere, & dixit & in moto K, &c. i. &, cum declaratum est ꝙ impossē est vt res mota insimul pertranseat spatium, & ꝙ iam pertransiuit ipsum, & tunc positum ꝙ motum K, quod est indiuisibile, per spatiū A, quod est indiuisibile, habet motū existens, s. Z, qui est pars motus D H Z, ergo necesse est vt illud spatium sit diuisibile, quod est contra positum: ergo impossē est vt motus indiuisibilis sit per spatium indiuisibile. Et, cum posuit in hoc sermone ꝙ qm̄ K mouetur per spatium A B C, quod est compositū ex magnitudinibus indiuisibilibus, quod habet motum per partē A indiuisibilem, & pōt aliquis dicere ꝙ K non habet motū existentem, nisi per totā magnitudinem, non per partes, incœpit declarare ꝙ, cum fuerit motum per totam magnitudinem, sequi vt habeat motum per vnamquāq; partium, & dixit qm̄ dum mouet, &c. i. & necesse est vt motū K habeat motū existem ꝙ vnāquāq; illaꝝ partiū indiuisibilium. qa motū K, dū mouet per illud spatium, quod est A B C, impossē est vt quiescat in vnaquaq; illaꝝ partium. sed necesse vt moueat per vnamquāq; earum. motum. n. dum mouetur, non est in eo ex quo, neq; in eo ad quod, sed sicut dixit, inter vtrūq;. Et, cum declarauit ꝙ motum indiuisibile per vnamquāq; partium indiuisibilium facit motum, dixit Et, si insimul, &c. i. si igitur illud motum mouebitur per vnamquāq; istarum partium indiuisibiliū, necesse est sim hoc, ꝙ vnaquæq; earum sit indiuisibilis, vt insimul pertranseat, & ꝙ iam pertransiuit. i. ꝙ in trans, in quo dicitur ipsum pertrāsire eam, sit idem cū instanti, in quo dicitur ipsum pertransiisse. & hoc sequitur nēcio propter hoc, ꝙ magnitudo, & motꝰ sunt indiuisibiles. Deinde induxit inopinabile, quod est in hoc, & dixit Et, si insimul, &c. i. ex quo sequitur vt ambulans dicatur vere iam ambulasse in loco, in quo ambulat, & in loco, in quo vere dicitur iam ambulasse, dicatur vere ambulare. & sic motus eius erit otiosus. qm̄, si homo, quando ambulat ad balneum, est in balneo, motus eius est otiosus: & similiter, si ambulat ad balneum, quando est in balneo.

Motū. s. esse indiuisibile, & quod sit in indiuisibili. & ex his in indiuisibile. & in eo diuidi.

Si vero per totum A B C moueatur aliquid, & motus, quo mouetur, est D E F, per ipsum autem A impartibile nihil mouetur, sed motum est, erit vtiq; motus non ex motibus. sed ex momentis, & motum esse aliqd non motum. A enim trāsiuit non transiens. quare erit aliquid transisse nunquam transiens. hoc enim transiuit, non transiens hoc.

Et, si aliquid mouetur per spatium A B C, motus, quo mouet est D H Z, sed nihil mouetur oino per aliquid, quod non habet partē, & est pars A, sed iam mouebatur. motus igit erit cōpositus non ex motibus, & aliqd moueī, & iam mouebaī absq; eo, ꝙ semper mouebaī. iam. n. pertrāsiunt per spatium A, absq; eo, ꝙ sit ens. erit igit aliquid, quod iam ambulauit, absq; eo, ꝙ in omni hora ambulabat. iam. n. ambulauit per hoc spatium, absq; eo, ꝙ fuit ambulās in hoc spatio, ideſt in omni, quod innatum est moueri.

Cum induxit impossibile, quod sequitur ex hoc, ꝙ motum indiuisibile habeat motum per vnamquamq; partium indiuisibilium, & aduertarius forte non concedit hoc, licet iam declarauit ipsum, inco procedere impossibile, quod sequitur, si nō fuerit motū per vnamquāq; earū, & est illud, quod sequit ex quare. cōiungit

enim ei, vt motus per magnitudinem indiuisibilem sit compositus ex finibus motuum, nõ ex motibus: & est aliud impoſſe: aut concedit ꝙ mouetur per vnãquãq; partium: & tunc contingit impoſſibile prædictum, & dixit Et, ſi aliquid mouetur per ſpatium, &c. i. &, ſi poſuerimus ꝙ aliquod idiuiſibile mouetur per totum ſpatium A B C, abſcq; eo, ꝙ mouebaſ per vnãquãq; partium idiuiſibilium A B C, ſequitur vt motus per hãc totam magnitudinem ſit compoſitus ex motibus D H Z. D.d. ſed nihil oĩno mouetur, &c. i. &, cum motus per totam magnitudinem A B C fuerit compoſitus ex motu, qui eſt per magnitudinem A, & per magnitudinem B, & per magnitudinẽ C, & nihil oĩno mouetur per aliquid, quod non hẽt partẽ, ſed non vere dr̃ de illo, quod mouet in vnaquaq; iſtarũ partium indiuiſibiliũ, niſi ipſum tam fuiſſe, i. perficere motum, & quieſcere non moueri, ex quo ſequi vt motus, qui eſt per magnitudinem compoſitã ex idiuiſibilibus, ſit compoſitus ex vltimis motuum, non ex motibus, ſed ex quietibus. & ſm hoc erit aliquid, quod iam mouebaſ, abſcq; eo, quod prius mouet. Et intendebat hoc, cũ dixit & erit aliqd motũ, & iam mouebaſ, &c. i. contingit. n. in moto per magnitudinẽ A idiuiſibilem vt moueaſ per illam abſcq; eo, ꝙ in alta hora tuiſſet ad ipſam. D. induxit exemplum impoſſibilitatis in hoc, et dixit erit igitur aliquid, &c. ſequitur. n. ex hac poſitione vt ſit aliquid, quod iam ambulauit per aliquod ſpatium abſcq; eo, ꝙ in aliqua hora eſſet ambulans ad ipſum, quod eſt valde impoſſibile. D.d. ſed in oĩ, quod innatum eſt moueri, &c. & hoc neceſſe eſt in oĩ, quod innatum eſt moueri, ſ. vt non vere dicatur ꝙ iam eſt motum, niſi poſtquam mouetur, ſ. ꝙ hoc eſt inopinabile in omni, quod innatum eſt moueri, ſ. dicere ꝙ iam eſt motum, abſcq; eo, ꝙ prius mouebatur.

Inopinabile i. eo qd ait ẽ mouẽ. i. ſi eſt innatus moueri, qd prius non mouebatur.

Si igitur neceſſe eſt oĩ, aut quieſcere, aut moueri, quieſcit ſane in vnoquoq; eorum, q̃ ſunt A B C. quare erit aliquid, quod continue quieſcit ſimul, & mouetur. per totũ. n. A B C mouebatur, & quieſcebat ſecũdum quamlibet partem, quare & per totum. Et, ſi indiuiſibilia quidem D E F motus ſunt, motu præſente, continget vtique non moueri, ſed quieſcere. ſin vero nõ ſunt motus, motũ non ex motibus eſſe.

Si igitur neceſſe eſt in quolibet, aut vt ſit quieſcens, aut vt moueatur, ſequitur vt ſit quieſcens in unaquaq; partium A B C. ex quo ſequitur vt aliquid ſit inſimul continue quietum, & moueatur. quoniam eſt motum in toto ſpatio A B C, & quieſcens in unaquaq; partium, ergo ẽ quieſcẽs in toto. Et, ſi partes motus D H Z indiuiſibiles ſunt motus, poſſe eſt ut motus ſit, & nihil moueaſ, ſed eſt quieſcens. &, ſi nõ fuerit motus, poſſe eſt ut motus non ſit cõpoſitus ex motibus.

9 Hic congregat p̃dicta, et vult inducere impoſſibile, quod ſequitur ex oĩbus diuiſionibus, qbus vſus eſt in deſtructione eius, quod motus ſit indiuiſibilis, aut cõpoſitus ex indiuiſibil. Et abbreuiatio iſtius ſyllogiſmi eſt talis. Si oĩs res neceſſe eſt vt ſit, aut quieſcẽs, aut mota, tunc motum K indiuiſibile per ſpatium A B C, quorum vnũquodq; eſt idiuiſibile, aut eſt motum per vnãquãq; partium A B C, aut quieſcens, & ſi K iam eſt motum, tunc impoſſe eſt vt moueaſ. qm̃, qñ aliquid fuerit in indiuiſibili, dr̃ iam eſſe motum. ex quo ſequitur vt aut inſimul moueatur, & iam eſt motum, aut vt ſit motum, abſcq; eo, quod prius mouebatur. & totum hoc eſt impoſſibile. Et, ſi non fuerit motum in aliqua hora p vnãquãq; partium A B C, neceſſe eſt vt ſit quieſcens in vnamquãq; earũ. qm̃, ſi innatum eſt moueri, & non mouetur, erit quieſcens. & ſic motus per magnitudinem A B C eſt compoſitus ex quietet & erit quieſcens in tota magnitudine, cum eſt quieſcens in vnaquaque partium. ſed poſitũ eſt ipſum moueri per totã magnitudinem. quod eſt inconueniens. Et, cum declarauit impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, ꝙ motum ſit quieſcens in vnaquaq; partũ magnitudinis idiuiſibilis, declarat impoſſe, quod ſequit ex hoc, ꝙ ſit motũ, & dixit Et, ſi partes motus D H Z, &c. i. impoſſe erit, vt motꝰ ſit ſine moto. impoſſe. n. eſt, vt motũ moueaſ p indiuiſibile, & vlr̃ per æquale ſibi, cũ fuerit diuiſibile, nedũ cum fuerit indiuiſibile. &, cum non fuerit motum, erit quieſcens. D.d. poſſe eſt vt ſit motus cõpoſitus nõ ex motibus, ſed aut ex quietibus, aut ex vltimis motuum. & totum hoc eſt impoſſibile. Et, cũ deſtruxit conſequẽs in hoc ſyllogiſmo, quẽ primo poſuit, dicentem ꝙ, ſi magnitudo fuerit indiuiſibilis, ꝙ motus erit indiuiſibilis, i. compoſitus ex indiuiſibil, concluſit oppoſitum p̃cedentis, & eſt ꝙ magnitudo non eſt compoſita ex indiuiſibili. Et iſte ſermo componitur ex ſyllogiſmis hypotheticis, quorũ Primus eſt, Quòd, ſi magnitudo fuerit indiuiſibilis, motus erit indiuiſibilis. Secundus autem eſt, Quòd, ſi motus fuerit indiuiſibilis, motum erit indiuiſibile. Tertius vero eſt, Quòd, ſi motum fuerit indiuiſibile, tunc motum inſimul iam eſt motum, & mouetur, aut motus erit compoſitus ex quietibus.

Quod ẽ inatũ moueri, & non moueri, de neceſſitate geſtat.

Abbreuiatio totꝰ ſermonis.

Perinde autem neceſſe eſt atq; lõgitudo, motusq;, indiuiſibile eſſe tempus, componiq; ex ipſis nunc, & his quidem indiuiſibilibus. ſi enim omnis diuiſibilis eſt, in minori autem tempore æque velox tranſibit minus, diuiſibile erit & tempus. ſi autem tempus diuiſibile eſt, in quo fertur aliquid per A, & A erit diuiſibile.

Et ad modum longitudinis, et motus neceſſario ſequitur vt tẽpus ſit indiuiſibile, & cõpoſitum ex inſtantibus, quæ ſunt indiuiſibilia. ſi igitur hoc fuerit diuiſibile, & illud, quod eſt æqualis velocitatis, pertranſit in minori tempore per minus ſpatiũ, tunc tempus erit diuiſibile. &, ſi tempus, in quo illud moueſ per ſpatium A, fuerit diuiſibile, tunc ſpatium, quod eſt pars A, erit diuiſibile.

Cum declarauit ꝙ magnitudo non eſt indiuiſibilis: qm̃, ſi fuerit indiuiſibilis, motus erit indiuiſibilis: &, ſi motus erit indiuiſibilis, motus non erit: incœpit declarare ꝙ iſte declarabitur & ex tpe etiam. ſ. ꝙ cum fuerit poſitũ ꝙ magnitudo eſt indiuiſibilis continget in tempore illud, quod contingit in motu, ſ. vt ſit indiuiſibile. ex q̃ accidit vt nõ ſit velocius, & tardius, vt poſt dicet. Et hoc intendebat, cũ dixit Et ad modũ, &c. i. &, ſicut cõtingit in lõgitudine, & motu ꝙ, ſi lõgitudo fuerit indiuiſibilis, ſequit vt motus ſit indiuiſibilis, ſiſ cõtingit in lõgitudine, & tpe, ſ. ꝙ, cũ longitudo, p quã eſt motus, fuerit indiuiſibilis, ſequit vt tẽpus ẽt ſit idiuiſibile, i. compoſitum ex inſtantibus, quæ ſunt indiuiſibilia.

ſibilia. Et, cum narrauit ꝙ, cũ magnitudo fuerit cõpoſita ex indiuiſibilibus, ſequitur vt tempus ſit cõpoſitum ex indiuiſibilibus, incœpit declarare qũo ſequitur, ꝙ, ſi alterum fuerit diuiſibile, reliquum erit diuiſibile, qm̃ hoc declarato declarabit̃ contrarium, & d. ſi igit̃ fuerit diuiſibile, &c. i. ſi igit̃ magnitudo, per quam eſt motus, fuerit diuiſibilis, & ẽ notum per ſe, ꝙ illud, quod eſt æqualis velocitatis, ſi pertranſit p aliquã magnitudinem in aliquo tpe, neceſſe eſt vt ptranſeat per quandã partẽ illius magnitudinis in quodã illius tpis. qm̃, cum magnitudo fuerit diuiſibilis, neceſſe eſt vt tẽpus ſit diuiſibile. nã, cum poſuerimus magnitudinem diuiſibilem, p quam moueꝰ idem motũ in aliquo tpe, poſſe eſt ut moueaſ p medietatẽ illius ĩ medietate illius temporis: & ſic tempus diuidetur neceſſario. Et, cum dixit & illud, quod eſt æqualis velocitatis, pertranſit, &c. intendit conuerſum. ſ. ꝙ illud, quod eſt æqualis velocitatis, pertranſit ſpatium minus in tempore minori. & propter hoc verificabitur ꝙ, cum magnitudo diuiditur, tempus diuiditur. Et forte erat error in ſcriptura. qm̃ in libro Alexan. inuenimus loco iſtius, & in minori æqualis motus pertranſit minus. i. & in minori magnitudine illud, quod eſt æqualis motus, ptranſit per tempus minus. Et forte, cum declarauit ꝙ, cũ magnitudo fuerit diuiſibilis, tẽpus erit diuiſibile, declarauit etiam conuerſam, quod intendebat, ſ. ꝙ, cum tempus fuerit diuiſibile, magnitudo erit diuiſibilis. & hoc manifeſtum eſt ex hoc. qm̃, cum motum, quod eſt æqualis velocitatis, mouetur per aliquam magnitudinem, cum diuidit tempus, diuidit magnitudinem. &, cum declarauit ꝙ, ſi tempus fuerit diuiſibile, magnitudo erit diuiſibilis, fuit declaratũ ꝙ, ſi magnitudo fuerit indiuiſibilis, tẽpus erit indiuiſibile. qm̃ deſtructo cõſequenti ſequit̃ oppoſitum p̃cedentis. & in hoc capitulo intendebat declarare habitudinẽ, quæ eſt inter ſpatiũ, & tempus, ſicut eſt diſpoſitio inter ſpatium, & motũ.

Caput Secundum. Ad diuiſionem magnitudinis ſequi diuiſionem temporis, & econtra.

Quoniam autẽ omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt: (oſtenſum. n. eſt ꝙ impoſſibile eſt ex indiuiduis aliquod continuum eſſe: magnitudo aũt oĩs continua eſt:) neceſſe eſt velocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori plus moueri: ſicut definiũt quidã ipſum velocius. Sit. n. ipſum, in quo A, eo, ĩ quo B, velocius. qm̃ igitur velocius eſt id, quod prius mutatur, in quo tempore ipſum A mutatũ eſt ab ipſo C in ipſum D, veluti in tẽpore F G, in hoc, ipſum B nondum erit iuxta ipm̃ D, ſed citra erit. quare in æquali tẽpore plus tranſit ipſum velocius.

Et, cũ oĩs magnitudo eſt diuiſibilis in magnitudines: nã declaratum eſt ꝙ impoſſe eſt vt magnitudo componaſ ex indiuiſibilibus: & oĩs magnitudo eſt cõtinua: neceſſe eſt vt velocius in æquali tpe cũ motu tardiori p maius, & in minori tpe moueaſ p maius, & ẽt in minori tpe p æquale: vt qdam determinãt velocius. Sit igr̃ A velocius, q̃ B. qm̃ velocius eſt illud, quod citius mutaſ, & tẽpus, in quo mutaſ A de C in D, & ſit Z H, non põt in eo B peuenire ad D. ergo in æquali tẽpore velocius ptranſit p maius ſpatium.

Demonſtratio, ꝙ mobile velocius mouetur ĩ æquali tempore p maiorẽ magnitudinem, q̃ mobile tardius.

Literam K in Auerrois tantũ cõmento inuenies.



Cum declarauit ꝙ magnitudo, & tẽpus conſequuntur ſe in diuiſibilitate, & in indiuiſibilitate, intẽdit declarare quòd per velocius, & tardius, quæ tunc inſunt in motu, apparet ꝙ tempus eſt diuiſibile, et quod magnitudo eſt diuiſibilis ſemper, & qui auferꝰ diuiſibilitatem à tempore, & à magnitudine, auferꝰ velocitatem & tarditatem, ſ. ponit velocißimũ, quo nihil eſt velocius, & tardiſſimum, quo nihil eſt tardius, & dixit Et, cum omnis magnitudo diuiſibilis in magnitudinem, i. diuiſibilem. D.d. nam declaratũ eſt, &c. i. qm̃ omne compoſitum diuiditur in ea, ex quibus cõponit̃ eſt declaratum ꝙ impoſſe eſt vt aliqua magnitudo cõponatur ex indiuiſibilibus: manifeſtum eſt ꝙ oĩs magnitudo diuiditur in magnitudinem, i. diuiſibilem: qm̃ non eſt illic, niſi diuiſibile, aut indiuiſibile. Et, cum poſuit ꝙ oĩs magnitudo diuiditur in magnitudinem diuiſibilem, dixit & oĩs magnitudo eſt cõtinua. i. ſequitur ex hoc ꝙ oĩs magnitudo diuidat in cõtinuã. Et, cũ poſuit ꝙ oĩs magnitudo diuiditur in continuã, loco p̃cedentis in hoc ſyllogiſmo induxit conſequens, & dixit neceſſe eſt vt velocius, &c. i. &, cum magnitudo diuidat̃ ſemper in diuiſibile, & tẽpus, ſequit̃ vt velocius, & tardius ſit, vt quidam determinãt. Velocius. n. dicitur in reſpectu tardioris: et eſt illud, quod pertranſit in tẽpore æquali temporis ptranſitus tardioris maius ſpatiũ. imo pertranſit maius ẽt in minori tpe, & ẽt pertranſit æquale. Et intendebat p hoc ꝙ, cũ velocius hẽat has tres diſpõnes, manifeſtũ eſt ꝙ pertranſit ſpatium, per quod mouebat̃ tardius, in minori tpe, & pertranſit tardius in tpe æquali motu velocioris per minus ſpatium. Sequit̃ magnitudo non diuideret̃ in rem diuiſibilem, nõ eſſet poſſe, cum velocius moueret̃ p magnitudinem indiuiſibilẽ in aliquo tpe, vt moueret̃ tardius in illo tempore, qm̃ tunc diuideret̃ illud, quod non eſt diuiſibile: & ſic deſtrueret̃ definitio tardioris & eſt ꝙ mouet in tempore in quo mouebat velocius per ſpatium minus, & cũ deſtruit definitio velocioris, & eſt ꝙ mouet in tpe æquali p maiorẽ magnitudinẽ, & ſic non datur velocius, et hoc intelligit ex definitione velocitatis, et dixit

nori tempore per ſpatiũ maius: vt appareat ex eo magis ꝙ, cum minori tẽpore moueſ per ſpatium maius, quãto magis mouebit in eo per ſpatium æquale. Et, eum declarauit ꝙ, ponendo magnitudinem eſſe compoſitam ex diuiſibilibus, uerificabuntur definitiones, quibus definit velocius, & tardius, incœpit declarare hoc, & primo declarare ꝙ velocius pertrãſit in æquali tempore maius ſpatiũ, & dixit Sit igitur A. &c. i. ponant igit duo mota, ſ. A, & B, & ſit A velocius B, & moueat per ſpatiũ C D. &, ꝙa velocius, ſ. A, peruenit ad D in minori tpe, q̃ tempus, in quo puenit B, quod eſt tardius, quod eſt velocioris trãslationis, ſit hoc tẽpus Z H. et manifeſtũ eſt ꝙ in hoc tpe nõ puenit tardius de C ad D, ergo nõcio mouebit per min⁹ ſpatiũ, q̃ ſpatium C D. ſit igit C K. ergo velocius eſt illud, quod ſemp mouetur in æquali tempore per ſpatiũ maius, & tardius per ſpatiũ minus. Et, cũ declarauit hoc p exemplũ, incœpit declarare ẽt ꝙ in minori tempore mouet per maius ſpatium: & eſt ſecũda demõſtratio.

At vero & in minori plus. In quo enĩ ipſum A fuit iuxta ipſum D, ipſum B tardius exiſtens erit iuxta E. ergo, quoniam ipm A iuxta ipſum D fuit toto in tempore F G, iuxta ipſum H erit in minori iſto. & ſit in F K. ipſum igitur C H, quod trãſiuit ipſum A, maius ẽ ipſo C E. tempus autẽ, quod ẽ F K, minus eſt toto F G. quare in minori tranſibit maius.

Et etiam in minori tempore ptranſit maius. Ponat igitur ꝙ in tẽpore, in quo A peruenit ad D. peruenit B, quod eſt tardius ad K. &, quia A peruenit ad D in toto tempore Z H, peruentus ergo eius ad T erit in minori tẽpore. ſit igit in tpe Z L. B igitur pertranſit C K in tẽpore Z H, & A pertranſit C T in Z L, ergo illud, quod ptrãſit A, eſt maius q̃ C K. & tps Z L eſt minus, q̃ totum Z L H, ergo ĩ minori tpe pertranſit maius.

Demonſtratio, ꝙ mobile velocius pertranſeat maiorẽ magnitudinem in minori tpe, quam tardius mobile.

F. Z K. L Tempus G. H



Vult declarare etiam per exemplum qũmodo ſequitur quòd omne velocius pertrãſeat in minori tempore ſpatium maius, ponendo quòd velocius eſt A, & tardius B. & velocius mouetur per longitudinem C D in tempore Z H. tardius igitur, ſcilicet B, pertranſit in hoc tempore dimenſionem minorem, quàm C D. ſit igitur C K. & ponam⁹ igitur quòd velocius, quod mouetur per longitudinem maiorem C K minore C D. & ſit longitudo C K T. manifeſtum eſt igitur quòd pertranſibit illam in minori tẽpore, quàm tempus, in quo pertranſiuit totum C D, ſcilicet tempus Z H. ſit igitur hoc tempus Z L. ergo A velocius pertranſit in tempore Z L, quod eſt minus tempore Z H, ſpatium C K T, quod eſt maius in ſpatio K C, quod pertranſiuit tardius in tempore Z L H, maius. & hoc intendebat declarare, cum dixit ergo peruentus eius ad T. &, cum intendit peruentum A de C ad T, quod eſt politum inter K, & D, ita, ꝙ magnitudo C K ſit maior K T, & minor C D, & pertranſitus eius in illa erit in minori tempore, quàm ſit tempus, in quo velocius peruenit de C ad D, & tardius de C ad K. & ſermo reſiduus eſt manifeſtus. Et ex hoc manifeſtũ eſt, ꝙ neceſſe eſt vt magnitudo diuidatur ſemper in diuiſibilia: quemadmodum, cum fuerit poſitum quòd magnitudo eſt talis, ſequitur vt velocius, et tardius ſint talia. Sed prima conſecutio eſt conſecutio præcedentis ex poſteriori, Secunda vero eſt poſterioris à priori, & ideo in hac declaratione non eſt contrarietas, vt exiſtimant quidam.

Hic cõmẽtator inuit apte dari regreſſum, vide cõſiſe. 8. Ph. c. et ldẽ hẽ hic infra. cõ. 15 & 1. de Aia. c. 11.

Manifeſtum autem eſt ex his & quòd ipſum velocius in minore tempore tranſibit æquale. Quoniam enim maiorem in minori tranſit, quàm id, quod tardius eſt, ipſum aũt ſecũdum ſeipſum acceptum in pluri tempore maiorem minori, vt eam, quæ eſt L M, ea, quæ eſt L O, maius vtiq; erit tẽpus Q R, in quo L M trãſit, quàm tempus Q S, in quo lineam L O. quare, ſi tẽpus Q R minus eſt tẽpore Q Y, in quo id, quod tardius eſt, tranſit lineam L O, & tempus Q S minus erit eo, in quo Q Y. nam tempore Q R minus eſt. quod autem minore minus eſt, & ipſum minus eſt. quare in minori mouebitur per æquale.

Et apparet etiam ex hoc, ꝙ velocius in minori tẽpore pertranſit ſpatium æquale. Qm̃, cum pertranſit ſpatium longius in minori tempore, q̃ ſit tempus, in quo pertrãſit illud tardius, cum accipitur per ſe, tunc pertranſibit ſpatium longius in maiori tẽpore, quàm tempus, in quo pertranſiuit breuius ſpatiũ. verbi gratia ꝙ ſpatium L M eſt lõgius ſpatio L N, & tempus Z H, in quo pertranſit ſpatium L N, eſt maius tempore Z Q, in quo pertranſit ſpatium L M. ex quo ſequitur, ſi tempus Z Q fuerit minus tempore Z H, in quo tardius pertranſit ſpatium L N, vt Z F ſit minus tempore Z H. qm̃ eſt minus tẽpore Z Q. & quod eſt minus minore, eſt etiã minus. ergo neceſſe eſt vt moueatur in tempore minori æqualiter.

Demonſtratio

Demonſtratio, quòd mobile velocius moueatur per æqualem magnitudinem in minori tẽpore, quàm mobile tardius.

Q. Z S. F Tempus R. Q Y. H



Quæ ſuit ſtæ duæ ſtræ O, & N ſint ſatis remotæ pria tñ prio, ſecũda vero tecũdo textui deſerunt.

Vult etiam declarare ꝙ velocius pertranſit in tempore minori ſpatium æquale. Qm̃, cum pertranſit in tẽpore minore ſpatium maius, q̃ illud, quod pertrãſit tardius, neceſſe eſt vt pertranſeat ſpatium, quod pertranſiuit tardius in minori tpe, q̃ tempus, in quo pertranſiuit maius ſpatiũ: & qđ eſt minus minore, eſt minus neceſſario. Et dixit Qm̃, cum pertrãſit, &c. i. qm̃, cũ velocius pertranſit longius ſpatium in minori tpe, q̃ tps, in quo pertranſiuit illud tardius, vt declaratũ eſt, tunc, cum velocius accipitur per ſe, & fuerit conſyderatum qũo pertranſit vtrũq; ſpatium, ſ. ſpatiũ, quod pertranſit tardius, & ſpatium, quod eſt maius illo, ſm ꝙ velocius pertranſit in minori tpe, tunc pertranſibit ſpatiũ, quod eſt maius, in tpe maiori tpe, in quo pertranſiuit ſpatium breuius, ſ. ꝙ quod mouebatur tardius. et, quia maius iſtor⁹ duor⁹ tẽpor⁹ eſt minus tpe, in quo tardius pertranſit illud ſpatium terminatũ, manifeſtum eſt ꝙ minus tempus tpe maiori, & eſt illud, in quo pertrãſit velocius breuius ſpatium, ſ. ſpatium, per quod mouetur tardius, eſt minus multum, q̃ tempus, in quo ptrãſit illud tardius. D. d. ver. g. &c. ideſt ponatur igitur ſpatium L M, longius ſpatio L N, & ponatur tẽpus Z H, in quo tardius pertranſit ſpatium L N, & tempus Z Q, in quo velocius pertranſit ſpatium L M, maius, & minus, q̃ tempus Z H, vt prius declaratum eſt. Et, cũ poſunt duo ſpatia inæqualia, & poſuit quòd velocius mouetur per maiorem lõgitudinem in minori tempore, q̃ ſit tempus, in quo moueſ tardius per minorem longitudinem, et accepit loco ſpatij maioris L M, & minoris L N, & loco temporis maioris Z H, & minoris Z Q, dixit ex quo ſequitur, ſi tempus Z Q, &c. i. ſequitur ergo, ſi tẽpus Z Q, in quo velocius mouetur per maiorem magnitudinem, quæ eſt magnitudo L M, fuerit minus tẽpore Z H, in quo tardius mouetur per minorem magnitudinem, ſcilicet per ſpatium L N, vt tempus, in quo velocius mouetur p minus ſpatium, ſcilicet L N, & ſit tẽpus Z F, ſit minus multum, q̃ tempus, in quo tardius pertranſiuit hoc ſpatium. ſ. minus: & eſt tempus Z H. quia neceſſario erit minus tempore Z Q. cum idem motum mouetur per minus ſpatium in minori tempore, ergo tempus Z F, in quo velocius mouetur per ſpatium, per quod mouetur tardius, eſt minus neceſſario tempore, in quo mouetur per magnitudinem maiorem hac magnitudine: & iam poſuimus ꝙ iſtud tempus eſt minus tempore, in quo tardius mouetur per minorem magnitudinem: ergo tempus, in quo velocius mouetur per minorem magnitudinem eſt minus multum, q̃ tempus, in quo tardius mouetur per hanc magnitudinem. D. d. ſequit igitur vt moueatur in minori tempore æqualiter. i. declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ poſſibile eſt in velociori, vt pertranſeat ſpatium æquale ei, per quod tardius mouetur in tempore minori. & hoc intendebatur.

Amplius autem, ſi omne neceſſe quidem eſt aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidem, quod in pluri, tardius eſt, quod autẽ in æquali æque velox, velocius autem, neq; æque velox eſt, neque tardius, neq; vtiq; in æq̃li, neq; in pluri mouebitur ipſum velocius, relinquitur igitur in minori. quare neceſſe eſt æqualem magnitudinem in minori tempore trãſire id, quod velocius eſt.

Et etiam, ſi omne motũ neceſſe eſt vt moueatur, aut in tempore æquali, aut in minori, aut in maiori, & illud, quod moueſ in tempore æquali eſt æquale i velocitate, & velocius nõ eſt æqualis velocitatis, neque tardius. im poſſibile eſt vt velocius moueat in æquali, aut in maiori tẽpore. ergo remanet vt velocius tranſeat in minori tempore.

Hęc eſt alia declaratio, quod velocius pertrãſit ſpatium æquale in minori tempore. & compoſito eius eſt talis. Quælibet duo mota, quæ pertranſeunt idem ſpatium, quorum alterum eſt velocius reliquo, neceſſe eſt vt velocius pertranſeat illud ſpatium, aut in æquali tẽpore tempori pertranſitus tardioris, aut in minori, aut in maiori: ſed impoſſibile eſt vt velocius pertranſeat illud in maiori tempore, quoniam illud, quod mouetur in maiori tempore, eſt tardius: & ſimiliter etiam eſt impoſſibile vt pertranſeat illud in æquali tempore &, cũ velocius nõ mouetur per illud ſpatium in maiori tpe, neq; in æquali, neceſſario mouetur in minore.

Quoniam autem omnis qdem motus in tẽpore eſt, & in omni tempore poſſibile eſt moueri: omne autem, quod mouetur, poteſt & velocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipſum velocius moueri, & tardius. His autem exiſtẽtibus, neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico autem continuum id, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. talí enim ſuppoſito continuo neceſſe eſt continuum eſſe tempus.

Oẽ qđ mouetur, poſſ̃ eſſe velocius mouer. & tardiꝰ.

Et, quia omnis motus eſt in tempore, & in omni tempore poteſt eẽ motus: & omne motum poſſibile eſt vt moueatur velocius, & tardius: ergo in omni tempore eſt motus tardior, et velocior. Et, cum ita ſit, neceſſe eſt vt tempus ſit cõtinuum. Et intelligo per continuum diuiſibile ſemper in diuiſibile. con-

tinuum

tinuum enim cum tali modo est positum, ne cesse est vt tempus sit continuum.

Cum prius declarauit ꝙ, si magnitudo fuerit diuisibilis in infinitum, ꝙ velocius, & tardius inuenientur in infinitum, vult declarare ecōuerso, & est illud, quod intēdit in hoc sermone: et est quòd, ex hoc, ꝙ uelocius, & tardius pertranseūt in infinitum, sequitur quòd magnitudo semper diuidetur in diuisibile: & prius declarauit ꝙ, si magnitudo fuerit diuisibilis, quòd velocius, & tardius erunt diuisibilia in infinitum, quia diuisibilitas magnitudinis est causa in diuisibilitate velocitatis, & tarditatis in infinitum, & velocitas, & tarditas sunt signa diuisibilitatis: & signa demonstratiua sunt illa, quæ conuertuntur cum suis causis, s. quòd, cum ponatur causa, sequetur signum, & econuerso: & ideo incepit primo declarare consecutionem signi ex cā, deinde cōsecutionē causæ ex signo, & dixit Et, quia declaratum est quòd omnis motus est in tempore: & est manifestum per se ꝙ in omni tempore pōt esse motus: & ꝙ oē motū aliquo motu pōt moueri velocius illo motu posito, & necessario cadet in aliqua parte illius tpis: &, cū hoc fuerit positū, s. ꝙ in oi tpe pōt esse motus velocior motu posito, ita, ꝙ sit in parte illius tpis: necesse est vt tps sit continuum. Qm autem oīs motus est in tpe, declaratum est in sermone de tpe. qm in omni motu est prius, & posterius: & prius, & posterius sunt in tpe: ergo oīs motus est in tēpore. & hoc declarabitur post. & induxit hanc ppōnem, s. ꝙ omnis motus est in tpe. & non est contentus hac cōclusione, quam intēdebat per duas propositiones, quæ, vt vī, sufficiunt ad illam conclusionē, s. dicentes ꝙ in oi tpe pōt esse motus: & ꝙ oīs motus potest esse velocior, & tardior. qm ex hoc sequitur ꝙ in oi tpe pōt esse motus velocior, et tardior. sed quia potest aliquis dicere, ēt si concedamus ꝙ in omni tpe pōt esse motus velocior: sed ille motus velocior cadet non in oi tpe, sed in instanti: ō indiget cōuersione, s. ꝙ oīs motus est in tempore. [a] Et quæritur de hac ppōne, dicente ꝙ omne motū pōt moueri motu velociori suo motu. Nam declaratū est ꝙ motꝰ motorum naturalium est terminatus in velocitate, & tarditate: & cœlū impossibile est vt sit velocius, [b] vt post declarabitur ergo, ꝙ positio, quę ponitur hic possibilis, est impossibilis. Ad hoc aūt dicamus, ꝙ omne motum, fm ꝙ est motum, possibile est vt moueatur motu velociori suo motu, fm ꝙ est motus. Et causa hoc est, qm motus est de cōtinuo, & velocitas, quæ est in motu, est fm suā similitudinem cōtinuo. Quē admodum igitur diuisibilitas procedit in continuo in infinitū, sic velocitas in motu, qm, si velocitas staret in motu, fm ꝙ est motus, esset possibile motum fieri in instanti. & forte propter hoc dixit prius ꝙ oīs motus est in tpe. & si ista ppositio est possibilis per se, impossibilis paceidens, s. quia accidit motui, quod fuit in rebus naturalibus, s. materialibus. Cū igit cōuincta fuerit hæc ppositio, ꝙ, in qua dubitatur, & concludet impossibile, tunc ꝙ illa impossibilis nō sequet ex posita, fm ꝙ est possibile. [c] Alexander respondet huic quæstioni duobus modis. Primo, ꝙ corpora cœlestia, fm ꝙ motꝰ eorum est voluntarius, possunt moueri velocius, et si non moueatur. quemadmodum bona possunt moueri ad non bonum, licet non moueantur. Secunda responsio est quòd ista possibilitas nō pendet à motu, sed à motu. omnis enim motus positus in aliquo motu possibile est, vt imaginetur in alio motu velociori, & tardiori, & hoc impossibile est in eodem motu, cum motus omnis motu est terminatus. Nos autem dicamus quòd hæc est responsio Eudemi. & est considerandum in hoc, ꝙ dixit corpora cœlestia possunt moueri velocius. Et, cum potuit hanc propositionē, incœpit declarare quo accidit, si tēpus & magnitudo fuerint composita ex indiuisibilibus, vt velocitas & tarditas non procedant in infinitum, & dixit continuum enim, cum fuerit tale, necesse est vt tempus sit continuum, idest qm, cum cōtinuum ponatur hmōi, & tēpus etiam fuerit huiusmodi, sequitur vt tempus sit continuum.

Quoniam enim ostensum est ꝙ velocius minori tpe transibit æquale, sit id quidem, in quo A, velocius, id aūt, in quo B, tardius, & sit motū id, quod tardius est, per magnitudinē, in qua C D, in tempore F G, manifestum est igit, ꝙ velocius in minori, q̄ hoc, mouebitur per eandem magnitudinē: & sit motū in tempore F H. Rursus autē, quoniā id, quod velocius est, in tempore F H transiuit totam lineam C D, ipsum tardius in eodem tempore minorem trāsibit. sit igitur, in qua C K. Quoniam autem ipsum tardius, quod est B, in tempore F H ipsam C K trāsiuit, id, quod velocius est, in minori trāsibit. quare iterum diuidetur tempus F H. hoc autem diuiso, & magnitudo C K diuidetur secundum eandem rationem. si vero magnitudo, & tempus. et semper hoc erit, accipiētibus post uelocius tardius, & post tardius velocius, & eo, quod demonstratum est, vtentibus. diuidet enim id, quod est velocius, tempus, tardius autem longitudinem. Si igitur semper quidem verum est conuerti, conuerso autem, semper fit diuisio, manifestum est quòd omne tempus continuum est.

Quoniam, cum declarauimus quòd velocius pertransit in minori tēpore æqualiter, sit A velocius, et B tardius, et moueatur tardius per mensurā C D in tempore Z H, manifestum est igitur ꝙ velocius in minori, hoc tempore mouebitur per hanc mensurā. moueatur igitur in tempore Z T. Et etiam, ga velocius pertransit in tempore Z T totum spatium C D ideo tardius pertransit in tempore Z T minus spatium, q̄ spatium C D. sit igitur spatium C K. Et, quia tardius, scilicet B, pertrāsit in tempore Z T spatium C K, ideo velocius pertransit illud in minori. ex quo sequitur vt tempus Z T sit diuisibile. &, cum fuerit diuisibile, tunc magnitudo C K, erit etiam diuisibilis fm illam proportionem. &, si magnitudo fuerit diuisibilis, tēpus etiam erit diuisibile. & hoc sequit semp, si translati fuerimus de velocius in tardius, & econuerso. nam velocius diuidit tempus, & tardius magnitudinem. Et, cum ista reflexio semper est vera, &, cum hoc vsitat, semp sequit diuisibilitas, manifestum est ꝙ omne tempus necesse est, vt sit continuum.

Demonstratio

Signa demōstratiua sunt illa q̄ cōuertuntur cum suis causis, s. ꝙ ex causis sequuntur signa & econuerso.

[a] Digressio, in qua quæritur, vtrum ꝙ in oī tpe pōt esse motus velocior motu posito, sit verum.

[b] 8. cœli c. 18

[c] Aliquot ppōes discipline & impossibiles per accidens.

Dēmonstratio, quòd similiter diuiditur tempus, & magnitudo.



Cum posuit ꝙ velocius pertrāsit magnitudinem, quā pertransit tardius in minori tpe, & ꝙ tardius ptransit in illo tpe, in quo pertransit velocius magnitudinē minorem magnitudine, quam ptransit velocius, & ꝙ velocitas, & tarditas, pcedunt in infinitum, concluſit ex hoc quòd diuisibilitas in magnitudine, et tpe, pcedit p diuisionem tpis à velociori, & magnitudinis à tardiori in infinitū. &, cū diuisio est in eis semp: et hoc est, definitio cōtinui: necesse est vt magnitudo, & tps sint cōtinua. Et declarauit hoc, ponēdo ꝙ tardius mouet p aliquam magnitudinē terminatā in tpe terminato, & ꝙ velocius mouet per illam in tpe minori tpe, in quo mouetur tardius. velocius igit diuidit tps, in quo mouet tardius. &, cū posuerimus ꝙ tardius mouet in hoc tpe, in quo mouet velocius per illam magnitudinē terminatā, non est dubiū ꝙ mouebitur p magnitudinem minorē illa. &, si non, tunc tardius, & velocius mouerent in eodem tpe per eandē magnitudinē. &, cum tardius mouet in tpe, in quo velocius ptransit minorē magnitudinē, necessario diuidet magnitudinē. Cū igitur posuerimus ꝙ velocius mouet per illam magnitudinē, per quam tardius mouet, pertransit ipsam ēt in minori tpe q̄ minus tps, s. q̄ tps, in quo mouetur per illam magnitudinē. Et, cum posuerimus ēt ꝙ tardius mouet in hoc tpe per illam magnitudinē, per quā mouetur velocius, necessario mouet per magnitudinē minorem illa minore. & sic in infinitum semp velocius diuidit tps, & tardius diuidit magnitudinē. Arist. vtit in hoc libris, vt ita hoc magis manifestum. Sed vī positū. p. 4. c. 11. vide cont. Zan.

Definitio cōtinui ē vt sit semp diuisibile. conclusio supra cō. 5.

Arist. vtit in hoc libris, vt ita hoc magis manifestum. Sed vī positū. p. 4. c. 11. vide cont. Zan.

Fī q̄dē erūt diuisores tpis, & magnitudinis.

Simul autem manifestum est ꝙ & magnitudo oīs continua est. eisdem enim, & æqualibus diuisionibus & tps, & magnitudo diuiditur. Amplius autem & ex consuetis rationibus dici manifestum est ꝙ, si tempus continuum est, ꝙ & magnitudo, siqdem in dimidio tempore dimidium transit, et simpliciter in minori minus. eædem nanque diuisiones erunt temporis, & magnitudinis.

Et cum hoc oīs magnitudo est continua, qm eisdē partibus, & æqualibus diuidit tps, & magnitudo. Et hoc apparet ex hoc, ꝙ homines sunt assueti ad dicēdum, s. ꝙ, si tps fuerit continuum, magnitudo ēt erit continua, cū dicunt ꝙ in medietate tpis pertransit medietatem spatij, & vlr pertransit in minori tēpore minus spatium. partes enim eędem ponuntur tēporis, & magnitudinis.

Cum declarauit ꝙ magnitudo, & tps sunt cōtinua, dicit & apparet ꝙ magnitudo est continua ex tpe. magnitudo. n. & tps in diuisibilitate sunt in eadē dispōne. appet. n. ꝙ tps, & magnitudo diuiduni eisdē, & æqualibus partibus, ꝙ cum aliquod motum pertransit p aliquam magnitudinem in aliquo tēpore, pertransibit in medietate illius temporis medietatem illius magnitudinis, & in medietate illius medietatis medietatē illius medietatis. Si igitur medietates procedūt in tempore in infinitum, quia est cōtinuum, vt qdam dicūt, in hoc necessario, pcedunt in magnitudine in infinitū: qm partes in eis sunt eædem in numero, & proportione.

Caput Tertium. Finitum, & Infinitum eodem pacto inueniri in magnitudine, & tempore.

ET si alterutrum infinitum est, & alterum, & vt alterum, & alterū. vt, si extremis quidē infinitū est tps, & longitudo extremis. si vero diuisione, & diuisione lōgitudo. si aūt vtrisq; tps, vtrisq; & * magnitudo. * al. longitudo.

Et, cum alterum fuerit infinitum, reliquū erit infinitū, & sicut dispō alterius in hoc erit dispositio reliqui. v. g. ꝙ, si tps fm vltima est infinitum, & ēt longitudo fm vltima erit infinita. et, si tps fm diuisionem erit infinitum, etiam lōgitudo fm diuisionem erit infinita. & si tps vtroq; modo fuerit infinitū, & etiā magnitudo vtroq; erit infinita.

D. & tps, & magnitudo sequuni se adinuicem oībus modis, qbus dīr infinita. v. g. ꝙ, si tempus fuerit infinitū ex duob⁹ extremis, lōgitudo ēt erit infinita ex duob⁹ extremis. &, si tps ēt fuerit infinitū fm diuisionē, lōgitudo ēt erit infinita fm diuisionē. et, si tēpus fuerit infinitū vtroq; mō. s. actu, s. duob⁹ extremis, aut altero, & fm diuisionē, tūc lōgitudo etiā erit infinita vtroq; modo.

Quapropter et Zenonis ratio falsum accipit, non esse possibile infinita pertrāsire, aut tangere infinita fm vnūquodq; finito in tēpore. Dupliciter enim dicitur & longitudo, & tēpus infinitum, & omnino oē continuū, aut fm diuisionē, aut extremis. Infinita igit fm quantitatem nō contingit tangere in tēpore finito: quæ vero sunt infinita fm diuisionem cōtingit. etenim ipm tps sic infinitū est. quare in infinito, & non finito accidit trāsire infinitum, et tangere infinita infinitis nō finitis. Neq; ergo infinitum pōt in tempore finito trāsire, neq; in infinito finitum. sed, si tempus qdem infinitum sit, & magnitudo erit infinita: & si magnitudo, & tempus.

Et

Zenonis ratio hic.

Continuū ? duplicitur tum.

Et ideo sermo Zenonis est sermo, in quo accipit falsum: et est, ꝙ impossibile est vt infinitum pertranseat, aut vt infinita cõtingant ſm individua in tempore finito. Qm̃ lõgitudo, & tps, & vl'r omne continuum dr̃ infinitum duobus modis, aut ſm diuisionẽ, aut ſm vltima. Quod aũt est infinitum, impoſſe est vt tangat in tpe finito: quod autẽ est infinitũ ſm diuisionem, poſſe est ut tãgat. qm̃ tps eodem modo est infinitum. vnde necesse est, vt infinitum pertranseat in infinito tpe, non in finito, & vt infinita tãgant infinita, non finita. Impoſſe est igitur vt infinita pertrãseãt in tpe finito, aut vt finitum pertrãseatur in tẽpore finito. sed, si tempus fuerit infinitum, & magnitudo erit infinita: &, si magnitudo fuerit finita, & tempus etiam erit finitum.

19 Et, quia tps, & magnitudo consequunt̃ se adinuicẽ ſm modos, quibus dicuntur infinita, aut finita, & hæc dicuntur multis modis, nõ bene dixit Zeno in suis, ꝓpositiõnibus, quas posuit in destructione motus. dicit enim ꝙ magnitudo, per quã est motus, diuidit in duo, & vtraq; in duo, & sic in infinitum, contingit ꝙ, cũ ali quod motũ mouetur de extremo spatij finiti, impoſſibile est vt perueniat ad extremũ spatij poſiti: quia ptransit magnitudines infinitas. Et hoc intẽdebat, cum dixit & est, ꝙ impoſſe est, &c.t. & ex hoc apparet ꝙ sermo Zenonis in destructione motus, collocat̃ in eo falsum. & est ꝙ, si motus fuerit, poſſe est vt motũ pertranseat spatium infinitum, ita, ꝙ vnũ individuum tangat individua magnitudinis ſinita in tpe finito. D.d. Qm̃ lõgitudo, & tps, &c.t. & sermo Zenonis est corrupt⁹. quia longitudo, & tps, & vl'r omne continuum videntur dici infinita duobus modis, aut ſm diuisionem, aut ſm extrema, i. in actu. & hoc itẽdebat, cũ dixit aut ſm vltima. Quod aũt est infinitũ ex extremis, impoſſe est vt motũ in eo tãgat magnitudines ſinitas in tpe finito. et hoc intendebat, cũ dixit Quod aũt est infinitum impoſſibile est vt tangat in tpe finito. quod aũt dr̃ infinitum ſm diuisionem, & finitum ſm extrema, poſſe est vt motum in eo tangat partes ſpatij infinitas ſm diuiſionem, in tpe infinito ſm diuisionẽ, & finito ſm extrema. Si igit̃ accepisset finitum in magnitudine, & tpe, eodem modo, tunc sermo eius esset verus. Zeno igitur decipitur in argumentatione, quia vtit̃ noīe æquiuoco. Et dr̃ ꝙ ista contradictio est contradictio ſm sermonẽ, nõ ſm rem. quia Arist. concedit in hoc falsum: & est ꝙ motũ pertransit de magnitudine, per quam mouetur, partes infinitas. Deinde ex hoc sequitur verũ: & est ꝙ, si pertrã sit magnitudines infinitas, ptransit eas in tpe infinito: & sic destruit conclusio eius dicens ꝙ ptransit magnitudines infinitas in tpe finito. In Octauo vero cõtradicit ei ſm rem: et est ꝙ nõ ptransit medietates infinitas. D.d. vnde necesse est, vt infinitum ptransit, &c.t. sequitur igitur ex hoc, ꝙ diximus, ꝙ infinitũ, quocũq; modo accipiatur, siue ſm extrema, siue ſm diuisionẽ, pertrãseat de tpe infinito. t. ꝙ, si magnitudo fuerit infinita ſm extrema, & tps similr̃, &, si ſm diuisionem, & similiter tps: non vt infinitum pertranseat in finito, vt Zeno fingit. D.d. & vt infinita tãgant, &c.t. & illud, quod sequitur, est vt motum tãgat ſpatia infinita ſm diuisionem in tpibus infinitis ſm diuisionem, non infinitis ſm extrema, vt existimauit Zeno. D.d. Impossibile igit̃ est vt ptranseat, &c.t. manifestum est igitur ꝙ impoſſe est vt pertrãseat ſpatiũ infinitũ in tpe finito: qm̃ intelligitur de infinito in spatio, & in tẽpore eodem modo: & etiã pertranseat ſpatium finitũ in tempore infinito.

Sit enim magnitudo finita, in quo A B, tps autem infinitũ, in quo C. accipiatur igit̃ tpis aliquid finitũ, in quo C D, in hoc ergo transibit aliqd magnitudinis: & ſit quod trãsitum est, in quo B E. hoc aũt aut mensurabit id, in quo A B, aut deficiet, aut excedet. differt enim nihil. Si enim ſemper æqualem ei, quæ est B E, magnitudinem in æquali tẽpore transibit: hoc autem mensurat totũ: finitum erit omne tẽpus, in quo trãsiuit. in æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.

Sit igitur magnitudo finita A B, & tẽpus infinitum C D, & ex tempore accipiatur aliquod finitum, & sit H D. in hoc igitur tẽpore ptransit quandã partem illius ſpatij. sit igitur B K: & ista pars aut mẽsurat A B, aut est minor, aut maior. Si igitur magnitudo fuerit æqualis, ſ. B K, ptransit in tẽpore æquali: & ista magitudo est æqualis toti: necesse est vt totum tps, in quo pertrãsit, sit finitum. diuidi tur. n. per partes æquales magnitudini.

Demonſtratio Prima, per quam probatur ꝙ, si magnitudo est finita, ꝙ tẽpus est finitum: & sumitur hæc demõſtratio ex proportione partis ad totum.

Hæc litera D superior ſolo Auerrois textui deſeruit.

C.H Tempus infinitum. D





Documẽtũ.

8 phy t.c. 6^a. & 68.

Et illud ipsum, in quo est transmutatio, non habet talem dispositionem. Sunt. n. tria, quæ sufficiunt in transmutatione, s. trãsmutatum, & illud, in quo est transmutatio, & ad quod. v.g. homo, & tempus, & albũ. homo vero, & tempus sunt diuisibilia: sermo autem de albo est alius à sermone de istis. sed omnia sunt diuisibilia per accidens: illud. n. cui accidit album, & quale, est diuisibile. in illis autẽ omnibus, quæ dicuntur diuidi per se, nõ per accidens, non est etiam primum. v.g. in magnitudinibus. Sit igitur A B C magnitudo, & moueatur de A ad B primo motu. si igit A B fuit indiuisibile, tunc impartibile sequitur impartibile. &, si fuerit diuisibile, tũc erit aliquid ante B, in quod cecidit transmutatio, et ante illud aliud, et sic semper. q̃n non euadet à diuisione aliquo modo. ergo nõ est hoc primum eius, in quod cadit transmutatio. Et similiter de transmutatione quantitatis. quoniam ista transmutatio etiam est in continuo. Ergo manifestum est quòd in motu in qualitate sola inter alios motus potest esse indiuisibile per se.

Demonstratio Tertia, ostendens idem, quod supra, sumpta ex parte magnitudinis.



49 Dicit Manifestum est igitur ex prædictis, q̃ non est aliquod primum, s. indiuisibile ex trãsmutatione, neq; ex tempore, in quo fit transmutatio, sm q̃ est transmutatio, & sm q̃ est tempus, neq; per se, neq; per accidẽs. 50 D.d. Et illud ipsum, &c. & intendit illud, in quo est genus trãsmutationis, & dixit hoc, q̃n transmutabilium sunt quædam, in quibus non inuenitur primum per accidens, s. quæ sunt in qualitate, in eis autem, quæ sunt in vbi, & quanto non inuenitur primum omnino, neq; per se, neq; per accidens. Et, cum narrauit quòd disposito in eo, in quo est transmutatio, in hoc non est fixum dispositio in transmutato, & tempore, incepit exponere hoc, et dixit Sunt enim tria, etc. idest, sunt enim tria in transmutatione: & sunt illa, de quibus diximus ipsa non habere primum D. d. scilicet transmutatum, & intendit per illud, in quo est transmutatio, tempus, & per illud, ad quod est trãsmutatio, genus motus. verbi gratia homo, qui albescit: quoniam sunt in eo tria, homo, & tempus, & color albus. & dixit motum, qui est in qualitate, notificando q̃ in isto non inuenitur primum per accidens, scilicet in eo, ad quod est motus, non in moto, neq; in tempore. & hoc intendebat, cum dixit aut homo vero, &c, idest homo vero, quod est transmutatum in hoc motu, & tempus, in quo est motus,

non habẽt primũ omnino, neq; per se, neq; per accñs, quia sunt diuisibilia p se. album vero, & sic de rebus, ad quas fit transmutatio in qualitate, nõ habent talem dispõnem: qm̃ ista non diuiduntur per se, s. qualitates, sed per accidens. D.d. sed oĩa sunt diuisibilia per accidens, s. omnes qualitates. D. narrauit quo diuidũtur per accidẽs, & dixit illud. n. & cui accidit album, &c. s. album vero, & vsr qualitates sunt diuisibilia, qa sunt in corpore, quod est diuisibile per se. Et, cum narrauit q diuisibilium ex istis tribus quædã sunt, quę semper diuiduntur p se, s. tempus, & transmutatũ, & quædam sunt, quoꝝ quædã diuiduntr per se, & quædã per accidens, & est illud, ad quod est trãsmutatio, narrauit q in illo, quod diuiditur p se, in istis non inuenit primũ per se, & in illo, quod diuidit per accidens, inuenit primũ per se, & nõ per accidens. & dixit in illis aũt omnibus, &c. s. in transmutato, & tempore, & trãsmutatione, q̃ est in vbi, & quanto: qm̃ ista sunt diuisibilia p se. Et, cũ narrauit q in istis non inuenit primũ diuisibile, ideauit suã demõstrationem sup̃ ista diuisibilia, cũ in declarationibus p̃dictis non distinguit illud, quod diuidit p se, ab illo, quod diuidit per accidens, & dixit Sit igit A B C, &c. s. sit igitur spatium, p quod motum mouet primũ spatiũ A B C, & motus eius ex A ad B sit primus motus. D.d. si igit A B, &c. s. si igit A B, quod est ex spatio primũ eius, per quod fit primus motus, fuerit magnitudo indiuisibilis, tunc motus per illud erit indiuisibilis: & sic magnitudo, & motus erunt compositi ex indiuisibilibus. quod est impossẽ. D.d. &, si fuerit diuisibile, &c. s. si igitur spatium A B fuerit diuisibile, tunc erit hoc spatium ante spatium A B, in quod cecidit transmutatio, anteq; caderet in spatium A B, v. g. medietas spatij A B. & sic sequitur vt ante transmutationem, quæ est in medietate illius spatij sit minor transmutatio: & etiã illa, quę fit in medietate istius medietatis: & sic procedit in infinitum. D.d. ergo hic non est primum, &c. s. in motu locali. D.d. & similiter est de transmutatione quantitatis, s. in augmento, & diminutione. Et causa in hoc est, q̃ transmutatio in quanto est trãsmutatio in continuo per se, & declaratum est q̃ cõtinuum semper diuiditur in diuisibile, econuerso transmutationi in qualitate, s. quia non est in continuo. D.d. manifestum est igit q̃ in motu, etc. s. q̃ possibile est vt in eo sit primum indiuisibile per se, & si sit diuisibile per accidens. et hoc est ita, quia a minimus color est terminatus p se, quem admodum minima forma est terminata, s. q̃ minimũ eius, quod potest esse coloratũ in actu est terminatum: quem admodũ minimũ eius, quod põt esse aliquod dem̃ratum est terminatũ. v. g. qm̃ minima aqua est terminata. & sic̃ de alijs corpibus simplicibus, & cõpositis,

Qualitates non diuiduntr p se sed per accns. Idem cap. 25. 27. 29. & infra 69.

Caput Secundum. Ea, quæ sunt in motu, sese præcedere.

QVoniam autem oĩ, quod mutatur, in tẽpore mutat: dr̃ autem ĩ tpe mutari & vt in primo, & vt secundũ alterũ, vt in anno, qa in die mutatur: in quo primo tẽpore mutatur id, quod mutat, in quauis huius parte mutari necesse est. manifestum est igr̃ & ex definitiõe. primũ. n. sic dicebamus.

Et, quia oĩ, quod transmutatur, transmutatur in tempore: et dr̃ aliquid transmutari in tẽpore, quia est primum tẽpus, in quo transmutatur, & quia trãsmutatur in alio. v. g. qm̃ dicitur aliud transmutari in tali anno, quia transmutatur in aliqua die illius anni: quoniã primum tempus, in quo transmutatum transmutatur, necesse ẽ vt in qualibet parte illius transmutetur. & hoc manifestum est ex eius definitione. qm̃ hoc intelligimus per primũ.

Cum declarauit q̃ motus non habet primum, neq; illud, in quo est motus, neq; tempus, vult declarare q̃ illud, quod transmutatum est, prius trãsmutabatur, & dixit Et, qa oĩ transmutatum, &c. idest vt declaratum est superius. D.d. & dicitur aliquid transmutari, &c. idest, et manifestum est per se quòd dicitur aliquid trãsmutari in aliquo tempore, quia illud tempus est minimum tempus, in quo potest transmutari. & hoc intendebat, cum dixit quia est primum tempus, &c. qm̃ oĩ, quod attribuit rei non ꝓpter suam partem est primum illius rei, vt declaratum est alibi: & quia transmutatio nõ attribuit tempori equali ei, qa inuenit in tpe minori ipso: ideo necesse est vt istud tempus sit primũ illius tranſmutati: econtrario de tpe, quod excedit transmutationem, s. quia non est primum: qm̃ transmutatio nõ attribuitur ei, nisi gratia suæ partis. & hoc intendebat, cũ dixit & qa transmutat in alio, s. et attribuit etiã trãsmutatio tpi: quia transmutat in alio, cũ tempus, cui attribuit, excesserit idem tempus æquale ei. D. d. ver. g. &c. s. v. g. qm̃ bellum fuit in tali anno, quia fuit in tali die illius anni: vnde attributio eius ad annum non est prima. D.d. qm̃ primum tempus, &c. s. &, cũ res habuit tẽpus primum, i quo transmutat, necesse est vt in qualibet parte illius temporis inuentatur illa res transmutari. qm̃ hoc est manifestum ex definitione primi. qm̃ primum est tẽpus æquale transmutationi, cui trãsmutatio non attribuitur gratia partis: ergo necesse est in toto. qm̃ omnis transmutatio, quæ attribuitur tempori, necesse est vt attribuatur ei aut propter partem, aut propter totum: sed primo non attribuitur propter partem: ergo propter totum.

Dat minimũ tps, in q̃ aliqd põt trãsmutari.

Sed et ex his manifestum est. Sit. n. in quo primo mouetur id, quod mouetur, in quo Y R, & diuidatur secundum K. omne enim tẽpus diuisibile est. in tempore igitur Y K aut mouetur, aut non mouetur: et rursus in tempore K R similiter. Si igitur in neutro mouetur, quiescet vtique in toto. moueri enim id, quod in nulla partium huius mouetur, impossibile est. si vero in altera sola mouetur, non vtique in primo mouet, quod est Y R. secundum. n. alterum motus est. necesse est igitur in quouis ipsius Y R motum esse.

Et hoc apparet etiã ex hoc, quod narrabimus. Sit igitur tẽpus, in quo motum mouet primo Z C, & diuidatur in B. si igitur oĩ tempus est diuisibile: & motum aut in tẽpore Z B C mouetur, aut nõ mouetur: & sic̃ etiam in duobus temporibus Z B C. Si igitur non mouet in altero eorũ, ergo qesciit in hoc toto tempore. nam impossibile est vt sit motum; & nõ moueatur in altera partium Z B C. &, si mouetur in altero eorum tm̃, tunc tempus Z C nõ est primum tẽpus, in quo mouetur. qm̃ motus eius est in vtroq; eorum. ergo necesse est vt moueatur in qualibet parte Z C.

Demonstratio

. Minimus . est ter . . . ꝓ se, . . modu . na for- . est termi . . . . . ut . . . . qa ẽ . . . & . . . dici . . . num . . . . . δ . . . . . dici . . . . . ter . . . it.

. . . qs̃ mu- . . . ir in tpe mutatur.

Demonstratio, probans quód id, quod mouetur primo in aliquo tempore, mouetur in qualibet parte illius temporis.





51 Dicit Et hoc apparet ex hoc, quod dico. qm̃, cum primum tempus fuerit demonstratum, v. g. tempus Z C, & fuerit diuisum in duo in B, cum omne tempus sit diuisibile, & illud, quod mouetur necesse est ipsum moueri in tempore Z C, quod est positum primum, aut non mouerí, & manifestum est q̃ non est quiescens in eo, ergo mouetur. Et, cum posuerit q̃ in hoc tempore necesse est vt sit motum in toto, & q̃ aduersarius nõ potest ponere ipsum in eo quiescens, dixit & similiter etiam, &c. s. & sic̃ etiam interrogabimus aduersarium, & dicemus ei q̃ istud motum, quod tu concedis moueri in tempore Z C, aut cõcedis etiam ipsum moueri in vtraq; parte eius, aut quiescere in vtraq;, aut mouerí in altera, & quiescere in reliqua. D.d. Si igitur non mouetur, &c. s. quæ sunt partes magnitudinis, cum sit impossibile vt in ea sit quiescens. & quasi dicat, q̃, si fuerit quiescens in vtraq; parte magnitudinis, sequit maximum impossibile, s. vt aliquid moueatur p aliquid, & quiescat in oĩbus partibus eius. Et, cum destruxit ipsum quiescere in vtraq; parte, destruxit etiam ipsum quiescere in altera, & moueri in reliqua, & dixit & si mouetur in altera tm̃, i. tunc tempus congregatum ex istis duobus temporibus nõ erit tempus primum, sed positum est primum. Et hoc est ita, quia primum est illud, in cuius oĩbus partibus est motus. & hoc intendebat, cũ dixit qm̃ motus eius est in vtroq;, s. qm̃ necesse est, cũ sit primũ, vt motus sit in vtraq; parte eius. Et, cum destruxit ista duo condiuidentia, concluſit tertiũ, & dixit ergo necesse est, &c. & hoc manifestum est.

. . . tẽpus . . . . ꝓ . . . ꝓ . . . motus.

Hoc autem ostenso, manifestum est q̃ omne, quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si. n. in Y R tempore primo magnitudo K L mota est, in dimidio, quod æque velociter mouetur, & simul incœpit, per dimidium erit motum. Si autem æque velox in eodem tempore motum sit aliquid, & alterũ necesse est per eandem motum esse magnitudinẽ. quare motum erit id, quod mouetur.

Hoc quidem declarato manifestum est q̃ omne, quod mouet, necessario mouebatur prius. Qm̃, si moueatur per spatium Q L in tempore Z C, quod est primum tempus, tũc æquale ei in velocitate motus, & incipiens cum ipso moueri, mouebitur per medietatẽ in medietate. Si igitur illud, quod est æquale ei in velocitate, moueatur per aliquid in hoc tempore, necessario aliud etiam mouebitur per illud spatium. vnde necesse est vt illud, quod mouetur, iam mouebatur.

Demonstratio Prima, probans, q̃ omne moueri præcedit mutatum esse, sumpta à magnitudine.



Et, cum hoc sit declaratum, s. q̃ illud, quod mouetur in primo tempore, necessario mouetur i omnibus partibus illius temporis, manifestum est ex hoc q̃ in quolibet instanti, ante quodlibet instans, in quo demonstratur moueri, sit motum. Deinde incœpit declarare hanc consecutionem, & dixit Qm̃, si moueatur, &c. s. v. g. qm̃, si aliquod motum moueatur per aliquod spatium in aliquo tempore, v. g. per spatium Q L in tempore Z C, & illud tempus fuerit primum illius motꝰ, tũc, si posuerimus aliquod motum æquale in velocitate incipere cum illo moueri, i medietate illius temporis tm̃, necesse est vt pertranseat medietatẽ illius spatij. D. dixit Si igitur mouetur per aliquid, &c. s. si igitur motũ, quod est æquale in velocitate moto posito pertransire illud spatium terminatum in illo tempore terminato, pertransierit aliquam partem magnitudinis in aliqua parte illius temporis positi, necesse est vt primum motum, quod pertransiit, pertranseat spatium, per quod fm motum mouebat, anteq; pertranseat totum spatiũ. D.d. ergo necesse est vt primum motum demonstratum, quod mouetur in vltimo spatio, quod prius mouebatur, s. compleuit motũ, quo mouebatur illud, quod est æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis. et sic̃, si posuerimus primum motum demõstratum i vltimo spatio, per quod fm motum mouebatur, sequitur q̃ prius mouebatur. nam illud spatium diuiditur in duas medietates, & possumus ponere aliud motum æquale ei in velocitate pertransire illud in medietate illius temporis, & sic in infinitum. Et causa in hoc est, quia magnitudo, & tempus diuiduntur in infinitũ. vnde necesse est vt ante quodlibet vltimum, i quo res mota demonstratur, moueatur. Sed ipse vult esse in hac declaratione secundo moto, quia est manifestius. Nam aduersarius potest concedere ipsum pertransire totum spatium, sed non pertransit medietatẽ, anteq; pertranseat totum, cum pertransire medietatem sit pertrãire in potentia, non in actu. & ideo vtitur secundo moto, & potuit ipsum pertransire in actu, qm̃ hoc non potest aduersarius negare. Et, cum concessit hoc esse spatium, quod pertransit motũ æquale ei in velocitate in quadam parte illius tpis, necessario concedet q̃ primum motꝰ, qm̃ mouet per totũ spatiũ, pertransibit illud spatiũ, quod pertransiit illud, quod est æquale ei in velocitate illud, quod mouetur in minori illo tempore.

Amplius

Amplius aũt, si in toto tempore Y R motum esse dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore, ex eo, quia accepimus vltimum ipsius nũc: (hoc, n. est id, quod terminat, & medijt ipsorum nunc tẽpus est:) & in alijs vtiq; fiſſr dicetur motum esse. dimidij autem vltimum diuisio est. quare & in dimidio motum erit & omnino in quauis partiũ. semper. n. simul cum ipsa diuisione tempus est terminatum ab ipsis nunc. Si igitur omne quidẽ tempus diuisibile est: quod autem est inter ipsa nunc tempus est: omne, quod mutatur, infinities mutatum erit.

Et etiam, si dicitur aliquid moueri in tempore Z C toto, & vſr in aliquo tẽpore, quod cũq; sit, cum acceperimus instãs, quod est vltimum eius: qm̃ hoc determinat illud, et inter duo instantia est tempus: & in alijs instantibus dicitur i eo, quod mouetur, ipsum tam moueri. & vltimum medietatis est differentia, necesse est vt in medietate eius moueatur, & vſr in qualibet parte. quoniam, cũ casu diuisionis determinatur tẽpus per instantia. Cũ igitur oẽ tempus est diuisibile: & inter duo instantia est tẽpus: necesse est vt omne, quod transmutaſ, transmuteſ in infinitũ.

Demonſtratio Secunda, probans idem, quod antea, ſumpta a Tempore.



53 Iſta declaratio est alia, quia ꝓma est ex ſpatio, & iſta ex tempore. Et dicit Et est etiam aliud ſignum. quoniam non dicimus aliquid moueri in aliquo tempore, nisi, cum acceperimus inſtans, quod est finis tranſmutationis, & inſtas, quod est principium eius. qm̃ ꝓ hæc duo inſtantia determinatur tempus, in quo est trãſmutatio, ſed tacuit inſtans, quod est principium, quia hoc melle. ſtum est. nam oẽ tempus finitum non fit finitũ, tali accipiendo illud inter duo inſtãtia. Et ideo dixit et inter duo inſtantia est tempus. i. cum posuerimus ꝙ oẽ tempus termin̄atur per duo inſtantia, et inter quelibet duo talia inſtantia est tempus, vt declaratum est, & poterimus ꝙ finis medietatis ſtius temporis, in quo motũ totum mouetur, i. temporis Z C, terminatur ab inſtanti, quod est dria inter illas duas mediet ates, manifeſtum est ꝙ, cum motum fuerit in hoc inſtãti, ſ. ꝙ diuidit hoc tempus i duas mediet ates, dicetur vere tam motũ esse, & in alia mediet ate mouer. ergo illud, quod mouetur, tam motum est, et ſiſr, cum diuiſerimus illam mediet atem in duas mediet ates, tunc in alia mediet ate vere dicetur moueri. ergo & in dria, quæ est iter duas mediet ates manifeſtum est, ꝙ cum moueri fuerit ipsum tam esse motum, & ſſr in mediet ate mediet atis, et ſic in infinitum. ergo oe, quod mouet, tam mouebaſ. Et hoc intẽdebat, cum dixit & vltimum mediet atis est dria. i. & inſtans, quod est finis alterius mediet atis, & principium ſecundæ, est dria inter has duas mediet ates. ergo necesse est vt motum in pruna mediet ate dicatur tam motum esse, & in alia dicatur moueri. ergo anteq̃ moueatur, tam mouebatur. D.d. & vſr, &c. i. qm̃ quælibet pars temporis, cum accipiatur, poteſt diuidi i duas mediet ates, & motum in vltima mediet ate dr̃ mouer, & in alia dr̃ tam motum esse, ſi igitur diuiſio temporis in mediet ates procedit in infinitum, ergo oẽ, quod mouetur, necio mouebatur. Et hoc intendebat, cum dixit Cum igitur omne tẽpus ſit diuiſibile, &c. i. & vſr, cum posuerimus ꝙ oẽ tempus est diuiſibile per inſtantia, inter quælibet duo inſtantia est tẽpus, & ꝙ iſta diuiſio procedit in tẽpore demõſtrato i infinitũ, & quod in quolibet inſtanti tranſmutatum dr̃ iam esse trãſmutatum, & in quolibet tempore dicitur tranſmutari necesſario, aut illud tranſmutabatur infinities.

Amplius autem, si id, quod continue mutaſ, & neq; corruptum est, neq; ceſſauit à mutatione, aut mutari, aut mutatum esse necesse est in quouis: in ipso autem nunc non est mutari: necesse est mutatum esse ſm vnũquodq; ipſorũ nunc. quare, si ipsa nunc infinita ſunt, omne, quod mutatur, infinite erit mutatum.

Et etiam, si omne, quod tranſmutatur continue absq; eo, ꝙ corrũpatur, aut ceſſat tranſmutari, aut tranſmutatur, aut iam tranſmutatum est, necesſario in quacũq; parte accepta fuerit ex eo: & est impoſſe aliquid trãſmutari in inſtanti: necesse est vt in vnoquoq; inſtantiũ sit trãſmutatũ: & si inſtãtia sint infinita.

Hæc est declaratio quaſi vnius propoſitionum, quibus vtus est in prædicto ſermone, ſ. dicentis ꝙ in quolibet inſtanti dicit tranſmutatum iam esse tranſmutatum. Et declaratio eius est talis. ſ. Oẽ tranſmutatum continua tranſmutatione, dum tranſmutatur, dicit in tempore, in quo tranſmutat: ipsum iam esse trãſmutatum in quacũq; parte temporis demonſtretur: et omne tempus diuiditur in tempora, & inſtantia determinantia illa tempora infinita. & est impoſſe ipsum tranſmutari in inſtantibus, qm̃ in inſtanti non fit transmutatio: ergo necesse est vt in inſtanti sit iam trãſmutatum. &, ſi inſtantia sint infinita, ſequi vt illud, quod tranſmutatur sit tranſmutatũ iam infinities. D.d. aut trãſmutatur, aut iam tranſmutatum est, &c. i. qm̃ oẽ tranſmutatum tranſmutatione continua dr̃ in quolibet tempore esse tranſmutatum, & trãſmutari. Et, cum posuit hanc propoſitionem, & iam prædixerat ꝙ oẽ tempus est diuiſibile in tempora infinita, & in inſtantia infinita, dixit & est impoſſe aliquid trãſmutari in inſtãti, &c. idest &, ſi in inſtanti non dr̃ tranſmutari, ergo necesse est dict, iam esse tranſmutatum. & hoc est ita, quia omnis pars temporis, i quo est motus, necesſario attribuit et motum. &, quia impoſſe est ipsum attribui inſtantibus, ſ. trãſmutari in eis, remanet vt attribuatur eis ita, ꝙ sit iam tranſmutatum. qm̃, ſi hoc non fuerit, non habebit attributionem ad iſtas partes. sed positum est ipsum attribui oibus partibus temporis diuiſibilibus, & indiuiſibilibus. & hoc est impoſſe. Et vocare hoc inſtãs partem, est tranſumptiue. & intendebat ꝙ, quia iſtans est dria inter tẽpus primũ, & ſecundum, manifeſtũ est ꝙ oẽ, quod mouetur in ſecundo tempore, tam motum est in tempore, quod est inter illud, & primum.

Vocare hoc inſtãs partem, est tranſumptiue. & intendebat ꝙ, quia iſtans est dria inter tẽpus primũ, & ſecundum, manifeſtũ est ꝙ oẽ, quod mouetur in ſecundo tempore, tam motum est in tempore, quod est inter illud, & primum.

Non ſolum autem id, quod mutaſ, necesse est mutatum eẽ, ſed etiam mutatum necesse est mutari prius. omne. n. quod ex quodam in quiddã mutatũ est, in tẽpore mutatũ est.

Sit

Sit. n. in ipso nunc, ex A in B mutatum. ergo in eodem quidem nunc, in quo est in ipso A, nõ mutatum est. ſimul. n. erit in ipso A, & in ipso B. quod. n. mutatum est, quando mutatum est, ꝙ non est in hoc oſtensum est prius. ſi vero in alio est, in medio est tempus: non enim contigua ſunt ipsa nunc.

Et non ſolũmodo illud, quod tranſmutaſ, est necesse vt iam sit trãſmutatum, ſed etiam illud, quod est tranſmutatũ ad aliqd, necesse est ꝙ prius tranſmutabaſ. omne enim, quod tranſmutatum est de aliquo in aliquid, tranſmutatum est in tẽpore. Sit igitur aliquid, & trãſmutetur de A in B, ergo necesse est vt in inſtanti, in quo est in A non sit iam transmutatum. qm̃ erit in A, & in B. nam iam declaravimus ſuperius ꝙ illud, quod tranſmutatum est, nõ est in hoc. ſi igit fuerit in alio, inter illa est tempus: quoniã inſtantia non ſunt ſesea.

Demonſtratio, probans ꝙ oportet ꝙ omne, quod mutatur, mutatur in tempore.



55 Cum declarauit ꝙ omne, quod tranſmutatur, iam prius tranſmutatum est, vult declarare conuerſum, ſ. ꝙ omne, quod tranſmutatum est, prius etiam tranſmutabatur. Et ideo dixit Et non ſolummodo, &c. i. qm̃ hoc ſimiliter est in eis. Deinde incepit declarare hoc, & dixit omne enim, quod trãſmutatum est, &c. & iſta propoſitio declarata est, ſ. ꝙ omne tranſmutatum est in tẽpore. Et, cum posuit hoc, posuit trãſmutatum aliquod de aliquo terminato in aliquod terminatum, quod est primum eius, ad quod trãſmutatur. verbi gratia de A in B, & dixit Sit igitur aliquid, &c. i. de aliquo cõtrario. ſ. A ad contrarium, ad quod primo fit tranſmutatio, ſ. inter quæ non est medium, vt declaratum est ſuperius, ꝙ illud, quod tranſmutatur primo, cum tranſmutatur, est in illo ad quod, non in illo ex quo. & hoc intendebat, cum dixit est enim in A, &c. idest est enim in inſtanti alio ab inſtãti, in quo est in B. quoniam declaratum est quòd illud, quod tranſmutatur, non est in hoc, idest in eo, ex quo est trãſmutatio. D.d. ſi igitur fuerit in alio, &c. i. ſi igitur fuerit in eo, ex quo, in alio inſtanti ab eo, quo est in eo, ad quod, tunc inter illa erit tempus: & in hoc tempore mouebitur necesſario: & omne, quod dicitur iam motum esse, dicitur prius moueri: quemadmodum illud, quod tranſmutatur, dicitur prius fuisse tranſmutatum.

Quoniam igitur in tẽpore mutatũ est, tempus autem oẽ diuiſibile, in dimidio aliud erit mutatum, & rurſus in illius dimidio aliud, & ſemper ſic. quare mutabatur vtiq; prius.

Et etiam, quia trãſmutatum est in tempore, & oẽ tempus est diuiſibile, in mediet ate eius erit tranſmutatio, & etiam in mediet ate illius mediet atis tranſmutaſ aliud, & ſic ſemper. quare necesse est ꝙ prius transmutabitur.

Hæc est alia declaratio, & est ꝙ, ſi oẽ tranſmutatum tranſmutetur in tempore, et omne tempus est diuiſibile, tunc in mediet ate illius temporis dicetur tranſmutatum tranſmutari, & tunc dicetur ipsum iam esse tranſmutatum in mediet ate illius mediet atis. et ſimiliter, qm̃ fuerit in mediet ate illius mediet atis, dicetur trãſmutari, & in mediet ate mediet atis illius mediet atis ipsum esse tranſmutatum, & ſic in infinitum, ergo illud, quod tranſmutatur, iam est tranſmutatum. 56

Amplius autem in magnitudine manifeſtius est, quod dictum est, propterea ꝙ continua est magnitudo, i qua mutatur id, quod mutatur. Sit. n. quippiam mutatum ex C in D. ergo, ſi indiuiſibile quidẽ est ipsum C D, id, quod impartibile est, impartibili erit cõtiguum. quoniam autem hoc impoſſibile ẽ, neceſſe est magnitudinem esse id, quod est inter, & in infinita esse diuiſibile. quare in illa mutatur prius. neceſſe est ergo oẽ, quod mutatum est, mutari prius.

Et etiam declaratum est hoc manifeſte in magnitudine. magnitudo. n. est continua, & est illud, in quo tranſmutatum tranſmutatur. Trãſmutetur igitur aliquid de C in D. vnde neceſſe est, ſi C D est indiuiſibile, vt illud, qd̃ est indiuiſibile, ſequatur indiuiſibile. ſed hoc est impoſſe: ergo inter illa est magnitudo, & est diuiſibile in infinitũ. ergo trãſmutabaſ, anteq̃ tranſmutareſ de C ad D. vñ neceſſe est vt oẽ, quod tranſmutatũ est, prius trãſmutabatur.

Demonſtratio, probans ꝙ ante omne mutatum esse, præcedit mutari.



Cum declarauit ꝙ oẽ tranſmutatum tranſmutabaſ, anteq̃ tranſmutaretur, qñoc tranſmutatũ est in tpe. 57

Phy. cũ cõm. Auer. &

& omne tempus est diuisibile in infinitum, declarauit hoc idem per magnitudinem, & dixit Et etiam declaratum est hoc, &c.i. & declaratum est illud, quod declarauimus per tempus, per magnitudinem: & hoc est in transmutato in loco, & in quantitate. & ista declaratio est manifestior. qm̃ magnitudo est manifestior in hoc, ꝙ transmutatio sit talis: sed non est ita in tempore. Et Alex. dicit ꝙ non intendit, ꝙ declaratio, quę est ex magnitudine, est manifestior q̃ illa, quæ est ex tempore, cum vtrũq; sit continuum, sed intendebat ꝙ declaratio, quæ est in motibus quantitatis est manifestior, q̃ quæ sunt ĩ motibus qualitatis. et verba Alex. sunt ista. et etiam hoc, quod diximus declarabitur magis in spatio. nam spatiũ, in quo transmutatũ transmutaꝛ, est cõtinuum. D.d. Transmutetur igitur aliquid, &c.i. ponatur igiẽ aliquid transmutari per aliquã magnitudinẽ de C ad D, sequitur igr̃, vt, si inter punctũ C, & D non fuerit linea diuisibilis, vt indiuisibile tangat indiuisibile. quod est impossibile. D.d. necesse est ergo vt inter illa sit magnitudo. i. &, cum sit impossibile indiuisibile sequi indiuisibile, necesse est vt inter vltimum indiuisibile, ex quo motum mouetur, & iduisibile, ad quod mouetur, sit magnitudo diuisibilis in ĩfinitum. &, cum posuit hoc, dixit ergo transmutabatur, &c.i. &, cum inter C, & D sit magnitudo semp diuisibilis, et in qualibet magnitudine earum transmutatur trãsmutatum, necesse est ꝙ transmutabatur, anteq̃ transmutetur de C in D. Et similiter sequitur in omni vltimo vltimoꝝ, quibus diuiditur, s. ꝙ necesse est ꝙ ipsum trãsmutabatur, anteq̃ transmutatum sit in ipso, s. anteq̃ pertranseat illam magnitudinem. vnde necesse est, vt dixit, ꝙ illud, quod iam transmutatum est, prius transmutabatur. Quoniam, si hoc non esset, [a] tunc inueniretur finis transmutationis sine transmutatione: et sic inueniretur finis sine eo, cuius est finis. quod est impossibile. [b] nihil enim dicitur iam transmutatum esse, nisi cum fuerit in vltimo transmutationis.

a Impos'e est [illegible] finis sit sine eo, cuius [illegible] finis. Idem [illegible] Phy. 42. 29 107. & de Genera [illegible] ne 29.
b Nihil dr̃ iã transmutatũ [illegible] nisi fuerit [illegible] in vltimo trãsmutationis. Vide supra cõ. 52.

Eadem enim demonstratio est & in non continuis, vt & in cõtrarijs, & in cõtradictione. Accipiemus. n. tẽpus, in quo mutatũ ẽ, et rursus eadem dicemus. quare necesse est id, quod mutatũ est, mutari, & quod mutaꝛ, mutatũ esse. et est ipso qdem mutari mutatũ esse prius, ipso aũt mutatũ eẽ mutari, & nunq̃ accipietur primum. Causa autem huius est, nõ esse impartibile impartibili contiguum. in infinitum enim diuisio fit, vt in ijs, quæ augentur, & diminuuntur lineis.

Sequitur igitur necessario vt illud, quod iam transmutatum est, prius trãsmutabatur. Qm̃ demõstratio eadem est in eo, quod non est continuum omnino, verbi gratia in contrarijs, & in contradictione. Accipiemus. n. tempus, in quo transmutatur, & dicemus etiam hoc idem. ergo necesse est vt illud, quod transmutatum est, iam transmutabatur. illud igitur, quod trãsmutatur prius, erat transmutatum, & quod transmutatum fuit, prius transmutabatur. et impossibile est aliquo modo inuenire primum. Et causa huius est, quia impossibile est impartibile sequi impartibile. nam diuisio est in infinitum, sicut in lineis, quæ adduntur, & diminuuntur.

Idest, manifestum est igitur ex hac demonstratione, 58
qua vsi sumus in transmutato ẽm quantitatem, ꝙ omne transmutatum simpliciter trãsmutabatur, anteq̃ sit transmutatum, siue in quantitate, siue in qualitate, aut in substantia. Demonstratio. n. qua vsi sumus in transmutato, est propinqua potẽtia in alio, & eadem est demonstratio in transmutatione, in qualitate, & in substantia. qm̃ non est dr̃ia aliqua inter duas demonstrationes, sicut dixit, sed declaratio, qua vsi sumus in magnitudine, & in quantitate, trãsfertur ad tempus, cum oẽ transmutatum sit in tpe. D.d. v.g. in contrarijs, & contradictorijs. & intendit per cõtraria transmutationem in qualitate, & per cõtradictoria transmutationẽ in substantia: quia est de affirmatiua in negatiuam, & ecõuerso. D.d. Accipiemus. n. tẽpus, &c.i. & trãsferamus illã demr̃ationẽ ad tẽpus, ponendo ꝙ vnũquodq; istorum transmutetur in tpe, et ꝙ oẽ tẽpus est semp diuisibile. Et dr̃ia inter hanc demr̃ationem, quã innuit, qua vsus est in his duabus transmutationibus ex tpe, & duas demr̃ationes, à quibus ĩcœpit loqui in hac declaratione, q̃ sunt ẽt ex tpe, est, quia illæ duæ declarationes fuerunt cões oĩ transmutationi, & ista est quasi ꝓpria his duabus trãsmutationibus. D.d. ergo necesse est, &c.i. duo quæsita, q̃ intendebat declarare, s. ꝙ trãsmutatũ est, prius transmutabaꝛ, & ꝙ illud, quod transmutatur prius, transmutatum est. D.d. illud igitur, quod transmutatur, &c.i. sequitur igitur ex istis duabus conclusionibus ꝙ oẽ instans, in quo demonstratur transmutatũ transmutari, necio ante illã transmutationem erat transmutatũ, adeo, ꝙ impos'e est reperire initium trãsmutationis: sed ante transmutationẽ est trãsmutatio in infinitũ, s. in potentia. D.d. et impos'e est in aliquo modo inuenire primũ. i. inuenire primã trãsmutationẽ demr̃atã in actu. D.d. Et cã in hoc est, &c.i. & cã in hoc est, quia magnitudo, & motus, et tẽpus nõ componunꝛ ex indiuisibilibus. qm̃, [a] si mot⁹ diuidereꝛ in indiuisibile, tũc esset illic primus motus, & ꝑma magnitudo, & primum tempus. D.d. diuisio. n. est infinita, quemadmodum in lineis, quæ adduntur, et diminuuntur. i. quæ procedunt in additione, & diminutione ĩ infinitum, [b] vt declaratum est in Tertio.

Documentũ

a Si mot⁹ diuideretur in indiuisibile, & illic esset primus motus, & prima magnitudo, & primũ tps. b 3. Phy. 59. & inde.

Manifestum est igitur ꝙ & id, quod factũ est, necesse est fieri prius, & quod fit factum esse, quęcũq; diuisibilia, & continua sunt. nõ tñ semper id, quod fit, sed & aliud aliqñ, vt illius aliquid, sicuti fundamẽtum domus. Silr̃ aũt & in eo, quod corrumpiꝛ, et eo, quod corruptũ est. statim. n. inest ei, quod fit, & quod corrumpiꝛ, cũ sit continuũ, infinitũ quoddã. & non est aut fieri non factum aliqd, aut factũ esse quod non fit aliquid. silr̃ aũt & in ipso corrũpi, & incorruptũ esse. semp. n. est ipso corrumpi corruptũ esse prius, ipso autem corruptum esse corrumpi. Manifestũ est igitur, ꝙ & id, quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit factũ esse. omnis. n. magnitudo, & oẽ tempus semper diuisibilia sunt. quare, in quocũq; sit, nõ erit vtiq; vt primo.

Oẽ, qd factũ ẽ fieri, & [illegible] fit factũ esse pri⁹ necesse est ĩ diuisibilib⁹, & continuis.

Et manifestum est ꝙ illud, quod generatum est, necesse est ꝙ prius generabatur, & quod generatur prius generatũ fuit, & quod est ex hoc diuisibile, & continuum. sed non semper erit illud, quod generatur, sed aliud, v.g. quidam illius, vt fundamentum ex domo. Et eodem modo est de eo, quod corrumpitur, & quod corruptum est. est enim necessario in eo, quod generatur, & corrumpitur aliquod infinitum, cum sit continuum. ergò impossibile est aliquid generari, quod prius non generabatur, et aliquid quod iam generatum sit non prius generari, & similiter est de eo, quod corrumpitur, & quod corruptũ est. semper. n. inuenimus anteq̃ res corrumpatur, iam corruptam esse, et anteq̃ sit corrupta corrumpebatur. Ergo manifestum est ꝙ illud, quod generatum est, necesse est quòd generabatur, et illud, quod generatur, necesse est quòd fuit generatum. omnis enim magnitudo, & omne tempus semper sunt diuisibilia. ex quo sequitur ꝙ illud, in quo generatur, impossibile est vt sit ita, ꝙ sit primum.

59 Cum declarauit, ꝙ omne, quod transmutabatur in magnitudine, prius fuit transmutatum, & omne, quod fuit transmutatum, prius transmutabatur propria declaratione, & declarauit hoc in transmutatione qualitatis, & substantiæ declaratione cõi, vult declarare hoc declaratione propria de generatione, ꝙ gñatio quodãmodo est in magnitudine. sed differunt, vt dicit, q̃a partes magnitudinis, ex q̃bus gñatum gñatur, sunt diuersæ in spẽ, & sunt in motu locali, & augmento eędem in spẽ, & diuersæ in numero. Et dixit & quod est ex hoc diuisibile, & continuum. i. et oẽ, quod est ex generabilibus diuisibile, & continuum, dr̃ in eo, quod gñatum est, quod prius gñabaꝛ, & ĩ eo, quod gñatur, quod ꝑus gñatum fuit. Et dixit hoc, ꝓseruãdo se ex hoc, q̃a sunt hæc gñabilia indiuisibilia, vt sentire, & itelligere. Et, q̃a gñatio est transmutatio de nõ subiecto in subiectũ, & corruptio est trãsmutatio de subiecto in non subiectũ, ideo transmutatũ nõ est idẽ in ea de initio transmutatiõis vsq; ad finẽ: quare ẽt nec trãsmutatio est eiusdẽ spẽi. nam motus gñationis, & corruptionis est cõpositus ex trãsmutatione in qualitate, & transmutatione in substantia: & transmutatio, q̃ est in substantia, est non in tpe, s. prouentus formæ substãtialis. Et est et motus gñati alicuius totius cõpositus ex motibus partium in gñabilibus cõpositis ex transmutationibus diuersis. et ꝓpter hunc modũ extremũ excepit hoc in gñatione, & dixit sed semp ẽt illud, &c.i. sed non sequiꝛ vt trãsmutatum ꝓcedens in ea sit de spẽ transmutati posteriori, sed de alia spẽ. licet transmutatio sit eiusdẽ spẽi. D. iduxit exemplũ, et dixit. v.g. quidã illius rei. qm̃ domus, quia cõponitur ex gñatione alioꝝ corpoꝝ, non sequitur vt partes transmutationis, aut trãsmutati in ea sint de spẽ postremæ transmutationis. Et hoc silr̃ accidit in generatione aĩalium, et alioꝝ corpoꝝ organicoꝝ. In corporibus vero simplicibus non accidit hoc, vt in generatione ignis, & aquæ. sed sequiꝛ necessario, vt ante trãsmutationẽ positam sit alia transmutatio, siue illa transmutatio accipiatur diuisibilis, aut indiuisibilis, s. finis transmutationis solummodo, ita, ꝙ non sit finis transmutationis in generatione. nam finis transmutationis in generatione necessario est de alia specie motus: cum finis sit in substantia, & trãsmutatio, cuius est finis, est in qualitate. sed ista transmutatio, quæ est in qualitate non est in aliqua vna specie eius. v.g. qm̃, cum sanguis generatur, caro necessario alterabitur in plus q̃ in vnã qualitatem, donec expellat formam sanguinis, & habeat formam carnis. & sic est intelligenda generatio corporum consimilium. nam generatio est tribus modis, aut generatio simplicium, aut organicoꝝ, aut complexionis, & mixtionis. D.d. Et eodem modo est de illo, quod corrumpitur, & quod corruptum est. idest, quoniam in motu corruptionis non reperitur primum naturaliter, sed ante quemlibet motũ inuẽtum in actu inuenitur motus, et finis. Sed forte illud, quod est ante, nõ est de genere eius, quod est post, in generatione cõpositorum ex corporibus diuersis. et, quia hoc inuenitur in generato per accidens, & similiter in qualitate, quia est in continuo, quod non est ita in loco, & q̃to, s. ꝙ ista diuisio est in istis duobus motibus essentialiter, suscitauit intẽtiones hominum ad hoc, & declarauit ꝙ propter illud, ꝙ hoc inuenitur in motu, qui est in magnitudine, declarabitur ipsum esse in motu generationis, & corruptionis: cum generatio, & corruptio non sunt, nisi in habenti magnitudinem. quoniam, cũ hoc fuerit declaratum in alijs transmutationibus, quæ sunt in magnitudinibus, & generatio, & corruptio nõ sunt extra magnitudinẽ, licet non sint in ipsa magnitudine, sequitur vt accidat ei illud, quod est in magnitudine, s. vt in eis non inueniatur primum naturaliter. Et dixit est. n. necessario in eo, quod generatur, & corrũpitur, aliquod infinitum, cum sit continuum. i. & necesse est vt ĩ eo, quod generatur, & corrumpitur, sit aliquod nõ habens primum: quia generabile, & corruptibile sunt in aliquo carenti primo, quia est diuisibile in infinitũ, s. magnitudine. Et hoc, quod dixit de generatione, et corruptione, intelligẽdum est de motu in qualitate. igitur hoc est transmutationis, quæ est in qualitate, et substãtia per accidens, transmutationis vero in vbi, et quãto per se. [a] Sed quæritur de generatione. qm̃ visum est in ea primum naturaliter. in generabilibus autem, q̃ componuntur ex corporibus diuersis, s. non silibus, manifestũ est de hoc, sicut cor in aĩalibus, quod est ꝑma pars. & silr̃ etiam in silibus corporibus. [b] qm̃ prima quantitas carnis est terminata: qm̃ caro, ẽm ꝙ est caro, nõ diuiditur in infinitum. Nos aũt dicamus ꝙ gñatio ꝑmę partis componiꝛ ex alteratione, & gñatione. qm, cum aliquid gñatur ex aliquo, v.g. caro ex sanguine, primo amittent qualitates, & accñtia propria sanguinis, et fient accidentia propria carni, donec amittaꝛ forma sanguinis, & fiat forma carnis. & hoc in fine motus. s. non in tempore. Si igitur in transmutatione, quæ est in qualitate, non inuenitur primum naturaliter, quia est in aliquo carenti primo naturaliter. et generatio est in tẽpore, quia sequiꝛ alterationem: manifestũ est ꝙ in eo non est primum naturalr̃. Et dixit ergo impos'e est, &c.i. &, cum generatio non habeat primã partem naturaliter, impos'e est aliquid demonstrari in gñatione, quod prius non gñabatur. qm̃, cum sit diuisibile, cum fuerit transmutatũ in illo vltimo, quo diuiditur, dicetur iam generatum esse. & silr̃ illud, quod iam generatum est, dicitur prius generari. D.d. & silr̃ est de eo, quod corrumpitur. Et debes scire ꝙ iste processus in infinitum est in potentia non in actu. &, si nõ nullus motus fieret in eo omnino. Et, cum compleuit hanc declarationẽ, repetijt illud, quod declarauit, & dixit Ergo manifestũ est, etc.i. causa in hoc est, quia generatio est in magnitudine, & in tẽpore, & vtrũq; est diuisibile. D.d. ex quo sequitur quod illud, in quo generatur, impossibile est vt sit ita, quòd sit ꝑma pars magnitudinis, in qua incœpit motus generationis. Et non est intelligendum ex hoc, quòd non inuenitur prima magnitudo ex generato, quod est ex partibus diuersis. sed intentio eius est, quòd non inuenitur prima magnitudo ex generato ex magnitudine, in qua ĩcœpit generatio, & magnitudo, quæ sit prima, s. quia non inuenitur prima magnitudo ex magnitudine rei, à qua incœpit generatio.

Partes magnitudinis, ex q̃bus gñatum gñatur, sunt diuersæ in spẽ. vide [illegible] c. 41.

Quasi sint gñabilia indiuisibilia, sẽtire, & itelligere.

Motus gñationis, & corruptionis est cõpositus ex transmutatione in qualitate, & trãsmutatione in substantia. [illegible]

Finis trãsmutationis in gñatione est de alia specie motus.

Gñatio ĩ tribus modis.

Diuisio in motibus [illegible] loco & q̃ [illegible] [illegible] & 30 & in cõ 40.

a Quæritur [illegible]

Documentũ

Caput Tertium. De Finito, & Infinito in motu.

QVoniam autem qē id, quod moueť, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo, in infinito tempore impossibile est per finitam moueri non eandem semper, & illius aliquid, quod moueť, sed in toto totam. Quod igitť, si quid moueatur æque velociter, necesse est finitum in infinito moueri, manifestum est. accepta enim parte, quæ mensurabit totam, in tot æqualibus temporibus, quot partes sunt, per totam motum est. Quare, quoniam hæ finitæ sunt, & quanto vnaquæq; et numero omnes, & tempus vtiq; erit finitū. toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum secundum multitudinem partium.

Et, quia omne motum mouetur in tempore, et in maiori tempore mouetur per maius spatium, impossibile est vt i tempore infinito moueatur motu finito, sine eo, quòd motus sit idem semper, & erit motum, quod mouetur, quoddam illius motus, sed mouetur ipso toto in eo toto. Quoniam manifestum est quòd, si aliquid fuerit æqualis velocitatis in motu, necesse est quòd per finitum moueatur in infinito. quoniam, cum fuerit accepta aliqua pars, quę mensuret ipsum totum, mouebitur per illud totum in tempore æquali. Ergo, si illæ partes omnes fuerint finitæ, & quantitas cuiuslibet earum, & numerus omnium, necesse est vt tempus etiam sit finitum. quoniā numerus eius erit secundum tempus partis, cuius fuerit duplicatum per numerum partium.

60 Iam declarauit hoc, cū declarauit ꝙ omnis magnitudo, & omne tempus est diuisibile semper. sed illa declaratio ibi fuit per accidēs. et ideo vult perficere de hoc nā declaratio, qua vsus est ibi, hic, non distinguit inter motum æqualem, & diuersum, & inter diuisiones finiti, & infiniti. Et dixit Et, quia omne motum mouetur i tempore, & incœpit ab hoc, quia, si homo non 50 concederet ꝙ omnis motus est in tempore, non posset dicere ꝙ pois motus finitus est in tempore finito. Et, quia fit impossibile apud ipsum motum esse non in tēpore & hoc manifestū est per se, & induxit hanc propositionem quasi partem præcedentis, induxit aliam partem, quę est causa in consecutione eius, quod vo- lunt declarare et dixit & in maiori tempore, &c. & cū posuit hoc fuit impossibile esse, &c. D. posuit hic conclusionem & fuit sine eo, ꝙ motus, &c. i. impossibile est vt motus moueatur in tempore infinito vno motu, nisi ille motus fuerit semper, & infinitus in tempore infinito sed ille motus fuit semper, & infinitus in tempore infinito. D.d. & erit motum, non quia mouetur, &c. i. si illud motum non attribuatur tempori infinito, quia est vnum, et mouetur in quodam illius motus infiniti, & hoc fm perpetuitatem. Et addit hanc conditionē præseruando se a corpore celesti quia moueť quoddā motus infiniti in quoddam temporis infiniti. & ideo addit hoc, & d. sed mouetur, &c. i. & fm istud motū, de quo dicimus ꝙ impossē est vt moueatur motu finito in tempore infinito, non dicitur hoc in eo, nisi intelligendo ꝙ mouetur toto motu in toto illius temporis. Et, cū induxit in hoc sermone illud, quod est quasi præcedens, deinde induxit consequens, & incœpit declarare continuationem, & d. Qm manifestū est, &c. i. qm manifestum est, ꝙ istud motum aut erit æqualis velocitatis, aut diuersæ: si æqualis, declarabit ex hoc, quod dicam, ꝙ non mouetur motu finito, nisi in tempore finito. D. narrauit quo sequitur hoc, & dixit qm, cum fuerit accepta, &c. i. quoniam, cum posuerimus aliqd moueri motu terminato per spatium terminatum. v. g. per spatium HB, & deinde accepimus ex hoc spatio partem, manifestum est ꝙ pertransiuit illam partē in parte temporis, in quo pertransiuit totum spatium, & ꝙ, cum pertransiuit illud idem spatium, pertrāseundo omnes illas partes æquales, in quas spatium est diuisum, quod etiam pertransiuit eas in tēporibus æqualibus, quorum numerus est, sicut illarum partiū: cum necesse sit vt numerus temporum sit sicut numerus partium spatij, & vt tempora sint æqualia, quia partes sunt æquales, & motus est æqualis. Deinde dicit. Ergo, necesse est, si illæ partes, &c. i. &, cum necesse sit vt numerus partium temporis, in quo totum motum moueť, sit finitus, et vtraq; pars est finita, cū sint æquales partibus spatij, et partes spatij sunt finitę, necesse est vt tēpus cōpositū ex illis partibus finitis sit finitū. nam cōpositum ex partibus finitis i magnitudine, et numero æqualibus est finitum necio. D.d. qm numerus eorum, &c. i. qm numerus partium, ꝙ sunt duplæ partis spatij mensurantis illud, sit numerus duplorum partis tpis, in quo pertrāsierunt illud spatiū. i. quod, si in spatio fuerit decuplum illius partis, & in tpe etiam erit decuplū partis, in qua motum pertransiuit partes spatij.

Sed &, si non æque velociter, refert nihil. Sit. n. in qua A, & B, spatiū finitum, ꝙ quod motum sit in infinito tēpore, & tempus infinitū, in quo CD. Si igit necesse est prius per alterū altero motum esse: hoc aūt manifestū est ꝙ temporis in priori, & posteriori p alterum est motū: semper. n. in pluri per alterum erit motū, siue æque velociter, siue nō æque velociter mutetur, siue intendatur motus, siue remittatur, siue maneat, nihil minus. Accipiatur igitur spatij AB aliquid, quod sit AE, quod mēsurabit AB. Hoc itaq; in aliquo infiniti absolutum est tempore. in ifinito. n. non est possibile. totum. n. in infinito. Et rursus alterum, si cœpero quantum est AE, necesse est in infinito tēpore. totum. n. in infinito: & sic accipiendo. Quoniā igitur infiniti qdem nulla pars est, quæ mensuret: (impossibile. n. est infinitum esse ex finitis, et æqualibus, & inæqualibus, ꝓpterea ꝙ mensurabuntur q̄ finita sunt multitudine, et magnitudine à quodā vno, siue æqualia sint, siue inæqualia, definita aūt magnitudine nihil minus: spatium aūt finitum quàtus AE mēsurat:) in finito tempore AB mouebitur. Sic autem & in quiete. Quare neq; fieri, neque corrumpi possibile est semper aliquid vnum, & idem.

Et, si etiā fuerit inæqualis velocitatis, non est

est in hoc dria. Sit igitur AB longitudo, per quam est motus, finita, & sit per quā res mouetur in infinito, & sit tempus infinitū CD. Cum igitur necesse est vt quiddam moti moueatur ante quiddam: & hoc manifestū est, quia priori, & posteriori ex tempore mouetur vnum post aliud: quia in maiori semper motum est aliud à præcedenti, siue transmutatio eius fuerit æqualis in velocitate, aut nō æqualis, & siue motus eius augmētetur, aut diminuatur, & non minus si remanet in eadem dispositione. Accipiatur igitur ex longitudine AB aliqua pars, & sit AH, quæ mensuret AB. Ista igitur pars in quo tempore fuit de tempore infinito? qm ꝙ impossē est vt sit infinitum: qm tota mēsuratur in infinito. Et, si etiam acceperimus aliam partē fm mensuram AH, necesse est vt sit in tempore finito, quia totum fuit in infinito: & sic fecerimus in eis, q̄ accepimus ex eo. Quia aūt ex infinito nō est aliqua pars oīno, ad quā mensuretur: qm infinitum impossē est vt sit compositum ex finitis æqualibus, aut inæqualibus: &, cum finita fuerint, numerus, aut magnitudo, mensurabit illa vnum, siue fuerint æqualia, & non minus si fuerint inæqualia, postq̄ fuerint terminata in magnitudine saltem: & longitudo finita est longitudo, quæ mensuratur ab aliqua mensura vt AH: ergo in tempore finito necesse est aliquid ad illud moueri per longitudinem AB. Et sic' est de generatione. Vnde sequitur ꝙ impossibile est idem generari, & corrumpi semper.

Demonstratio, probans quòd, si magnitudo est finita, ꝙ tempus infinitum esse non potest.



61 Cum declarauit ꝙ impossibile est vt spatium finitū pertranseatur in tempore infinito in moto æqualis velocitatis, dicit ꝙ similiter est in moto inæqualis velocitatis, etc. i. & indifferenter, sive motū fuerit æqualis velocitatis, sive non. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit Sit igitur AB, &c. i. sit igitur longitudo finita, per quam est vnus motus finitus, qui est i tempore infinito, longitudo AB, & sit tempus infinitum tempus CD. Deinde præposuit ad hoc declarandum propositionem necessariam in hac prædicta declaratione, sed non prædixit eam prius, confidendo quemlibet considerantem habere eam in mente, & dixit Cum igitur necesse est, &c. i. &, cum hoc posuerimus, & communem et aliam propositionē notam, & est ꝙ necesse est vt in eodem motu quoddam moueatur ante quoddā, v. g. in motu qualitatis quędam partes ante quasdam, & in quantitate quędam partes quantitatis ante quasdam, & in vbi sibi, i. ꝙ motū mouebitur quibuslā partibus motus ante quasdam. Et nō intendit partes rei, quæ est subiectum motus, i. individuum subsistāţ motum. quoniam hoc nō est verum de eo in omnibus motibus, ꝙ quædam partes eius præcedunt quasdam. hoc enim non verū, nisi in qualitate, & sibi in generato dissimilium partium: in motu vero locali, aut motu augmenti non. partes. n. illorum motuum sunt in toto motu, quemadmodū totus motus est in toto. Sed et quia motus habet duplex subiectum, i. genus prædicamentorum, in quo est motus, & substantiam subiectam illi genere, & vtrūq; dicitur esse motus, intelligendum est hic per motum naturam subiectam motui, non individuum substantiæ deferens illud. [a] D. induxit illud ex quo apparet hoc perfecte, & dixit et hoc manifestum est, &c. i. & hoc, ꝙ motu quiddam est post quiddā manifestum est. nam in tpe priori erit prius eo, et in posteriori posterius. qm, quia tempus habet prius, & posterius, ideo motum i eo habet prius, posterius. D.d. qm in maiori, &c. i. qm in maiori tempore erit motū aliud à priori, quod est in minori tempore, sive fuerit æquale in velocitate, aut inæquale. & dixit hoc, quia hæc propositio est vera in vtraq; declinatione, i. in declinare hoc de motu, ꝙ est equalis velocitatis, & diuersę velocitatis. [b] Et, quia illud, quod est diuersæ velocitatis inuenitur in tribus modis: aut enim crescit, aut diminuitur, aut in vtroq; modo: et hoc est inæquale in eis, i. cū hoc, ꝙ partes motus sint quædam ante quasdam, dixit &, si motus eius, &c. i. & hoc, ꝙ quædam partes præcedunt quasdam, inuenitur etiam in diuersis hoc modo diuersitatis, non minus q̄m in æqualibus. Et sibi est intelligendum hoc, si quandoq; crescit, & quādoq; diminuitur. Et, cum dixit &, cum necesse est vt quiddam moti sit ante, deide accidit et declarare hoc, induxit consequēs, & dixit Accipiatur igitur ex longitudine AB aliquā pars. i. longitudo, quam primo posuit, & quasi d. &, cum posuerimus longitudinem finitam, s. AB, in tempore infinito, s. CD, & fuerit positum nobis ꝙ quædā partes motus, & motū præcedunt quasdā accipiamus ex hac longitudine, quam posuimus, i. AB, aliquā partem mensurantem illam, & sit AH. Deinde d. Ista igitur pars, etc. i. ista igitur pars mensurās in quo tēpore tēporis infiniti fuit accepta? nam impossē est vt tempus sit infinitum, i. tempus in quo motū pertransiit hanc partē: qm totum istud spatiū pertransiit in tpe infinito. sed est impossē vt pars, & totū pertranseant in eodem tēpore. D.d. Et, & ti acceperimus, &c. i. si igitur acceperimus ex illo spatio aliā partem æqualē parti AH, quam posumus mensurare spatium, necesse est vt motū pertranseat hāc partem, & in tpe finito, nā iam posuimus motū pertransire ipsam in tpe infinito, & indifferenter, sive posuerimus ꝙ motus eius per hanc secundā partem fuerit velocior, aut tardior q̄ motus eius per aliam partem, aut æqualis. D.d. si igitur acceperimus, &c. i. sibi, si diuiserimus tertiam mensurā æqualem primæ, sequitur vt motum pertranseat illam in tempore finito &, cum sic fecerimus, in diuisione consumetur spatium, & congregabitur ex partibus, in quas diuidit illud spatium, numerus terminatus finitus, & ex tempo- ribus, in quorū vnoquoq; pertransit vnamquāq; partiū spatij: [c] & quod cōponit ex finitis est finitum:

& necesse est ergo ꝙ tempus, in quo hoc pertransit totum spatium, est finitum nēcio. & hoc intēdebat, cum dixit, &, cū sic fecerimus, &c. t. & silr, cum fecerimus diuidēdo spatium, necesse est tempus diuidi in partes æquales in numero partibus spatij: & si partes temporum non fuerint æquales in se: & erit tēpus congregatum finitum, qm̄ pōt mensurari per partem eius. & infinitum nullam habet partem, à qua mēsureť. nam infinitum impossibile est componi ex finitis æqualibus, aut inæqualibus. & tam possumus ꝙ istud tempus cōponit ex finitis. D. d. cum finita fuerint numerus, &c. i. & cū numerus, & magnitudo, qui cōponuńt ex finitis, mensurant ab vno, siue fuerint æqualia, siue inæqualia. Et ordinatio ista; propōnum est talis. Qm̄ primū potest ꝙ infinitum impossibile est mensurari à sua parte. D. dedit causam in hoc, & est quia infinitum non componitur ex finitis æqualibus, aut inæqualibus. D. induxit aliam propositionem, & est ꝙ magnitudo finita, aut numerus finitus possunt mensurari à sua parte, siue magnitudo, aut numerus componantur ex æqualibus, aut inæqualibus. Et sic syllogismus componitur in secunda figura tali modo. Tempus, in quo motum pertransit hoc spatium, potest mensurari à sua parte, cum sit compositum ex partibus finitis, licet non æqualibus: & tempus infinitum non potest mensurari ex sua parte: ergo tempus, in quo motum inæqualis velocitatis pertransit spatium finitum, non est infinitum. & hoc est inconueniens. Ipse autem vī quasi non ordinare istum syllogismum hoc modo, sed possit post has duas propositiones, ꝙ longitudo, in qua transmutatur transmutatum mensuratur à sua parte. & hoc intendebat, cum dixit & longitudo finita mensurať ab aliqua mensura vt A H. Deinde d. ergo in tēpore finito, etc. i. qm̄, cum ista transmutatio mensureť à sua parte: & silr tempus, i quo est motus, per mensurā magnitudinis ex rebus finitis. Tempus igitur, in quo transmutatio fit, mensuratur à sua parte: & quicquid mensurať à sua parte est finitum: ergo hoc tēpus est finitum. D. dixit Et silr de generatione, t. qm̄ impossibile est aliquid generari generatione finita i tempore infinito: generatio. n. est transmutatio in magnitudine. & ideo potēsta istius declarationis est vis declarationis, quæ communis est modis ofum transmutationum, ſ. quatuor, sunt. n. corpora. Et in libro Ioannis loco huius dictionis generatio ponebatur hæc dictio quies. Et, si hoc fuerit, tunc intentio erit ꝙ ita est de quiete in hoc, sicut de motu. Qm̄, cum quies sit priuatio motus, qui innatus est existere in quiescente: & motus finitus impossibile est vt sit in tempore infinito: ergo & quies finita impossibile est vt sit in tempore infinito. Dixit Ioānes. & quidam intelligunt hic per quietem ire ad quietem. & dixerunt hoc, nam quies non determinatur, nisi per tempus. D. d. Vnde sequitur ꝙ impossibile est, &c. i. qm̄ generatio, & corruptio, quia finitæ videntur: & transmutatio finita est i tempore finito: ergo nihil generatur semper, aut corrumpitur semper. aut intendit ꝙ, cum fuerit positum aliquid transmutari trāsmutatione finita in tempore infinito, tunc illud generabitur, & corrumpetur infimul semper, cum neutra transmutatio habeat tempus proprium. Et, cum fuerit declaratum impossibile esse transmutationem finitam esse in tempore infinito, sequitur vt nullum idem generetur, & corrūpatur insimul temp. Et non intēdit ꝙ hoc esse est impossibile: quia declaratur per hoc ꝙ primum est impossibile. nā hoc esse impossibile manifestius est quàm illud esse impossibile, quod acceptum est in declaratione istius. sed induxit ipsum hoc modo innuendo aliud impossibile contingens huic, & est generabile, & corruptibile semper generari, & corrumpi insimul, & quasi d, &, cum hæc positio fuerit verificata, aufertur impossibile contingens cōtradictoriæ eius. ex quo appāret cōfirmatio istiꝰ sermōis, sicut appet destructio suę cōtradictorię.

Eadem aūt ratio est & ꝙ neq; in finito tēpore per infinitum poſe est moueri, aut gescere, siue regulariter moueať, siue irregulariter. Accepta. n. quadam parte, quæ metieť totum tēpus, in hac quantum aliquod ptranſibit ipsius magnitudinis, & nō totam. in toto. n. totam, & rursus in æquali aliam, & in vnoquoq; silr, siue æqualis sit, siue inæqualis ei, quæ est à principio. refert aūt nihil, dūmodo sit finitum quoddam vnaquęq;. manifestum. n. est ꝙ cōsumpto tempore infinitū non cōsumetur, finita ablatione facta, & per ipsum q̄tum, & ipsum quoties. quare nō trāsibit in tpe finito ītinitū. nihilq; refert magnitudinē, versus alteram, aut versus vtrāq; partem esse infinitam. eadem enim erit ratio.

Et eadem rōne ratiocinatur ad hoc ꝙ impossibile est etiā infinitum mouerī tempore finito, aut quieſcere, siue motus fuerit æqualis, aut diuersus. Nam, cum accipietur aliqua pars, quę mensuret totum tempus, tunc in illa parte mouebitur per aliquam partē illius spatij non per totum. per totum. n. mouetur in toto tempore. & in æquali mouebiť etiam per aliam partem, & i vnaquaq; partium similiter, siue fuerit æqualis præcedenti, aut inæqualis. nulla. n. est dr̄ia in hoc solummodo, ꝙ vnaquęq; illarum partium sit finita. vī manifestum est ꝙ, cum tempus consumitur, non consumitur infinitum. partitio. n. est finita in mensura, & in numero. ergo non mouebiť infinitū tempore finito. & nulla dr̄ia est siue illa mensura fuerit finita altera parte, aut infinita vtraq; quoniam eadem est ratio.

Demonſtratio, probans, ſi tempus eſt finitū, quod magnitudo non poteſt eſſe infinita.

Potes autem et per literas, ut & in priori demonſtrare. Aduerte tn̄ Auerroē in hac demōſtratione aſſumere ipſum mobile infinitum, cum tn̄ finitū aſſumi debeat.



Cum declarauit ꝙ impoſe est aliquod finitum mouerī per ſpatium finitū in tpe infinito, declarat etiam ꝙ impoſe eſt vt aliquod infinitum moueai in tempore finito. nam nēcium est vt ifinitum moueatur per spatiū infinitum. ergo ſequitur aliquid pertranſire ſpatiū infinitum in tēpore finito, et hoc eſt conuerſum eius, quod prius

prius declarauit esse ſpoſſibile, ſ. aliquid pertrāſire ſpatium finitum tempore infinito. Et, quia hæc duo sunt ſimilia, & eadē est declaratio in eis, ſcilicet aliquid moueri per ſpatium finitum in tempore infinito, aut aliquid moueri per ſpatium infinitum in tempore finito. nam illud, quod illic fecimus, diuidendo ſpatium finitum, ex quo ſequitur tempus eē finitum, faciemus hic diuidendo tempus, & ſequitur ſpatiū esſe finitum. Et ideo d. Et eadem ratione, &c. t. qm̄ impoſſibile est infinitum moueri in tempore finito, ſequitur. n. ipsum moueri per ſpatium ſinitum in tempore finito. D. d. Nā, cum accipietur aliqua pars, &c. t. et demōſtrato illius. qm̄, cum poſuerimus motum infinitum in tempore finito, & acceperimus aliquam partem illius temporis, tūc motum mouetur in illa parte per aliquam partem ſpatij. nam impoſſibile est vt per idem ſpatium mouetur in parte, & in toto temporis. D. d. & in æquali etiā mouebitur per aliam partem, &c. t. deinde, ſi poſuerimus ipſum moueri in altam partem temporis æqualem primæ parti menſuranti, deinde in tertia, deinde ſ quarta, & silr i vnaquaq; partium temporis donec tempus conſumatur, tunc congregabuntur ex hoc ſpatia finita menſura, & numero, et indifferenter ſiue motus eius in illis partibus fuerit æqualis, aut diuerſus. Et hoc intendebat, cum dixit ſiue fuerit æqualis præcedenti, aut inæqualis. idest ſiue motus eius in ſecunda parte fuerit æqualis motui eius in prima, aut inæqualis. Quoniam non est differentia inter hoc, quòd ſit æqualis, aut inæqualis in illis temporibus æqualibus: cum vnaquæq; partium ſpati, quas motum pertrāſit in illis tēporibus fuerit finita. qm̄ congregatum erit finitum, licet motus non ſit æqualis in ſe. D. d. vnde manifeſtum eſt, &c. idest manifeſtum est igitur ex his ꝙ, cum tempus conſumetur per motum illius motī per vnamquāq; partū æqualium parti menſuranti, quòd illud, per quod mouetur, non conſumetur. nam infinitū mouetur per ſpatium infinitum. D. d. partitio enim est finita. idest & declaratū est ſuperius, qm̄ neceſſe est ſpatium, p quod est motus, conſumi. nam partes omnes, per quas motū mouetur in illo tempore, ſunt finitæ menſura, et numero, ſ. qm̄ vnaquæq; est finita in ſe, et numerus omnium est finitus. ſed poſitum est eas esſe infinitas. & hoc est impoſſibile. Deinde dixit ergo infinitum non mouetur in tempore finito. idest declaratū est igitur ex hoc, ꝙ aliquod infinitum non mouetur in tēpore finito. qm̄ ſequitur ex hoc vt aliquod infinitum moueatur p ſpatium finitum: & ſic aliquid mouetur per ſpatiū minus ipſo, quod est impoſſ. Et debes ſcire ꝙ ex hoc apparet ꝙ impoſſibile est infinitū moueri oīno. nam ꝙ non mouetur tēpore infinito neceſſe est ipſum moueri ſemper temporibus finitis ſm̄ continuationem, & perpetuitatem. D. d. & nulla est differentia, &c. t. qm̄ ſequitur motum pertranſire ſpatium infinitum in tempore finito, dico ergo ꝙ ſequitur ex hoc, vt motus eius ſit in toto tempore vnus, ſ. motus infinitus.

His autē demonſtratis, manifeſtum est ꝙ neq; finitam magnitudinē infinitū contingit trāſire in finito tēpore propter cādem cām. in parte. n. tēporis finitā tranſibit, & in vnaquaq; ſimiliter: quare in toto finitam.

Hoc qdem declarato manifeſtum est eſſe impoſſe etiam magnitudinem finitam ptranſire infinitum in tēpore finito, propter illam eādem cauſam. ſ. qm̄ in parte temporis pertranſit finitum, et in vnaquaq; partium ſimiliter: ergo in toto pertranſibit finitum.

Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt aliquod finitum pertranſire ſpatium finitum tempore infinito, neq; aliquod infinitum in tempore finito, dixit ꝙ ex hoc paret conuerſum primi eſſe impoſſibile, quod eſt aliquod finitum pertranſire magnitudinem infinitā in tempore finito. Nam, cum tempus diuidetur in partes æquales, ſtatim ſpatium erit ſilr ſm̄ illum numerum, ſiue motus fuerit æqualis, aut inæqualis. ex quo ſequitur ſpatium eſſe finitum. D. d. propter illam eandem cauſam. t. & manifeſtum eſt ex illa eadē propoſitione, qua vſi ſumus in prædictis declarationibus, ſ. dicente ꝙ in parte temporis mouebitur per partem ipſam finitam. impoſſibile. n. est totum, & partem pertranſire in eodem tempore. D. d. &, ſimiliter in vnaquaq; partū, idest partium temporis æqualium primæ. D. d. ergo & in toto, &c. idest ergo neceſſe est vt motum pertranſeat in toto tempore finito ſpatium finitum.

Qm̄ autem finitū non tranſibit infinitā in finito tpe, manifeſtum est ꝙ neq; infinitū finitam. ſi. n. infinitum finitā, neceſſe est & finitam tranſire infinitū. nihil. n. refert vtrumuis eſſe id, quod mouef. vtroq;. n. modo finitum trāſibit infinitū. Cū. n. moueat infinitum, in quo est A, erit aliqd ipſius ſm̄ B finitū, vt C D. & rurſus aliud, & aliud, & ſemp ſic. quare ſilr accidet infinitū motum eſſe p finitum, & finitum tranſiſſe infinitum. Neq;. n. fortaſſis poſſe est aliter infinitum moueri p finitum, q̄ ꝙ finitum tranſeat infinitū, aut latione vtendo, aut mouendo. quare, qm̄ hoc impoſſibile est, non tranſibit infinitum finitum.

Et, cum finitum non pertranſeat infinitū in tēpore finito, manifeſtum est per ſe ꝙ neque etiam infinitum pertranſit finitum. ſi. n. infinitum pertranſit finitum, neceſſe eſt finitum pertrāſire infinitum. Qm̄, cum moueať infinitum, ſ. A, tūc quiddam eius erit in B finito, v. gr̄a C D. & erit etiā aliud ex eo poſt aliqd, & ſic ſemp. ex quo ſequī vt infinitum moueatur per finitum, & finitum pertrāſeat infinitum. Qm̄ vī mihi ꝙ impoſſe est infinitū moueri p finitum alio modo, niſi vt finitū ptranſeat infinitum, aut curſu, aut menſuratione. &, cum ſit hoc impoſſibile, eſt impoſſibile, infinitum pertranſire finitum.

Demonſtratio, probans quòd mobile infinitum non poteſt pertranſire magnitudinem finitam in tempore finito.



Phy. cū cōm. Auer. t m̄ Hoc

64 Hoc est Quartum quæsitū. & est ꝙ motū infinitum non pōt pertransire ipatiū finitū, sicut declaratum est: qm̄ impossibile est mouerī tēpore finito. Et dixit Et, cum finitū, &c. & modus continuationis in eo est. qm̄, quia declaratum est finitum non pertransire spatiū infinitum in tempore finito, declaratū est ipsum nō pertransire finitum oino. Nam, si pertransiuerit, pertransibit in tempore, quod tam desijt: & quod est tale, est finitum. &, cum declaratum sit ꝙ finitum non pertransit oino spatium infinitum: manifestum est ꝙ motum infinitum non pertransibit spatium finitum. D. dedit rōnem super hanc continuationem, & dixit si. n. infinitum pertransibit finitum, &c. i. & declaratum est ipsum nō pertrāire illud. qm̄, si infinitum ptransibit finitum, pertransibit illud in tempore finito: sed declaratū est ipsum non pertrāsire illud in tempore finito: ergo oino nō pertransibit illud. D. induxit exemplificationem, qua certificatur hoc, & dixit Quoniam, cum infinitum, s. A moueatur, &c. i. & ista cōsecutio est vera. quia, cum posuerimus ꝙ infinitum pertransit spatium finitum, s. A, tunc quiddam infiniti erit in hoc spatio, quod est B, & erit hoc quiddam æquale huic spatio. sit igitur hoc quiddam C D. Et, cum posuit quod necesse est vt pars finita moti infiniti sit in spatio finito, per quod mouetur, & vt illa pars sit æqualis spatio finito, & dixit & erit etiam aliud, &c. i. & necesse est, cū istud motum infinitum transleratur, vt illa pars eius etiam sit æqualis spatio, per quod mouetur alia à prima parte, & per secundam etiam certa pars, & sic semper. D. d. ex quo sequitur, &c. i. qm̄, quia spatium superponi rei motæ, & minus mensurat maius, necesse est, cū motum fuerit maius spatio, vt mēsuretur motum à spatio. &, cum motum fuerit minus spatio, necesse e vt motū mensuret spatiū. & non erit dīa inter hoc, ꝙ infinitum pertrāeat spatium finitum, & inter hoc, ꝙ finitū pertrāseat spatium infinitū, quod est impossi. s. qm̄ in motu infinito necesse est mensurari per spatiū finitum, & motu finito mēsurare spatium infinitum. qm̄ nulla differentia est in hoc, ꝙ mensuret spatium: sed mensurans in motu finito per spatium infinitum est motū: & mensurans motum infinitum per spatium finitum est quietens. Deinde confirmauit hoc, & dixit Quoniā mihi videtur, &c. i. qm̄ impossibile est imaginari ꝙ motū infinitum pertrāeat sm totū finitum, alio modo ab eo, quo imaginatur ꝙ motum finitum pertrāeat spatium finitum. Si igitur hoc fuerit impossibile, illud erit impossibile. i. sm quod imaginatur ipsum pertransire illud curtu, aut mensuratione. Et induxit hoc diffinctiuam, aut, quoniam motum finitum, cum pertransierit spatium infinitum, pertransibit illud curtu. &, cum motum infinitum pertransiuerit spatium finitum, pertransibit illud mensuratione, non cursu. & non est differentia inter istos duos pertransitus in hoc, quod impossibile sequatur.

At vero neq; infinitum in finito tempore transibit infinitū. li. n. infinitum, & finitum. inest. n. infinito finitum. Amplius autem & tempore excepto eadem erit demonstratio.

Neq; infinitum pertransit in tempore finito infinitum. qm̄, si pertransit infinitum, pertransibit etiam finitum. qm̄ in infinito est finitum. Et cum hoc consyderatum fuerit de hoc sm tēpus, tūc proueniet ex demōstratione.

65 Hæc est Quinta declaratio, & est de illo, quod remanet ex diuisione eius motū infinitum moueatur tēpore finito. qui illud, quod est tale, aut moueī per spatium infinitum, aut finitum, s. vt moueatur infinitum p infinitum in tēpore finito. Et dixit qm̄, si pertransiuerit infinitum, pertransibit etiam finitum, s. qm̄, cum positū sit infinitum pertransire spatium finitum in tempore infinito, necesse est vt finitum pertranseat spatiū ifinitum in tempore finito. quod est impossibile, vt declaratum est. D. d. quoniam in infinito est finitum, i. & necesse est, cum infinitum pertransiuerit infinitum in tempore finito, vt finitum pertrāseat infinitum. quoniam in infinito pertransito est pars finita necessario, quæ ptransit spatium infinitum in tempore finito. Deinde dixit Et, cum etiam consyderatum fuerit sm tempus, &c. i. prouenit etiam demōstratio, ex qua declaratum est ꝙ impossibile est infinitum mouerī tempore finito. et illa demonstratio est per diuisionem temporis: quoniā per diuisionem temporis diuiditur ipatium. Si igitur tempus fuerit finitum, & spatium erit finitum: sed quia positum est ipsum esse infinitum, hoc est impossibile.

Qm̄ autem neq; finitum infinitum transibit, neq; infinitum finitum, †{ neq; infinitū} in finito tēpore mouetur, manifestum est ꝙ neq; motus erit infinitus in finito tempore. quid. n. refert motum. aut magnitudinē, infinitum facere? necesse. n. est, si vtrūuis, & alterum esse infinitū. omnis. n. latio in loco est. † a. 1 ne p finitū illatū

Et, cum sit impossē finitum moueri p infinitum, aut infinitum p finitum, aut infinitum in tempore finito, manifestum est ꝙ motus infinitus non erit in tempore finito. non. n. est differentia inter hoc ꝙ motus sit finitus, aut magnitudo. qm̄ necesse est, si alterum fuerit infinitum, vt reliquum sit infinitum. omnis enim translatio est in loco.

Cum declarauit ꝙ impossibile est aliquod finitum 66
mouerī per finitum infinitum i tempore finito, aut aliquod infinitum in tempore finito, siue spatium fuerit finitum aut non fuerit, declaratur impossibile esse vt motus infinitus sit i tempore finito. Quoniam hoc aut erit per spatium, aut per rem motam. si autem per spatium, tunc aliquod infinitum mouebitur per spatium infinitum in tēpore finito. si vero infinitas in motu fuerit per rem motam, tunc aliquod infinitum mouebitur in tempore finito, aut per magnitudinem finitam, aut infinitam: sed hæc destructa sunt: ergo destructum est aliquem motum infinitum esse i tempore finito. et hoc intendebat declarare supernus. & ipse vtetur hoc tanq; fundamento in Septimo. Et dixit Et, cum sit impossibile, &c. i. et, cum sit declaratū, qm̄ impossibile est motum infinitum pertransire spatium infinitum in tempore finito, aut motum infinitū spatium finitū, vel infinitum in tēpore finito, manifestū est ex hoc, qm̄ impossē est vt motus infinitus sit in tempore finito. D. declarauit consecutionem, & dixit non. n. est dīa, &c. i. qm̄, cum sit impossibile vt motū finitum moueat per spatium infinitum in tempore finito, aut motum infinitum in tēpore finito, manifestum est, ꝙ impossibile est vt motus infinitus sit in tēpore finito. qm̄, si fuerit infinitus, aut erit per magnitudinem ifinitam, aut motum infiniti: sed hæc duo sunt impossibilia: ergo impossibile erit, vt motus infinitus sit in tempore finito. D. d. nō enim est dīa, &c. i. cum non sit dīa, siue ponat ꝙ motus infinitus est in tēpore finito, aut ꝙ magnitudo infinita mouetur in tempore finito. D. d. quoniam necesse est, &c. i. quoniam necesse est, si motus fuerit infinitus, vt magnitudo sit ifinita, aut illa, p quā est motus, aut

aut illa, quæ mouetur. & similiter, si alterum istorū fuerit infinitum, motus erit infinitus. D. d. omnis enim translatio est in loco, i. et ista etiam cōsecutio est in motu locali, s. quoniam, cum fuerit positum ꝙ motus in loco est infinitus, necessario erit magnitudo infinita, aut illa, per quam est motus, aut locus, & motum insimul. Similiter, si alterum istorum fuerit infinitum, motus erit infinitus, sed, cum motum fuerit infinitum, spatiū erit infinitum: & non conuertitur. Vtrum autem, si augmentum fuerit infinitum, magnitudo erit infinita, similiter &, si alteratio fuerit ifinita, alteratum erit infinitum, consyderandum est. & non apparet sicut in trālatione. & ideo dixit post, omnis enim translatio est in loco. vnde opinandum est ꝙ hoc nomine motum vtitur in hac declaratione proprie, s. in loco. & in vltimo istius tractatus declarabitur simpliciter. quoniam impossibile est ꝙ aliquis motus quatuor motuum sit nisi motus præter translationem circulārē.

Documētū.

In hoc. 6. text. 92. & 93.

Caput Quartum. Eodem pacto esse in eo, quod in Quietem tendit, et in Quiete, ut etiam in motu, quod scilicet non detur in eis Primum.

QVoniam autem omne aut mouetur, aut quiescit, quod aptū natura est, qm̄ aptum est, & vbi, & quo pacto, ne cesse est omne, quod stat, cum stat, moueri. si enim nō mouetur, quiescet, sed nō cōtingit vt ad quietem tendat quiescens.

Et, quia omne aut mouetur, aut quiescit, s. quod innatum est, & quo, & sm quod, necesse est vt cessans, cum cessat, moueatur. nam, si omnino non mouetur, quiescit. & impossibile est vt quiescens sic tendat ad qetem.

67 Cum declarauit prius ꝙ neq; in motu, neque in primo tempore, quod superponitur motui, non inuenitur primum naturaliter, s. primus motus, aut primum tempus, cum motus, & tempus semp sint diuisibilia, vult nunc declarare ꝙ ita est in re ad quietem, & in ipsa qete, sicut in motu, s. quoniam nō inuenitur prima quies naturaliter in re quiescente, neq; primū tempus, quod est pars temporis, in quo quiescens quiescit, s. temporis æqualis quieti: similr neq; inuenitur primum tempus, in quo motum vadit ad quietem, quod dicitur cessatio. Et incepit declarare prius hoc in cessante, & dixit Et, quia omne, &c. i. & quia omne, de quo vere dicitur ipsum esse aut quiescēs, aut motū, est illud, quod innatum est recipere motū, & quietem, & est in loco, in quo innatum est recipere motum, & quietem, & in dispositione, sm quam innatum est recipere motū, & quietem. Et dixit quod inatū est mouerī. nam illud, qđ non est innatum mouerī, verbi g. punctus, non dicitur quiescere, aut mouerī. Et dixit & quo. nam illud, quo mouetur, mouetur in re diuisibili: &, cum fuerit in instanti, non dicitur quiescere, neq; mouerī. Et dixit et secundum quod. vt distingueret inter illud, quod mouetur in potentia, & illud, quod mouei in actu, s. rē motā 60 eē in potētia, aut in actu. si. n. fuerit in potentia, erit mota in potētia, & erit innata mouerī in potentia, &, si in actu, actu. Vel dixit hoc distinguendo inter motū, quo res mota īnata est mouerī, & īter illud, quo nō est innata mouerī. & est euidentius. Cum posuit hoc q̄si præcedens, dixit ergo necesse est vt cessans, &c. idest ergo necesse est in cessante, quod inuenitur in eo, quod mouetur, aut quiescat, non in eo, quod semper mouetur, vt, cum dicitur cessare, tunc dicatur mouerī: cum

Dispōnesqe ens, & mo : Vide etiā phy. t. cō. 16. & hic su pra. t. c. 30.

Tria expō.

5. da expō.

sit impossibile dicere tunc ipsum quiescere. nam, cum cessat, tendit ad quietem: & impossibile est vt illud, quod tendit ad quietem, sit quiescens.

Hoc autem demonstrato manifestum est quòd & in tempore stare necesse est. quod enim mouetur, in tempore mouetur: quod autem stat ostensum est mouerī: quare necesse est in tempore stare.

Hoc quidem declarato manifestum est ꝙ cessans cessat in tēpore. cum motū moueat in tpe: & sit declaratū ꝙ cessans est motū: ergo necesse est ipsum cessare in tempore.

Quia omne cessans est motum: & omne motum est 68
in tempore: ergo omne cessans est in tempore. minor autem declarata est, quoniā cessans est illud, quod innatum est moueri, aut quiescens non est sine altero: ergo omne cessans aut est motum, aut quiescens. sed non est quiescens: nam cessans tendit ad quietem: & quicquid tendit ad aliquid nō est in illo: ergo cessans nō est quiescens: ergo omne cessans est motum.

Amplius autem, si velocius quidem, & tardius in tempore dicimus, stare autem est velocius, & tardius.

Et etiam nō dī velocius, & tardius, nisi in tempore, cessatio est velocior, & tardior.

Omne cessans est aut velocius, aut tardius: & omne 69
velocius, aut tardius est in tēpore: ergo omne cessans est in tempore.

In quo autem tēpore primo id, quod stat, stat, in quouis huius necesse est stare. diuiso enim tempore, si in neutra quidem partium stat, neq; in toto: quare nō vtiq; stat id, quod stat. si vero in altera non vtiq; in primo toto stat. sm enim * vtrūq; in hoc stat, sicut dictū est, & in eo, quod mouetur, prius. Vt autem id, quod mouef, non est in quo primo mouetur, sic neq; in quo stat id, quod stat.

* a. 1. alitor.

Et primum tempus, in quo cessans cessat, necesse est vt in quolibet eius cesset. nam, si illud tempus diuidatur in duo, tunc si in neutra parte cesset, ergo neque in toto cessabit, ergo cessans non cessat. &, si in altera parte cessat, ergo nō totum est primū eius, in quo cessat. quoniam cessauit in alio: & est illa ps, vt dictum est de moto. Quemadmodum ergo in moto non est aliquod primum, in quo mouetur, similiter neque in cessante est aliquod primum, in quo cessat.

Cum declarauit ꝙ cessans cessat in tempore, vult de 70
clarare etiam ꝙ nō est primum tempus, in quo cessat. & videt ꝙ cessans sit idem cum moto omnimodo: sed non est verum: sed motum, & cessans sunt idem sm subiectum, & duo sm modum. corpus enim, cum accipitur sm qualitatem quiescentem, dī quiescens, &, cum accipiatur sm ꝙ habet qualitatem tranmutatam, dī motum. &, quia transmutatum in qualitate venit ad qualitatem mobilē, sm hoc dicitur motum. Motus igitur est motum, sm ꝙ transmutatur in alia qualitate,

& trans.

& transfertur in ea ad finem, ſm q̃ finis eſt complemẽ
tum tm̃ illius motus. ver.g. ſm q̃ tranſmutatur de albe
dine imperfecta in nigredinem. eſt autem ceſſans, ſm
q̃ trãſfertur ad quietem. &, quia quies accidit compie
mento ad quod eſt motus, ideo ceſſatio accidit moto.
& ideo ſunt vnum ſm ſubiectum, & duo ſm modum.
Alia dſia. Aut dicamus q̃ eſt ceſſans ſm partem habitam, et mo
tum ſm partem habendam. Dicit Et primũ tps, &c.t.
& neceſſe eſt vt ceſſans dicatur ceſſare in qualibet par
te temporis, quod eſt æquale ceſſanti. omne enim tem
pus eſt diuiſibile. Deinde incepit declarare hoc, & di
xit nam, ſi illud tempus diuidatur in duo, &c.t. & ne
ceſſe eſt vt ceſſans ceſſet in qualibet parte primi tẽpo
ris. ſi enim illud tempus diuidatur in duo æqualia, cum
omne tempus ſit diuiſibile, tunc ceſſans aut non ceſſa
bit in aliqua parte: & ſic non ceſſabit in toto illo tẽpo
re, quod eſt contra poſitum, aut ceſſabit in altera tan
tum. & ſic illud tempus non erit primum: cum non di
catur ceſſare in eo, niſi quia ceſſat in aliqua parte eius.
& hoc intendebat, cum dixit nõ eſt totũ primũ, in quo
ceſſat, t. & ſequitur hanc poſitionem, vt non ſit illud tẽ
pus totum, quod eſt compoſitum ex duabus partibus
primi, in quo ceſſans ceſſat. D.d. ceſſauit enim in alio:
& eſt illa pars. t. q̃m, ſi poſitum fuerit q̃ ceſſans ceſſet
in aliqua parte primi tẽporis, tunc illud tempus nõ erit
primum: q̃m ceſſauit in alio, antequam ceſſaret in illo
tempore. & illud aliud eſt aliud ab alia parte poſita: &
ſic illud tempus non erit primum. & intendit per hoc,
quod dixit & illa pars, partem primi temporis, in quo
poſitum fuerit ceſſans. Dein.d. vt dictũ eſt de moto, t.
q̃m declaratio eadem eſt in eis. nam, cum poſuerimus
primum tempus, in quo motum mouetur, & diuiſerimus
illud tempus in duo, & proceſſerimus hac via de
monſtrationis, ſequitur vt in hoc non inueniatur pri
mum æquale. & ideo dixit Quemadmodum igitur in
moto, &c.t. quemadmodum igitur in moto non inue
nitur ex tem, pore aliquod primum, in quo incepit mo
ueri, ſimiliter neque in ceſſante inuenitur aliquod pri
mum, in quo incepit ceſſare.

Neq; enim ipſius moueri, neq; ipſius ſta
re aliquid eſt primũ. Sit enim in quo primo
ſtat, in quo A B. hoc igitur impartibile qui
dem non contingit eſſe. motus enim non eſt
in impartibili, propterea q̃ motum eſt aliqd
ipſius: quod autem ſtat demõſtratum eſt mo
ueri. At vero, ſi diuiſibile eſt, in quauis par
tium ipſius ſtat. hoc enim oſtẽſum eſt prius,
quòd in quo ſtat primo, in quauis parte il
lius ſtat. Quoniam ergo tempus eſt, in quo
primo ſtat, & non impartibile: omne autem
tempus in infinita diuiſibile: non eſt in quo
primo ſtatur.

Quoniam neq; ex moto neq; ex ceſſante
eſt aliquod primum. Et demonſtratio illius
ſit illud, in quo primo erit ceſſans A B. im
poſſibile eſt igitur hoc eſſe indiuiſibile. mo
tus enim nõ fit in idiuiſibili: nã erit aliquid,
& iam ex ipſo mouetur. Et declaratum eſt
quòd ceſſans eſt motum, &, ſi fuerit diuiſibi
le, erit ceſſans in quacunq; parte eius. nam
hoc declaratum, quoniam, cum fuerit aliqd,
in quo erit primo ceſſans, tunc ceſſans erit in
quacũq; parte illius. Et, quia illud, in quo eſt
primo ceſſans, eſt tempus, nõ indiuiſibile: qẽ
enim tempus eſt diuiſibile in infinitũ: ergo
nihil eſt, in quo primo erit ceſſatio.

*Demonſtratio, oſtendens quòd non eſt accipere primũ
temporis in ſtatione mobilis.*



71 Cum declarauit hoc ſermone, repetit declarationẽ
per exemplum, & dicit Q̃m neq; ex moto, neq; ex ceſ
ſante, &c.t. q̃m neq; motum, neq; ceſſans habet primã
partem motus, aut ceſſationis. nam ſi hoc eſſet, tũc mo
tus, & tempus, & vſr continuum cõponerentur ex in
diuiſibilibus. D.d. ſit igitur illud, in quo, &c.t. ſit igit
primum tps, in quo erit prima ceſſatio A B. Deinde d.
& impoſſibile eſt vt hoc ſit indiuiſibile, ſ. primum tps,
in quo ponitur prima ceſſatio A B. Deinde. d. motus
enim non eſt in aliquo. t. & diximus q̃ iſtud primũ tẽ
pus neceſſe eſt vt ſit diuiſibile. quia tam declaratũ eſt
q̃ omne ceſſans eſt motum, a & q̃ motus non fit in alt
quo indiuiſibili: q̃m pars recedens, & accedens motus
eſt, eadẽ: & ſic pars ans fuit ex ſe, & fuit anteq̃ eſſet. Et
hoc intendebat, cum dixit tam erit aliquid, et tam mo
uetur ex ſeipſo, ſ. nam ſequitur ex hoc q̃ aliqd mouet
ex ſeipſo. et hoc ẽ ſimile ei, quod dixit in motu iſti⁹ tra
ctatus. q̃m, ſi motꝰ eſſet in diuiſibilis, tunc res, cũ mo
uetur, tam eſſet mota. &, cum motus ſit diuiſibilis, ne
ceſſe eſt vt illud, in quo eſt motꝰ, ſit diuiſibile, ſ. tẽpus,
& locus. Deinde d. &, ſi fuerit diuiſibile, &c.t. et, ſi iſtud
primũ tps fuerit diuiſibile, ut ſumus coacti per rõnem,
tunc ceſſans erit ceſſans in qualibet parte eius, ſicut in
toto: & ſic erit ceſſans in medietate, ſicut in toto, & in
medietate medietatis, ſicut in medietate, & ſic in infi
nitum. & hoc eſt in potentia. & ſic non contingeret vt
ante ceſſationem eſſet ceſſatio, & ante motũ eſſet mo
tum in infinitum, quod eſt impoſſibile. q̃m ſm hoc nõ
fieret motus. ſm hoc igitur intelligendũ eſt hoc. D.d.
q̃m hoc declaratũ eſt, &c. & tendit hic per primũ, tps
æquale: & eſt illud, quo vtitur hic pro principio, in de
clarando q̃ initium ceſſationis nõ habet primum tps.
& quaſi dicat, &, quia declaratũ eſt q̃ in qualibet par
te tpis æqualis ceſſationi ceſſabit ceſſans, neceſſe eſt vt
non ſit tps primum, in quo incepit ceſſare. & hoc intẽ
debat, cum dixit & quia illud, in quo eſt, &c.t. non in
uenitur aliquod primum, in quo erit prima ceſſatio, ſ.
neq; ex ipſo tpe, neq; ex loco, in quo eſt ceſſatio, neq;
ex ipſa ceſſatione. & continuatio cõſequentis cum pce
dente in hoc ſermone manifeſta eſt ex prædictis.

Neq; igitur quieſcens, quando primum
quieuit, eſt. in impartibili enim non quieuit,
propterea quòd non eſt motus in impartibi
li. in quo autẽ eſt ipſum quieſcere, & ipſum
moueri, tunc enim dicimus quieſcere, q̃n, &
in quo

a Motus nõ fit in aliquo indiuiſibili q̃m pars recedens, & accedens eſt eadem.

* a.l. huius autem.

* Neq; qies, neq; motus in impartibili.

in quo aptum natura eſt moueri non mouet
id, quod aptum natura eſt.

Neq; quieſcens etiã quieſcit in primo tẽ
pore. quoniã non quieſcit in indiuiſibili. mo
tus enim non fit in indiuiſibili: & in illo, in
quo eſt quies, in ipſo eſt motus. declaratum
eſt enim quoniam tunc dicitur aliquid quie
ſcere, cũ illud, quod innatum eſt moueri, nõ
mouet in eo, in quo innatum eſt moueri.

72 Cum declarauit q̃ neq; motum, neq; ceſſans habet
primũ, vult oñdere hoc ẽt in quieſcente, & dixit Neq;
ẽt quieſcens habet tps primum, in quo quieſcit. Dein
de dedit cauſam, & dixit q̃m non quieſcit in indiuiſibi
li, ſ. cum ſit impoſſibile ipm quieſcere in tpe indiuiſibi
li, cum motus non ſit in indiuiſibili, &c.t. & neceſſe eſt
vt quies nõ ſit in indiuiſibili, ppter duo, quorum alte
rũ eſt, q̃m motus impoſſibile eſt vt ſit in indiuiſibili: &
hoc demonſtratũ eſt: alterum vero eſt, q̃ illud ex tpe,
in quo motus põt eſſe, in illo poteſt eſſe quies, & illud,
in quo motus non põt eſſe, neq; põt ẽt quies eſſe in eo.
Deinde incepit declarare hoc, & dixit declaratum eſt
enim, &c.t. & neceſſe eſt vt aliqd non poſſit quieſcere
niſi in eo, in quo põt moueri: qa deſcribimus quieſcẽs,
De gete trã- ſumptiua, vi de. 4. phyſi. cõ. 118. quod eſt quieſcens principaſt, & vere, & non trãſumptiue, quod eſt innatũ moueri, cum nõ mouet in illo, in
quo eſt innatum moueri, ſ. tpe, & loco. & ideo neceſſe
eſt vt omne quieſcens quieſcat in tpe, & loco. &, ſi eẽt
poſſibile aliquid quieſcere in inſtanti, in quo eſt impoſ
ſibile moueri, tunc diceretur quieſcens, ſicut dicitur q̃
punctus eſt quieſcẽs, ſ. in figura. Et ſyllogiſmus com
ponitur ſic. Oẽ quieſcẽs quieſcit in eo, in quo innatum
eſt moueri: & illud, in quo innatũ eſt moueri, eſt diuiſi
bile: ergo oẽ quieſcens quieſcit in diuiſibili. &, cũ ſit de
claratũ ipm quieſcere in diuiſibili, declarabitur q̃ qes
quieſcẽtis nõ habet primũ tps per illã demõſtrationẽ,
per quam fuit hoc declaratũ in ceſſante, & moto.

Amplius aũt & tunc dicimus quieſcere,
cum ſimiliter ſe habet nunc, & prius, tanquã
non vno quodam diiudicantes, ſed duobus
minimis. quare non erit in quo quieſcit, im
partibile. Si vero partibile eſt, tempus vtiq;
erit, & in quauis ipſius partium quieſcet. eo
dem enim modo demonſtrabitur, quo & in
prioribus. quare nihil primũ erit. & hęc autẽ
cauſa eſt, quia quieſcit quidẽ, & mouetur om
ne in tpe. tempus autẽ non eſt primum, neq;
magnitudo, neq; omnino vllum cõtinuum:
omne enim in infinita partibile eſt.

Et etiam dicimus aliquid quieſcere, cum
eodem modo fuerit nunc, & prius, quaſi nõ
conſyderamus ipſum ſm vnum, ſed ſaltẽ ſm
duo. vnde neceſſe eſt vt illud, in quo eſt qes,
non ſit indiuiſibile. Si igitur fuerit diuiſibile,
neceſſe eſt vt ſit tẽpus, & vt ſit quieſcens in
quacunq; parte eius. hoc enim declarabitur
per illud idem, p̃ quod declaratũ fuit prius.
ergo nõ eſt hic primũ. & cauſa in hoc eſt, q̃m
oẽ, quod qeſcit, aut mouet, quieſcit, aut mo
uetur in tempore: et non eſt primũ tps, neq;
prima magnitudo, et vniuerſaliter nõ eſt pri
mum cõtinuum: quoniã quodcunq; talium
eſt diuiſibile in infinitum.

Hæc eſt ſecunda declaratio, q̃m quies non habet pri 73
mum tps, in quo quieſcens quieſcat primo. Et dicit Et
etiam dicimus, &c.t. & etiam manifeſtum eſt q̃ tunc
dicimus aliquid qeſcere, cum fuerit in eodem ſtatu, &
in hoc inſtanti, & in alio inſtanti p̃ceẽnti, & ſaltem in
duobus inſtantibus, & cauſa in hoc eſt q̃ motum, aut
quieſcens non inueniunt in actu, niſi in eo, q̃ eſt in actu
tps, ſ. in ipſo tpe, non in inſtanti. q̃m inſtans eſt in po
tentia. Et, quia hæc eſt actio animæ in quieſcente, q̃m Alia rõ. ſed
anima tunc intelligit quietem, q̃n intellexerit idem cor ligit qeſ. q̃
pus in eodem ſtatu, ſaltem in duobus inſtantibus, dixit intellexerit
quaſi non cõſyderamus, &c.t. & videmus quaſi q nõ idẽ corpꝰ
cõſyderat, neq; intelligit rem per vnum, ſed per duo, ſ. eodẽ ſtatu
per duo inſtantia. & quia quieſcere non intelligitur, & ſaltẽ in du
comprehenditur niſi cõprehendendo duo inſtantia: & bꝰ inſtãtꝫ
cum declaratum eſt q̃ inter quælibet duo inſtãtia eſt tẽ cõſiſt. vi.
pus: neceſſe eſt vt oẽ quieſcens quieſcat in tpe: & oẽ tẽ de tẽpore.
pus eſt diuiſibile. & ideo dixit poſt, vnde neceſſe ẽ vt phyſi. 100
illud, in quo eſt quies, &c.t. vnde neceſſe eſt vt pars tẽ & 106.
poris, in qua eſt quies, non ſit indiuiſibilis, v.g. inſtãs,
ſed diuiſibilis. Deinde d. Si igitur fuerit diuiſibile, ne
ceſſe eſt vt ſit tps. t. ſi igit fuerit diuiſibile in duo inſtan
tia: & inter quælibet duo inſtãtia eſt tps: neceſſe eſt vt
quies ſit in tpe. D.d. & vt ſit quieſcens in qualibet par
te eius. t. & ſi illud, in quo eſt quies, ſit tps: & omne tps
eſt diuiſibile in tempora: neceſſe eſt vt ſit quieſcens in
quacunq; parte accipiatur de illo tpe: ex quo declara
bitur q̃ quieſcens non habet primũ tps per illam ean
dem demõſtrationem, per quam declaratũ fuit hoc in
motu, & ceſſante. & hoc intẽdebat, cũ dixit hoc enim
declarabitur, &c. Et, cum declaratum hoc, repetit con
cluſionem, & dixit quapropter neceſſe eſt primũ non
eſſe, ſ. primũ tps. deinde dedit cauſam in hoc moto, &
quieſcente, & dixit & cauſa in hoc eſt, q̃n, &c.t. & ſcẽ
dum q̃ iſta cauſa in quieſcente nõ eſt vera, in hoc mo
to, & quieſcente ẽt. nam diuiſibilitas tpis eſt cauſa vt
quieſcens non habeat primam quietem, in moto autẽ
tps non eſt cauſa huius, ſed concomitatur cauſam. &
cauſa in hoc, q̃ motum eſt tale, ſ. non habens primum
motum eſt, q̃n motum eſt continua magnitudo, & in
magnitudine cõtinua, ſicut diximus. ſtãta enim priori
tas eſt impoſſibilis in iſtis rebus, ppter continuationẽ:
& cõtinuatio in iſtis primo inuenit in magnitudine, & Cõſequutio
propter magnitudinẽ inuenit in motu, & ppter motũ eſt. ſi ſit
in tpe: tps ergo primo caret, eò q̃ motus caret illo, mo magnitudo
tus vero caret illo, eò q̃ magnitudo caret illo etiã. & ꝓpter
motũ in tpe
1.6. ſuꝑ. t. 6.
& 7. & 8. cap.

Quoniam aũt omne, quod mouetur, in tẽ
pore mouetur, & ex quodã in quoddam mu
tatur, in quo tẽpore mouetur ſm ſe, & nõ qa
in illius aliquo, impoſſibile eſt tunc ſm aliqd
eſſe primum quod mouetur. quieſcere enim
eſt in eodem eſſe, tpe aliquo & ipſum, & par
tium vnamquãq; ſic enim dicimus quieſce
re, q̃n in alio, & alio nunc verum ſit dicere q̃
in eodem & ipſum, & partes ſunt. Si aũt hoc
eſt quieſcere, nõ cõtingit id, quod mutatur,
ſm aliquid eſſe totum ſm primum tẽpus. tẽ
pus enim omne diuiſibile eſt. quare in alia,
& alia ipſius parte verũ erit dicere q̃ in eodẽ
ſit & ipſum, & partes. Si vero non ſic eſt, ſed
vno ſolo nunc eſt, nõ erit tẽpore vllo ſm ali
quid, ſed ſm terminum tẽporis. in ipſo autẽ

nunc

Neq; mouet in neq; quiescere est in ipso nunc.

nunc est quidem semper ſm aliquid manẽs, nõ tñ quiescit. neq; enim moueri, neq; quiescere est in ipſo nunc. ſed non moueri quidẽ verũ est in ipſo nũc, & esse ſm aliquid, in tpe aũt non contingit esse, ſm quod quiescit. accideret enim id, quod fertur quiescere.

Et, quia omne motum mouetur in tpe, & transmutat de aliquo in aliquid, ideo tps, in quo mouetur per ſe, non quia est in quadam parte illius tpis, impoſſibile est vt motum ſit in aliquo eius. qm̃ permanentia alicuius, & vnuſcuiuſq; ſuarum partium in eadem re in aliquo tpe. qm̃ hic dicimus aliquid quiescere, ſ. cũ in inſtanti poſt aliud inſtans erit verũ dicere illud manere, et ſuas partes ī aliquo. Et, cum hoc ſit quies, impoſſibile est vt illud, qd transmutatur aliquo modo trãſmutationis, ſit ſm totum in primo tpe in aliquo. nam omne tps est diuiſibile. neceſſe est igitur vt ſit verum in vna parte per aliam diuidi in eadem diſpoſitione. Et, cum hoc non ſit ita, ſed hoc est in vno inſtanti tantum inſtantium, ergo nullus modus transmutationis erit in tẽpore omnino, ſed in extremo tpis. qm̃ in inſtanti poſſibile est vt res ſit permanẽs aliquo modo, quieſcens aũt nõ. impoſſibile est enim in inſtanti motum, aut quietem fieri. ſed dicere motum nõ esse in inſtanti est verum, & q; aliquid est in eo quodãmodo in tempore, aut impoſſibile vt ſit, ſm q; est in quiete.

74 Vult declarare q; trãſmutatum nõ est in eo, in quo trãſmutatur, in tpe omnino, neq; in primo tpe, in quo transmutatur, ſ. æquali transmutationi, neq; in aliqua parte eius, ſed est in transmutatione in inſtãti, verb. g. qm̃ translatum per magnitudinem nõ est in magnitudine in primo tpe, neq; in parte eius, ſed in inſtanti, & dicit Et, quia omne motum. &c.t. & quia declaratum est q; omne motu mouetur in tpe, & q; transmutat de aliquo in aliquid cõtinue, ideo tps, in quo motum mouetur per ſe, ſ. primũ tps, quod est æquale motui eius, in quo motũ non dr̃ moueri grã partis, impoſſibile est vt motum ſit in illo, in quo mouetur, ſ. in hoc tpe, aut in aliqua parte illius. D. induxit impoſſibile, quod sequitur ex oppoſito huius poſitionis, & dixit qm̃ permanentia alicuius, &c.t. & impoſſibile est vt transmutatũ ſit in re, in qua transmutatur in tpe primæ transmutationis, neq; in parte illius. qm̃, ſi trãſmutatum fuerit in prima transmutatione in tpe, ſequeẽ vt ipſum, & ſuæ partes ſint in eadem diſpõne in illo tempore, in quo dr̃ esse in transmutatione: & aliquid esse in transmutatione ſm oes ſuas partes in eodem ſtatu est quiescere: & ſic transmutatum erit quiescens in trãſmutatione non transmutatum. D. expoſuit hoc magis, & dixit qm̃ ſic dicimus, &c.t. q; cũ dicimus aliquid quieſcere, nihil aliud intendimus, q; ſit vt in plus q; in vno inſtanti ſit in eodem ſtatu ſine aliqua mutatione. D.d. Et, cum hoc ſit quies, &c.t. impoſſibile ſit impoſſibile, ſ. motũ esse quiescens apud transmutationem eius, impoſſibile est vt transmutato aliquo modo transmutationis vt trãſmutatum ſit in eo ſm oes ſuas partes in aliquo tpe, ſ. in tẽpore primæ transmutationis, aut in aliqua parte eius.

Aliq; est ſm ſuas partes in eodem in quo est quiescere.

Et, cum notificauit, qm̃ neceſſe est, cum trãſmutatum fuerit in transmutatione in tpe, vt ſm oes partes ſit in ſimul in tpe, qm̃ hoc est proprium eius, quod est in aliquo tpe, & quod est tale, est quiescẽs in illo, in quo est, incœpit declarare cauſam, propter quam neceſſe est ut illud, quod inuenitur in tpe, inueniat in eo, & ſuæ partes eodem modo, & dixit omne enim tps est diuiſibile, &c.t. & neceſſe est vt illud, quod inuenitur in tẽpore inueniat, & ſuæ partes eodem modo plusq; in vno inſtanti. qm̃ omne, quod inuenitur in tpe ex iſtis, inuenitur in diuiſibili, cum omne tps ſit diuiſibile: et omne, quod inuenitur in tpe diuiſibili ſm prius, & poſterius, neceſſe est vt verum ſit dicere de eo in unaquaq; parte primi tpis, in quo est, q; ſm oes partes est in eadem diſpoſitione: & quod est tale est quiescens. D. d. Et, cum hoc non ſit ita, &c.t. & cum ſit impoſſibile vt transmutatum ſit in eadem trãſmutatione in inſtãti poſt aliud. nam hoc est quieſcens neceſſe est vt transmutatum ſit in transmutatione in inſtanti, non in tpe. D. d. ergo nullus modus trãſmutationis est in tpe, ſed in extremo tẽporis. D. d. &, cum ita ſit, non erit transmutatũ aliquo modo transmutationis, quod ſit in tpe, ſed erit in trãſmutatione de inſtito ad finem in inſtãti. D. d. qm̃ in inſtanti poſſibile est, &c.t. et ex iſta poſitione non ſequit primum impoſſibile. nam tranſmutatum, cum ponat in transmutatione in inſtãti, tunc poſitum est aliquod ens in eo, ita, q; non ſit quiescens. ens enim in inſtanti nõ est ens in eo, ita, q; ſit quieſcens, neq; motũ, ſed talt modo essendi, in quo hæc duo contraria falſa ſunt. &, ſi dicatur quies, erit æquiuoce. & hoc intendebat, cum dixit qm̃ in inſtanti poſſibile est, etc. D. d. ſed dicere, &c.t. ſed dicere aliquid esse in inſtãti in aliquo, quodãmodo non est neq; motus, neq; quies, est verum. D. d. in tpe, vero, &c.t. & vlr apparet q; motum in motu impoſſibile est vt ſit in tpe ſm modũ, quo dr̃ ut quiescẽs ſit in tpe. Et hæc declaratio est cõis in oibus transmutationibus. &, nulla dubitatio accidit ex eo in motu, eo q; continuatio in motu locali est manifeſta per ſe, & quia impoſſibile est imaginari aliquam partem eius exiſtere ſubito. in cæteris aũt motibus est quæſtio non parua. videtur enim q; aliquæ partes eorum exiſtunt ſubito, & q; continuatio nõ est manifeſta in eis. & nos perſcrutabimur de hoc ſollicite alias.

Ens in inſti nõ est ens eo, ita q; te quiescens, et motũ, ſc. ſ. hõ cõe. in q; hic contra dicit ſibi ſpra. 10 ſc. 72 Idẽ infra 76.

Continuatio in motu locali est manifeſta p ſe, ſed cæteris motibus nõ ſ. ſm partũ, p hoc vide octauo phy. cõ. 23.

Summa Quinta. Confutat errores quoſdam circa ipſum motum.

Caput Primum. Soluit rationes Zenonis, motum auferentes. 75

ZEno aũt male ratiocinatur. Si enim ſemper (inquit) quiescit omne, aut mouetur, cum est ſm æquale: est autem ſemper id, quod fertur, in ipſo nunc ſm æquale: immobilem eã esse ſagittã, quæ fertur.

Zeno vero fallitur in argumẽto. Dicit enī qm̃ omne est in aliquo ſibi æquali, aut quieſcit, aut mouet in eo: & translatum ſemp est in inſtanti: ergo ſagitta trãslata nõ mouet.

Et Zeno cum æquiuocatione vtat in illo, quo vult deſtruere motum, ſ. quia motum per magnitudinẽ est in inſtanti in longitudine æquali ſibi, ideo argumentũ eius est ſophiſticũ. D. d. Dicit. n. &c.t. dicit. n. q; notũ est & primũ q; quodlibet corpus, cũ fuerit in vbi ſibi æquali, aut ponetur in eo quiescens, aut motum: ſed impoſſibile est poni in longitudine ſibi æquali motum: ergo est quieſcens in eo. D. induxit minorẽ propoſitionem, & dixit & translatum ſemper est in inſtanti, ſ. & est

est notum per ſe q; translatum est in inſtanti in longitudine æquali ſibi. Et, cum induxit has duas propoſitiones induxit concluſionẽ, & dixit ergo sagitta, &c.t. cum translatum est in lõgitudine ſibi æquali: & omne, quod est tale, est quieſcens: ergo & trãslatum. &, ſi cẽt velociſſimum omnium, ver. gratia sagitta est immobilis: ergo nihil est motus.

Hoc autem falſum est. non enim componitur tempus ex ipſis nunc indiuiſibilibus, ſicut nec alia magnitudo vlla.

Sed hoc est falſum. tps enim non componitur ex inſtantibus indiuiſibilibus, ſimiliter neq; aliqua aliarum magnitudinum.

76 Quia tps non cõponitur ex inſtãtibus, ideirco in inſtantibus non fit motus, neq; quies. &, quia translatũ in inſtanti non est quieſcens: ergo non est longitudine ſibi æquali, niſi in potentia, nõ in actu. Et cauſa in hoc est, qm̃ inſtans non est in actu in tpe: & ideo motũ non est in longitudine ſibi æquali, niſi in potentia. & ſic nõ ſequitur vt ſit quieſcens. & ideo dixit Sed hoc est falſum, &c.t. et iſta q; contingeret, ſi inſtans in actu eſſet in tpe, ita, q; tps eſſet cõpoſitum ex inſtãtibus. qm̃ tũc non eet motus ommino. Decepto igitur est in propoſitione, dicente q; oẽ, quod est in longitudine ſibi æquali in actu, est quieſcens. hoc enim est verum in illo, quod est in longitudine ſibi æquali in actu, non in potentia: & res mota, est in longitudine ſibi æquali in potẽtia. & ideo, cũ mouetur per magnitudinẽ, non deſcribit punctum, & motum. &, quia pertranſit ſpatium, neceſſe est mẽſurare illud. &, quia mẽſurat illud, neceſſe est vt ſit ex eo in longitudine ſibi æquali. nam mẽſurans est huiuſmodi. ergo, cum potentia non diſtinguatur ab actu, accidit quæſtio Zenonis.

Oẽ, qd̃ est tõ mobile, est ſibi æquale, est quiescens.

Quatuor aũt ſunt rationes de motu Zenonis, prẽbentes difficultatem ſoluentibus. Prima quidẽ est ea, quæ de ipſo non moueri est, propterea q; prius ad mediũ oportet peruenire id, quod fertur, q; ad finem: de qua diuiſimus in prioribus rationibus.

Zenonis prima rõ.

Et rõnes Zenonis in motu, quæ difficile ſoluũtur, ſunt quatuor. Prima autẽ m̃ est, qm̃ motus non est, quia translatum debet peruenire ad medietatem ſpatij antequam ad finẽ: & iam determinauimus hoc.

77 Cum ſuit coactus ad diſſoluendũ quæſtionem Zenonis in motu, induxit qõnes illius in motu, & dixit eas esse quatuor. Prima ãt est q;, ſi motus ſit, neceſſe est vt translatum pertranſeat medietatem magnitudinis añ totum, & medietatẽ illius medietatis ante illam, & ſic in infinitum. vnde neceſſe est ipſum pertranſire medietates, ſ. magnitudines infinitas, in tẽpore finito. quod est impoſſibile. Et iam determinauimus hoc ſuperius. ſed illic contradiximus ei ſecũdum ſermonem, & poſt contradicetur ſecundum ipſam rem.

T cõ. 19.

Secunda autem ea, quę vocatur Achilles. Eſt autem hæc, quòd tardius nunquam apprehendetur currens à velociſſimo. ante enī neceſſe est eat perſequens, vnde impetũ cœpit fugiens. quare ſemper aliquo id, quod tardius est, antecedere neceſſe est.

2a ratio.

Secunda autẽ est, quæ dr̃ Achilles. Et est, qm̃ tardiſſimum in curſu nõ põt attingi à vẽ lociſſimo in curſu. quoniã neceſſe est ut quę rens peruenĩat ante ad locum, à quo fugiens ſeparatus. vnde neceſſe est vt ſemp tardius habeat aliquem exceſſum.

Iſta dubitatio est talis. Si motus ſit, tunc velociſſimum nõ poterit attingere tardiſſimum. ſit igitur velociſſimum equus, & tardiſſimum tortuca: & non est dubium quin habeant aliquam proportionẽ in motu. ſit igitur vna pars centum, & ponatur q; inter equum, & tortucam est vna leuca. equus igitur in tpe, in quo trãſit illam leucam, pertranſibit tortuca centeſimam partem illius leucæ: & equus etiam in tpe, in quo pertranſibit illã ptẽ cẽteſimã, pertãſibit tortuca partẽ centeſimã illus partis: & equus ẽt in tpe, in quo pertranſit hanc partem, pertrãſibit ẽt tortuca, partẽ cẽteſimã illus partis, & ſic in infinitũ. & ſic equus nunq; attingeret tortucam. Et hoc intendebat, cum dixit qm̃ neceſſe est vt quærẽs, &c.t. qm̃ neceſſe est vt fugiens ſemp excedat quærẽs aliquo exceſſu nominato à prio exceſſu. t. q; ſi primus exceſſus erit quartũ ſpatij, tunc ſecũdus exceſſus erit quartũ illius quarti, & tertius quartus illius quarti, & ſic in infinitum. &, cum iſte exceſſus ſemp eſt diuiſibilis in infinitum, nunquam quę rens peruenĩet ad fugiẽs. ſed hoc est falſum. ergo motus non est.

Eſt autem & hæc ratio eadem illi, quæ in duo æqualia ſit ſectiõi: differt aũt in diuidẽdo non in duo acceptam magnitudinẽ. Non attingi igitur tardius accidit ex ratione, ſit autem propter idem cũ bipartitione. in vtrũq; enim accidit non peruenire ad terminum. di uiſa quodãmodo magnitudine. Sed additur in hac, q; neq; velociſſimum tragice dictum, in perſequendo tardius, quare neceſſe est ſolutionem eſſe eandem. Putat aũt q; præcẽs non attingitur, falſum est. cum enim præcedit, non attingitur: ſed tamẽ attinget, ſi oportẽat trãſire finitũ. hæ igitur ſunt rõnes duæ.

3

Et iſta est eadem ratio, cũ illa, qua vſus est in mediatione: ſed differunt, qm̃ diuiſio hic magnitudinis excedentis nõ erit in duo media. Et iſta ratio ſequitur ex illo eodem, ex quo ſequitur ratio, quę fit ſm mediationem. ſequitur enim in vtraq; rõne non peruenire vſq; ad extremum p diuiſionem magnitudinis aliquo modo diuiſionis. Sed additũ est in iſta, q; non peruenit ad illud neq; id, quod est valde velociſſimũ, quærendo illud, quod est valde tardiſſimum. vnde neceſſe est eãdem esse ſolutionem in vtraq; qõne. Hoc autem, quod affirmauit q; præcedens non attingit, est falſum. qm̃, cum ſit præcedens, tunc non attingitur: ſed attingitur. ſi dederit finitũ pertranſire. hæ igitur ſunt duæ rationes.

Idẽ, & iſta rõcinatio, & illa, in qua cõcludit q; motum non peruenit ad extremum ſpatij, quia pertranſit medietates ifinitas, ſunt eædẽ genere, aut ſpecie. D. d. ſed differunt: etc.t. qm̃ diuiſio in prima rõne est ſm medietatem, ſ. m medietate ipſius magnitudinis. hæc aũt diuiſio infinita est ſm exceſſum, qui est inter duo me-

4

ta,& non est ſm medietatem,ſed est diuiſio nominata à proportione,que est inter motum velocis, & tardi, vt declarauimus. Et ista ratio ſequit, &c.t. ſm diuiſionem,quæ accipitur in vtra ꝑ infinita in magnitudine. ſequit enim in vtra ꝙ ratione non peruenirit ad extremum,&c.t.qñ quemadmodum in qñe medij ſequitur vt motum non perueniat ad extremũ ſpatij, ita hic ſequitur ut velocius non perueniat ad vltimum,in quo est tardius. Et dixit aliquo modo diuiſionis.qñ ois diuiſio,qua magnitudo diuidit̃r, est infinita, vt dictũ est in ſermõe de infinito. D.d. Sed addit̃ est in iſta, &c.t. ſed conſequens acceptum in hoc ſyllogiſmo est aliud à cõſequente in primo. illic enim fuit dictum ꝙ,ſi motus ſit,ſequitur vt nullum motum pertranſeat aliquod ſpatium hic aũt dr̃ ꝙ,ſi motus ſit,ſequit̃ velociſſimũ nunquam attingere tardiſſimũ. D.d.ex quo neceſſe est vt diſſoluatur,&c.t.&, cum conſequens est in eis idem,ex quo accidit deceptio,neceſſe est vt diſſoluatur qõnis ſit eadem in eis,t in hoc,quod poſt dicet.qñ motum non pertranſit medietates in actu in ſpatio. & hoc manifeſtũ est ex dictis ꝙ motum eſt in ſpatio in inſtãti. D.d. Hoc aũt,quod affirmauit,&c.t. hoc aũt, quod probauit ex hoc,quod dixit,ꝙ præcedens non attingit̃, est falſum, ita,ꝙ terẽ æquinoctiũ in Arabis.qñ,& ſi non attingat̃,dum præcedit, neceſſario, cum fuerit ꝓcedens, & elongabitur ſpatium, attingetur, cum cõcederit ꝙ motum pertranſibit ſpatium.qñ,cum hoc fuerit poſitum, & vt ocius mouetur per maius ſpatũ in tẽpore æquali,neceſſe est vt velocius moueatur in tempore motus tardioris per ſpatium excedens ſpatium tardioris, ſm quantum diſt int.qñ ſm velocitatem eius minoratur ſpatium excedens, donec perficiat, ſicut pficit ſpatiũ,ꝙ quod motũ mouet.cũ igit̃ cõcederimus ꝙ motũ pertranſit ſpatiũ,ſequit vt velocius attingat tardum.

Tertia rõ. Tertia autem,quæ nunc dicta est, ꝙ ſagitta,quæ fertur,ſtat. Accidit autem propterea ꝙ ſumit tempus compoſitum ex iſtis nunc. nõ dato enim hoc non erit ſyllogiſmus.

Tertia aũt rõcinatio est,quã iam diximus in hoc loco,qñ ſagitta transferi, & est queſcens. Et iſta ſequitur ex hoc, ꝙ cõpoſuit tẽpus ex inſtantibus. ſi enim hoc non cõcedatur, nihil concludet ex ſyllogiſmo.

80 Tertia vero ratiocinatio est illa, quam induximus in tertio ſtatus ſermonis, ex qua apparet ſagittam queſcere dum transfertur. D.d.& iſta ſequitur,&c.t. videtur ꝙ iſta rõcinatione hoc ſequitur, quia opinatus est ꝙ tẽpus componit̃ ex inſtantibus,quod,ſi eſſet, inſtantia eſſent in a ſtu.&,ſi hoc eſſet,& eſſet poſitũ ꝙ illud, quod mouet̃ p aliq̃m magnitudinẽ, est in eo in inſtanti, cõtingeret motũ queſcere in magnitudine. D.d. ſi enim hoc nõ cõcedat,&c.& hoc,qd̃ dixit, manifeſtũ eſt.

Quarta rõ. Quarta autem ea,quæ de ijs est,quę in ſtadio mouentur econtrario æqualibus magnitudinibus iuxta æquales, his quidem à fine ſtadij, illis vero a medio æquali velocitate. in quo accidere putat æquale eſſe tempus dimidium duplo.

Quarta vero ratiocinatio est,quã poſuit in magnitudinibus æqualibus,quæ mouent̃ contra magnitudines æquales ſibi motu cõtrario ita,ꝙ illæ moueant a fine ſtadij, hæ vero à medio,motu æq̃li in velocitate, ex quo videt̃ ſeq ꝙ tẽps dimidiũ ſit æquale duplo.

Iſta deceptio fundatur ſup̃ hoc,ꝙ, ſi motus ſit, tunc 81
mota æqualia in velocitate non ꝓtranſibunt in æquali tpe ſpatiũ æquale, ſed in eodem tpe videtur pertranſire vnum ſpatium, & ſuum duplum. & poſt declarabit hanc deceptionem. Et dicit quam poſuit in magnitudinibus,&c.t.quã accepit ex magnitudinibus æqualibus quorum vtrũq; mouetur motu æquali contrario motui reliqui in ſpatio æquali. D.d.ita ꝙ illæ mouentur,&c.t.& tunc cõtingit in iſtis magnitudinibus æq̃libus,quæ mouent̃,ſicut homines mouẽtur in ſtadio, vt altera videat ſenſu moueri in eodem tẽpore per idẽ ſpatium,& ſuum duplum,aut altera moueatur per ſpatiũ duplum ei,per quod reliqua mouetur: cum poſuerimus magnitudines,quarum duæ ſunt æquales ſtadio, & oẽs ſunt æquales,& poſuerimus ꝙ aliæ duę incipiãt moueri in ordine à medio ſtadn, & aliæ duæ incipiant moueri ab initio ſtadn̄ in ordine ad partem cõtrariam ei,ad quam aliæ mouentur.hoc enim poſito apparebit duas magnitudines ęquales eſſe in velocitate,quarum altera in eodem tpe pertranſit duplum eius, quod pertranſit reliqua,vt declarabitur poſt. D.d.ex quo videtur ſequi,&c.t.& ex hoc videtur ſequi ꝙ tps dimidium ſit æquale ſuo duplo.qñ,cum poſuerimus ꝙ idẽ motum æqualis velocitatis pertranſit magnitudines æquales in tempore æquali,& ꝙ pertranſit duplum ſpatium in tpe duplo,& illud, quod mouet̃ ex his magnitudinibus, videtur pertranſire vnum ſpatiũ, & ſuũ duplũ in eodẽ tpe, ſequit̃,ſi retinẽtes fuerimus hoc, ꝙ motũ pertranſit duplũ ſpatij in duplo tpis, vt duplum temporis ſit æquale ſuo dimidio.& hoc intendebat, cũ dixit vt tps dimidiũ ſit æquale duplo. ſi ſequitur ex hoc vt tempus dimidium ſit æquale ſuo duplo.

Est autẽ deceptio in eo, ꝙ hoc quidẽ iuxta quod mouetur,illud autem iuxta id,quod quieſcit, per ęqualem magnitudinem cenſet æquali velocitate ęquali tpe ferri. hoc autem falſum est. Vt ſint ſtantes æquales magnitudines,in quibus ipſa A A A A A, aliæ autẽ, in quibus ipſa B B B B, incipiẽtes à medio ipſorum A, æquales ſm numerum his,& magnitudinem,aliæ aũt,in qbus ipſa C C C C, ab vltimo,æquales his numero,& magnitudine, & æque veloces ipſis B. Accidit igit̃ primum B ſimul in vltimo eſſe, & primum C, eorum,quæ iuxta ſemuicem mouentur. Accidit igitur ipſum C iuxta omnia ipſa A tranſiſſe,ipſa autem B iuxta dimidium ipſorum. quare & medium eſſe tps. æquali enim vtrũq; est iuxta vnũquodq;. Simul aũt accidit ipſa B iuxta oĩa C tranſiſſe. ſimul enim erit primum C, & primum B in contrarijs vltimis, æquali tempore motũ iuxta vnumquodq; ipſorũ B, quanto circa vnũquodq; ipſorũ A, vtrinq; ,ꝓterea ꝙ vtraq; ęquali tpe iuxta ipſa A ſunt. Ratio igit̃ hæc est, accidit autẽ ob id,quod dictũ est, falſum.

Et deceptio in rõne accidit. quia poſuit ꝙ alterum eorũ, quæ ſunt æqualis velocitatis mouetur ad partẽ motũ, reliquum autẽ ad partẽ quieſcentis per æqualem mẽſuram. & hoc est falſum. V.g. ſint magnitudines A A,

æqualia

æqualia quieſcentia, & magnitudines B B, æquales iſtis numero,& quantitate,& ſit initium motus eorum à medio illarum magnitudinum,ſ. A A, & magnitudines C C ſint æquales iſtis numero,& quantitate,& velocitate,& ſit initium motus eorũ ad finẽ magnitudinum B B. Cum igitur iſtæ magnitudines moueant̃ contra inuicẽ,neceſſe erit vt prima magnitudo magnitudinũ B pueniat ad finem illius,cum puentu primæ magnitudinũ C ad finem eius. & neceſſe erit C pertranſire per oẽs magnitudines B, & B tranſire per dimidia eorum. ex quo ſequitur vt tẽpus ſit dimidiũ. nam vtrũq; dimidiorũ, magnitudinum æquale est vtriq; eorum, cõtra quæ mouetur. Cũ quo ſequitur vt B B pertrãſeat ꝙ oẽs magnitudines C C. inſimul. n. peruenit prima magnitudo magnitudinum C, & prima magnitudo magnitudinũ B, ad finem contrariorum. & ſic tempus, dixit in eius pertranſitu per magnitudines C erit æquale tempori in pertranſitu eius per magnitudines A, quia trãſeunt per magnitudines A, in tempore æquali. Ratio vero hæc est: & contingit ex falſo prædicto.

Demonſtratio, probans ꝙ, magnitudinibus æqualibus, et æque velociter motis, iuxta æq̃les, his qdẽ à fine, illis uero à medio ſtadij, æq̃le erit tps dimidiũ duplo.

Quoniã hic textus diuerſimode exponit̃, pp quod et diuerſas exigit figuras, iõ eas bĩnas, ut uaryꝫ deſeruirẽt expoſitionibus, deſignauimus.

Aduerte ẽt in textu primo demõſtrationẽ fieri ꝑ quatuor magnitudines, ſ. A A A A B B B B C C C C, in textu aũt Auerrois ꝑ binas tñ, ſ. A A B B C C. quòd tñ in idem redit.



Ideſt,& deceptio accidit in hoc. qñ, qa neceſſe est, 82
ſ. vt alterum duorũ motorum æqualium in velocitate moueatur per quieſcẽs, reliquum aũt per motũ ad contrariã partẽ,ideo neceſſe est hoc in duobus motis ęqualibus in velocitate, quorũ vtrũq; mouetur per queſcentem magnitudinem. qñ in his neceſſe est vt pertrãſeat ſpatium æquale in tpe æquali. & ipſe decipit̃ videndo ꝙ illud, quod cõtingit in duobus motis, quæ mouent̃ per rem quieſcentẽ, contingit ſimiliter in eis, quorum vnum mouet̃ per rem quieſcentẽ. reliquũ aũt per rem motam. & hæc deceptio est ſm qd, & ſimpliciter. Deinde iduxit exemplum, & dixit V.g.&c.t. ponant igit̃ duæ magnitudines æquales, continue quieſcẽtes, v.g. A A, & ſint aliæ duæ magnitudines æquales iſtis duabus magnitudinibus, & ſint ordinatæ in motu ita, ꝙ ſint contiguæ,& motæ ꝑ has duas magnitudines, imaginando ꝙ prima illarum erat quieſcens per primã magnitudinem A A. deinde incepit moueri. & ſic erit motus iſtarum duarum magnitudinũ, incipiens à medio duarũ magnitudinum quieſcentiũ, & ſint iſtæ duæ magnitudines B B, & ſit prima magnitudinum B añ motum ſuper primã magnitudinum A, & ſic initium motus iſtarũ duarum magnitudinũ erit à medio duarũ magnitudinum qeſcentium. Deiñ. d. & magnitudines C C, &c.t. ſint aliæ duæ magnitudines contiguæ etiã, & moueant̃ ordinarie, & cõſequẽter, & ſint C C æq̃les duabus magnitudinibus B B, & ęqtate, & velocitate, & ſit initiũ motus eorũ ex magnitudinibus B B motis ad contrariã partem, ad quã mouent̃ magnitudines C C. Deinde. d. Cum igit̃ mouent̃ iſtæ magnitudines,&c.t.cũ igit̃ magnitudines B B moueant̃ à duobus mediis magnitudinũ A A, et magnitudines C C mouentur à fine magnitudinum B B motu cõtrario motui magnitudinũ B B, & æquale et in velocitate, neceſſe est vt prima magnitudo magnitudinũ B B, & est illa, quæ mouetur ex duobus mediꝭ magnitudinum A A queſcentium, peruenit ad finẽ magnitudinũ A A cũ puentu primæ magnitudinis. & etiã magnitudinũ C C ad finem magnitudinum B B, vt ſiguraliter aſſignauimus. Nam in tpe, in quo prima magnitudinũ B B ꝓtranſit aliã magnitudinẽ magnitudinum A A qeſcentiũ, in eo ꝓtranſit prima magnitudinum C C duas magnitudines B B cum moueant̃ ad contrarium motui magnitudinum C C motu æquali motui magnitudinũ B B, & magnitudines ſunt æq̃les. Deiñ. d. Et neceſſe erit vt C tranſeat, &c.t. quia C primum, cum tranſierit per magnitudines B B in tẽpore, in quo tranſiunt per medietatem magnitudinũ duarum A A, & duæ magnitudines B B ſunt æquales duabus magnitudinibus A A neceſſe est vt C tranſeat per duas magnitudines B B de magnitudinibus aũt A A non trãſit niſi per medietatẽ tm̃, & hoc in tẽpore æquali. Deinde dixit ex quo ſequitur vt tps ſit dimidium, t. ergo neceſſe est vt tps, in quo C primum trãſit ꝑ magnitudinẽ A ſecundã, ſit medietas tpis, in quo C primũ tranſit ꝑ duas magnitudines B B cũ duę magnitudines B B, ſint duplũ magnitudinis A ſecũdę. Et hoc itẽdebat, cũ dixit qñ vtrũq; dimidiorũ, magnitudinum, &c.t. qñ inſimul peruenit magnitudo prima magnitudinũ C C ad finem magnitudinis A ſecũdæ, & peruenit prima magnitudo magnitudinũ C C ad finem duarũ magnitudinum cõtrariarũ, ſ. magnitudinum B B, quia ſunt æquales, & æq̃lis motus. Deiñ. d. & ſic erit tps, &c.t. ex quo ſequeꝭ, vt fingit, ſi motus ſit, vt C ꝑm trãſeat ꝑ magnitudines B B in tpe æq̃li trãſitui eiꝰ ꝑ alterã duarũ magnitudinũ A A, &, qa alterа duarũ magnitudinũ A A ẽ dimidiũ duarũ magnitudinũ C C neceſſe ẽ vt ꝓtrãſeat illã in medietate illiꝰ tpis: & ſic medietas tpis, erit æq̃lis toti. Et cum compleuit

Propositio, dicens q̃ duo mota æqualia in velocitate pertrãseũt spatium æquale, nõ est vera, nisi cum hac determinatione, s. vt illud, per quod est motus, sit æquale quiescẽs. si aũt motum, falsa erit ꝓpositio. ergo illud, quod verum est ſm qd, existimant esse verum simpliciter.

pleuit hanc rõnem dixit. Ratio vero hæc est: & contingit ex falso prædicto. t. nam propositio, dicens q̃ duo mota æqualia in velocitate pertrãseunt spatium æquale, nõ est vera, nisi cum hac determinatione, ſ. vt illud, per quod est motus, sit æquale quiescẽs. si aũt motum, falsa erit ꝓpositio. ergo illud, quod verum est ſm qd, existimant esse verum simpliciter.

At vero ſm eam, quæ in contradictione est, mutationẽ, nihil nobis ꝓpoſe. vt, si ex nõ albo in albũ mutat̃, & in neutro est, sic vtiq; neq; album est, neq; non album. non enim, si non totũ in vtrouis sit, non dicetur album, aut non album. album enim dicimus, aut nõ album, nõ quia totum sit huiusmodi, sed qa plurimæ, aut maxime præcipuę partes. non idem autem est & non esse in hoc, & nõ esse in hoc totum. Similiter autem et in eo, quod est, & in eo, quod non est, & in alijs, quæ secundum contradictionem sunt, ſ. erit. non enim ex necessitate } in altero oppositorũ, in neutro autem totum semper.

Albũ, aut nõ albũ dicimus. non quia totum sit album, sed qa plurimæ, aut maxime ꝑcipuę partes.

ꝑ a.l. erit n. ex necessitate &c.

Neq; ẽt contingit nobis impossibile omnino ex transmutatione, quæ est in contradictoria. ver. g. qm̃, si aliquid transmutatur de albo in album, non est in altero eorum, & sic neq; erit album aut non albũ. qm̃, non, si ſm totum nõ fuerit aliqd in altero eorũ, quodcunq; sit, non dicetur esse album, aut non album. dicimus enim aliquid esse album, aut non album, non quia totum est tale, sed quia maximæ partes eius, & plures sunt tales. & non est intẽtio in hoc, q̃ aliquid sit tale, eadẽ intentio in hoc, quod aligd totum sit tale. Et ſm hoc est etiã de ente, & de non ente, & de alijs, quæ dicunt ſm cõtradictionem. qm̃ necesse est vt res sit in altero eorum, i. quòd ſm totum non est alterum eorum.

opposito in duabus partibus diuersis, sed sequitur ipsum non disponi vtroq; opposito insimul, & simpliciter. scilicet quòd, cum non fuerit verum aliquid eẽ album, & non album totaliter, non erit verum ipm esse album, & nõ album insimul. nam erit verum ipm esse album in parte, & non album in alia parte. & hoc intẽdebat cum dixit dicimus enim, &c. D. confirmauit hoc, & dixit et non est intentio in hoc, q̃ aliquid sit tale, &c. idest et dicere aliquid esse tale ſm partem, et ipsum esse tale ſm totum, non est idem. [a] impossibile enim non accidit, nisi cum aliquid dicitur contraria habere insimul ſm totum: ſm particulas vero non est impossibile. D.d. Et ſm hoc est de ente & nõ ente, &c. idest quoniã dissolutio est eadem in eis. D.d. quoniã necesse est, &c. põt intelligi. quoniã necesse est vt aliquid sit in altero duorum oppositorũ: & est, qm̃ illud ſm totũ non est in vno eorum. Vel potest intelligi, quoniam necesse est vt duo opposita sint in aliquo insimul, cum neutrum sit in ipso toto: & quòd non est necesse quòd in aliquo sit alterum oppositorum, cum in eo toto sit alterum eorum. ſm igitur primam expositionem erit hæc dictio, altero, superflua, ſm autem secundam dimittitur à suis verbis negatio, ita, q̃ sic legatur. quoniã necesse est vt non sit aliquid in altero duorum oppositorum, cum illud totum non fuerit in altero eorũ. Aut in istis verbis forte est solutio, ita, quòd sic debet legi. quoniã aliquid necesse est vt sit in altero duorũ oppositorum, cum totum fuerit in altero eorum, & ipm nõ ſm totum in hora transmutationis est in altero eorum. & ista expositio est euidentior.

[a] Impossẽ nõ accidit, nisi eũ aliqd dicitur cõtraria inſimul habere tu, ſm partes vero non est impossibile.

Prima expõ.

Secunda.

Tertia expositio.

Rursus in circulo, & in sphæra, & omnino ijs, quæ in seipsis mouentur, quoniam accidet ipsa quiescere. in eodem enim loco ſm ipsas quoddam erunt & ipsa, & partes. quare quiescent simul, & mouebuntur.

Et etiam necesse est in circulo, & sphæra, & vſr in rebus, quæ mouentur in eis, vt sint quiescentes. nam hæc, & suæ partes sunt aliquo tẽpore in eodem loco. ex quo sequitur vt sint quiescentes, & motæ insimul.

83 Ista qõ est quæstio per se in esse motus præter quæstione Zenonis. Et cõpositio eius est talis. Si trãsmutatio sit de non esse in esse, aut de esse in non esse, necessario, dum transmutatio est, transmutatum aut erit in esse, aut non esse, aut in vtroq;: sed impossibile est ipm esse in non esse, cum nondum est, nedum vt sit trãsmutatum & impossibile est ipsum transmutari in esse, nã esse est ꝙes quoquomodo: similiter & impossibile est etiam vt sit ens, & nõ ens insimul: & cum hæc tria sint impossibilia. ergo impossibile est transmutationem fieri de non esse in esse, aut ecõtrario. Et dixit Neq; cõtingit nobis, &c. t. quæ sit de esse in non esse, aut econtrario, aut quę sit etiam de contrario in contrarium. accidit enim hanc, vt sit de nõ esse in esse quodammodo. Deiñ. induxit quæstionem, & dissoluit eam, & dixit ver. g. & c. idest nam non sequitur, si illud, quod transmutatur in albedinem, dum transmutatur, neq; est album, neq; est non album, vt neutrum sit simpliciter. hoc enim est impossibile. sed illud, quod sequitur, est, vt dum transmutatio est, sit secundum quãdam partem album, & secundum aliam non album. & secundum hoc non sequitur impossibile. Et hoc intẽdebat, cum dixit quoniã, non, si ſm totum nõ fuerit aliquid, &c. t. quoniã, si aliquit non fuerit ſm totum in altero duorũ

ꝑ xpõ text°

84 Hæc est Quinta quæstio Zenonis in destruẽdo motum. quã, si motus sit, necesse est vt circulus, & sphæra sint quiescentes, & mot insimul. nã, cũ sphæra moueatur, non separatur à loco, in quo mouetur, neq; ſm totũ. neq; ſm partes: sed omne, quod mouet, separatur: ergo sphæra est quiescens, et mota. quod est impossibile. ergo motus non est. ex hoc enim sequitur impossibile. D.d. hęc enim, et suæ partes, &c. t. &, cũ circulariter moueatur, ſ. circa suum centrũ, & in eodem loco.

Primo nanq; partes nõ sunt in eodem vllo tpe. Deinde & totum semper mutatur in alterum. non enim eadem est ea, quæ in ipso A sumitur, circunferentia, & ea, quæ ab ipso B, & quæ ab ipso C, & aliorum vnoquoq; ignorũ, nisi vt musicus homo & homo, qa accidit. quare mutat̃ semp altera in alterã, & nunquã quiesc et. Eodem autem modo et in sphæra, & alijs, quæ in seipsis mouentur.

Ad hoc aũt dicamus primo, qm̃ partes nõ retinent eundẽ locũ aliquo tpe cõno. Deinde totum ẽt transfertur semp ad aliud ab eo,

in quo

in quo erat. arcus enim qui accipitur, cuius principium est à puncto A non est idem cũ arcu, cuius principium est à puncto B, aut à puncto C, aut ab aliquo aliorum punctorũ: nisi sicut musicus, & homo sunt homo, quia accidit ei. vnde necesse est vt vnus eorũdem arcuum trãsferatur alter ad alterum semper, & nunq̃ quiescat. Et similiter de sphæra etiã, & de alijs, quæ in eis mouentur.

Demonstratio, quòd totum ex circulo transfertur, sicut transferuntur partes.



85 Cum induxit quæstionẽ Zenonis in sphæra, & circulo, incœpit dissoluere illam, & dixit Ad hoc autẽ dicamus, &c. idest dicatur igit in dissolutione istius quæstionis. primo quidem, quia hoc, quod ponit, q̃ partes eius sunt inseparabiles ab eodem loco, est falsum. Deiñ. d. Deinde totum ẽt trãsfertur, &c. idest, secũdo vero dicamus, quoniam totum ex sphæra, & circulo transfertur, sicut transferũtur partes. transfertur enim de aliquo in aliud ab eo, in quo erat. Et, cum narrauit hoc de sphæra, & de circulo, incœpit declarare hoc in circulo, vt transferat determinatio de circulo ad sphæram, & dixit arcus enim, &c. idest necesse est vt totus circulus transferatur apud motum circa centrũ de alio in aliquid. quoniam, si imaginati fuerimus multa puncta esse in conuexo eiusdem circuli, tunc ille circulus dicitur per illa puncta in multos circulos. omnis enim punctus positus in circulo describit circulum alium ab eo, quem describit alius punctus, scilicet quod numerus circulorum erit secundum numerum punctorum. &, cum ita sit, tunc circulus, cum transfertur in concauo, aut super conuexum circuli, transfertur de circulo in circulum, diuersum ab eo ratione: & si sint idem subiecto. &, cum sint circuli, qui sunt in rotundo, in quo est translatio secundum numerum circulorũ, qui sunt in rotundo, quod transferi, necesse est ut circulus transferatur de circulo in circulum, ergo circulus transfertur secundum totum de loco in locum diuersum secundum formam: licet non sit diuersus secũdum materiã. Et similiter est de sphæra. sphæra enim diuidit in sphæras infinitas per lineas, quæ imaginantur in circũferẽtia, exeuntes a polo ad polum, scilicet medietates circulorum. nam istæ medietates diuidunt sphæram in multas sphæras, sicut puncta diuidũt circulos. Dein. d. arcus enim, &c. & intendit per arcum arcum completæ circulationis, i. quoniam circulus, sicut diximus, diuiditur per puncta in multos circulos secundum numerũ punctorum. D.d. nisi sicut musicus, &c. idest & circulus, quem diuidit alius punctus, non dicitur idẽ numero, nisi sicut dicitur ꝙ homo & musicus sunt idẽ in numero, idest quia accidit eis, ꝙ fuerint idem, non per se. homo enim, & musicus sunt idem ſm subiectum: [a] & quod est idem ſm subiectum est idem per accidẽs. idẽ enim in rei veritate est idem secundũ formam, & simi

liter circuli, quos puncta diuidunt, scilicet quæ imaginatur in eodem circulo, sunt idem per accidens, quia subiectum eorum est idem: & sunt plures, quia formæ eorum sunt plures. si igitur illud, quod mouetur in loco, necesse est ipm mutare locum: locus autem differt à loco, aut per se tantum, aut etiam per se, & per accidens: [b] necesse est vt omne motum mutet locum, aut secundum formam, scilicet sicut est in sphæra, aut forma, & subiecto, sicut est in eis, quæ mouentur motu recto. Zeno autem, cum uidere sphæram non mutare locum per accidens, existimauit ipsam non mutare illud per se: ex quo dixit sphæram quiescere. Aucen. Verò, quia non distinxit alietatem, quæ est in loco per se, ab ea, quæ est per accidens, scilicet alietatem, quæ est secundum subiectum, non ſm formã, & concessit sphæram moueri, coactus est appellare motum sphæræ, motum in situ. Vnde nititur, vt dictum est, sanare ægritudinem per maius ęgrum. Declaratum est enim ꝙ in prædicamento situs non est motus, quia est ad aliquid: & illud, quod est ad aliquid, est indiuisibile. Si igitur intẽdebat quòd iste motus est in prædicamẽto positionis, quod est in ipsa positione: quia sphæra transferi de positione in aliam positionem, erit verum: sed tamen motus eius non erit in positione, sed de positione in alã. & hoc inuenitur de translatis in loco recte: quoniã trãferuntur de positione in aliam, aut diuersam ſm numerum, aut ſm speciem: sphæra autem transfertur de positione in alã diuersam ſm numerũ. Quid igitur vtile dedit nobis, cum dixit ꝙ iste motus est in situ, nisi intẽdebat ꝙ illud, quod mouetur hoc motu nõ diuertatur ſm situm: hoc enim propriũ est huic motui. sed si non sequitur ex hoc, ꝙ motus eius est in situ, nã iste fermo valde est sophisticus. D.d. ergo necesse est vt vnus arcuum, &c. idest ergo necesse est vt vnus arcuum per sectorum circuli, quem describit aliquis punctus transferatur semper ab arcu completo circuli, cui superponitur, ad alium arcum completum etiam, deinde de illo ad alium, & similiter, donec reuertatur ad arcum completum, à quo est separatus. & tunc vnus arcuum trãsfertur ſm totum, quia trãsfertur de vno arcu ad alium. Et forte intendit, ergo necesse est vt vnus arcus transferatur semper per translationem alterius arcus tequẽtis ad alium tequentẽ. & hoc est apparentius. Dem. d. Et similiter est de sphæra, &c. idest & transfertur ſm totum, vt diximus in circulo.

b Necesse est vt omne motum mutet locum aut secundum formam, scilicet sicut ꝙ homo, aut ſm subiectum, & ſm formã, & subiectum, sicut est in eis, quæ mouentur motu recto. Vnde. Similiter &c. ꝙ ꝑ accidens & ꝑ se. Aucen. ꝙ ꝑ accidens & ꝑ se impugnatio.

[a] Quod est idem ſm subiectum est idem per accidens. ꝙ in rei veritate est idem ſm formam.

Caput Secundum. Excludit errorem, quod Impartibile moueatur.

DEmonstratis autem his, dicimus ꝙ id, quod impartibile est, non cõtingit moueri, nisi secũdũ accidens, vt corpore moto, aut magnitudine, in qua est. sicuti si id, quod id nauis est, mouetur nauis motu, aut pars totius motu. Impartibile autem dico id, quod est secundum quantum indiuisibile. etenim partiũ motus alteri sunt, & ſm ipsas partes, & ſm totius motum. Viderit autem aliquis, & in sphæra maxime, differentiam. nõ enim eadem velocitas erit & partiũ, quæ sunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius, tanquam non vno existẽte motu. Vt igitur diximus, sic quidem contingit moueri id, quod impartibile est, vt is, qui in naui sedet, naui currente, per se autem non contingit.

Hoc quidē declarato dicendū est ꝙ indiuisibile moueri impoſſe est, niſi per accidens. v.g. cum corpus, aut magnitudo mouetur per illud, in quo est. vt illud, quod est in naui, per cursum nauis, aut sicut pars mouetur p motum totius. Et dico Indiuisibile illud, quod non diuiditur in quantitate. motus enim partium etiā sunt diuersi secūdū ipsas partes, & ſm motum totius. Et ista diuersitas scitur in ſphæra proprie, velocitas enim eius, quod vicinatur centro, & eius, quod est extra, & velocitas eiusdem ipsius non est eadem velocitas, ac ſi motus non esset vnus. Est igitur, vt diximus, ſm quidem hunc modum possibile vt impartibile moueatur, ſ. ſm quem mouentur ſedētes in naui, cum nauis currit, per ſe autem impoſſibile est.

86 Cum induxit qōnes Zenonis in motu, vult declarare ꝙ indiuiſibile non mouetur, niſi per accidens, deinde oſtendit motum, qui est per accidēs, & dixit verbi gratia, &c. idest, & vnum eorum, quæ dicuntur mouere est, cum sint in re mota, vt illi, qui sunt in naui, dicuntur moueri, licet per ſe quieſcant, & vniuerſaliter, vt dicitur, ꝙ pars mouetur per motum totius. Et, quia indiuiſibile dā illud, cuius genus non est receptiuū diuiſionis, & illud, cuius genus recepit diuiſionem, hoc autē principaliter dicitur impartibile, & indiuiſibile, dixit Et dico Indiuiſibile, &c. qm̄ hoc dicit indiuiſibile principaliter, de quo vult hic declarare ipſum esse immobile Et, quia dixit ꝙ illud, quod mouetur per accidēs, est sicut motus partium per motum totius, ſed inter motum per accidens, & motum partium per motū totius est differentia, deinde dedit illas, & dixit motus enim partium &c. i. & ſignum eius, ꝙ motus partium p motum totius non est motus per accidens, est, quia motus partium differt a motu totius, & ipſi ad ſemuicem. Et intendebat vt mihi videtur, qm̄, ſi motus earum esset per accidens a motu totius, non differret à toto in suo moto, neq; ex ſeipſis abinuicē. nam corpora, quæ mouentur per ſe, sunt huiuſmodi. Et, cum iduxit hoc, incepit de motu in quo moto apparet hoc, & dixit Et ipſa huiuſmodi &c. idest, quia ſ. quæ magis vicinantur centro, pertrāſeunt minores circulos circulis, quos pertranſeunt partes, quæ magis vicinātur circunferentiæ, & in tempore æquali, necesse est vt partes propinquiores centro ſint tardiores, & remotiores velociores. D.d. et velocitas ipſius, & eius. idest neq; velocitas totius ſphæræ, et velocitas partium est eadem velocitas. Posset autem aliquis dicere ꝙ hoc non mueretur, niſi in motu circulari, iure ſm vero motus partiū sunt æquales ſecundum materiam motus totius in eo est æqualis motui partium. Sed forte dicetur in hoc ꝙ partes ſphæræ videntur moueri per ſe magis, q̄ illud, quod mouet recte cam ſphæra. videtur permanere ſm totum, & moueri ſm partes. ſed non est verū, vt declaratum est, ſed ſm totum mouetur. &, cum declaratum est quòd partes ſphæræ non mouentur per ſe, quanto magis partes eius, q̄ ſunt extra eū motus, non mouebuntur per ſe. Et quasi intendit congregare hic duo: quorum vnum est notiſſimum. ꝙ motus partium per motum totius, nō est per accidēs pure, neq; per ſe principaliter. a partes enim non mouentur per ſe: quia mouentur in moto, in quo conueniunt cum accidentibus, & formis, quæ nō sunt innata moueri per ſe, &, cum declaratum est quòd accidentia, & formæ mouentur per accidens per motum ſubiecti, & partes ſunt tales, viſum est ꝙ partes motus mouentur per accidens. & hoc apparet ex verbis Arist. & nō excepit iſtum modum motus, & induxit exemplum extranei ab vno illorū, & dixit possibile est vt impartibile, &c. & manifestum est quòd motus puncti per motū corporis est hmōi. D.d. per ſe autem impoſſibile est, &c. idest, est autem motus indiuiſibilis per ſe, et primo impoſſibilis est.

Mutet enim ex A B, in B C, ſiue ex magnitudine in magnitudinē, ſiue ex forma in formā, ſiue ſm contradictionem. tempus autē sit, in quo primo mutat, in quo D. Ergo necesse est ipſum eo, quo mutatur, tpe, aut in A B esse, aut in B C. aut aliud quidē qd huius in hoc, aliud aūt quid in altero. oē enim, quod mutatur, ſic ſe habebat. In vtroq; igit non erit aliqd ipſius: partibile enim erit. At vero neq; in B C. mutatū enim erit: ſupponitur aūt mutari. Relinquit igit ipm in A B esse eo, quo mutat, tpe. quieſcet ergo. in eodem enim esse tpe quodam quieſcere est.

Ponatur igit ipm trāsferri de A B, in B C, ſiue de magnitudine in magnitudinem, ſiue de forma in formam, ſiue ſm contradictionem. & sit tempus, in quo primo trāsfertur, D. Necesse est igitur vt in tpe, in quo trāsfertur, sit aut in A B, aut in B C, aut quiddam est in hoc, & quiddam in hoc. declaratum est enim ꝙ hæc est diſpoſitio cuiuslibet, qd trāsmutat. Impoſſibile est igitur vt quiddā eius sit in vtroq; quoniam tunc erit diuiſibile qd non est. Neq; etiam in B C. qm̄ tunc erit iā translatum: ſed positum est transferri. Remanet igitur vt sit in A B, in tēpore, in quo transfertur. erit igitur quieſcens. quoniam iam declarauimus quòd manere in eodē aliquo tempore quies est.

Demonſtratio, quòd impoſſibile est Impartibile per ſe moueri.



Mobile indiuiſibile.

87 Ponatur igitur vt transmutetur aut in loco, ver.g. de B in C, aut in augmento, & diminutione, ver.g. de minore magnitudine in maiorem, aut in qualitate. & hoc intendebat, cum dixit de forma in formam. aut in ſubſtantia. et hoc intendebat per cōtradictionē. Deinde. & sit tps, &c. & intendit per A B, illud, ex quo mouetur, ſiue fuerit vbi, aut quale, aut quantum, aut ſubſubſtātia. & intendit per B C, illud, ad quod trāsmutatur. et q̄ſi. d. necesse est igit vt trāsmutatū in tpe, in quo transmutat, ſit aut in eo, ex quo trāsmutat, aut in eo, ad quod, aut qddā in eo, ex quo, & qddam in eo, ad quod

D.d. declaratum est enim, &c. i. declaratum est enim, cum declarauimus ꝙ omne motum est diuiſibile, ꝙ de moto, quod mouetur, quædam pars eius est in eo, ex quo, et quædam in eo, ad quod. Et, cū posuit hoc fundamentum, dixit Impoſſibile est igitur vt quiddā eius sit in vtroq; qm̄ tunc erit diuiſibile, i. quod est cōpoſitum. Deinde declarauit hoc ſm rememorationem, & dixit Neq; etiam in B C, qm̄ tunc erit iam trāslatum: ſed positum est transferri. idest & impoſſibile est, dum mouetur, vt sit in eo, ad quod, ſ. in B C, quoniam tūc complebitur motus: ſed ipſum positum est adhuc moueri. D.d. Remanet igitur, vt sit in A B in tempore, in quo transfertur. idest, ſi igitur nō fuerit in eo, ad quod est motus, ſ. in B C, remanet vt sit in eo, ex quo est motus, ſ. in A B in tempore, in quo mouetur. Deīn. induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, & dixit erit igitur quieſcens. qm̄ iam declarauimus ꝙ manere in eodē aliquo tempore est quies. i. &, ſi motum, dum mouet, fuerit in eo, ex quo, tunc erit quieſcens, & motum imſimul. ipſum enim esse in eo, ex quo, est in tempore. & iam declarauimus ꝙ omne, quod est in aliquo tempore, i. demonſtratum in actu est in eo quieſcens. & ſic, dum mouetur, erit quieſcens. quod est impoſſibile. &, cum deſtruxit hæc duo, remanet tertiū, & est vt quædam pars eius ſit in eo, ex quo, et quędam in eo, ad qd̄, nō in actu, ſed in inſtāti, qm̄ tūc esset quieſcēs, nō motū. &, cum q̄dam pars eius fuerit in eo, ex quo, & q̄dā in eo, ad quod, necessario diuidit. quod est contra poſitum. positum enim est ipſum esse indiuiſibile.

Quare non contingit id, quod impartibile est, moueri, aut oīno mutari. Vnice enim hoc pacto esset ipſius motus, ſi tempus esset ex ipſis nunc. ſemper enim in ipſo nunc motum esset, & mutatum, vt moueatur quidem nunquam, motum autem ſit ſemper. Hoc autem ꝙ impoſſibile ſit demonſtratum est & prius. neq; enim ex ipſis nūc est tēpus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex ∗ momentis est. nihil enim aliud facit hoc dicens, q̄ motū ex impartibilibus. ſicut ſi tēpus ex ipſis nūc, aut magnitudinem ex punctis.

Impoſſibile est igitur impartibile moueri, aut trāſmutari oīno. Posset enim hoc modo moueri, ſ. ſi tēpus cōponeret ex inſtantibus. qm̄ ſemper moueretur, & trāſmutaret in inſtanti, & ſic nunq̄ mouerei, & esset tam motum. Et iam declarauimus hoc esse impoſſibile. tempus enim nō cōponitur ex inſtantibus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex finibus. dicens enim hoc nihil magis dicit, q̄ ꝙ motus componitur ex partibus indiuiſibilibus, ac ſi diceret ꝙ tēpus cōponit ex inſtantibus, & longitudo ex punctis.

88 Cum declarauit ꝙ indiuiſibile non mouetur, vult dare cauſam in hoc, & est, quia tps, & motꝰ, & magnitudo sunt continua, & ꝙ hoc nō esset possibile, niſi tps componeretur ex inſtātibus, & motus ex finibus motū, & magnitudo ex pūctis. & hoc intendebat, cū dixit Posset enim moueri, &c. Deinde dixit qm̄ ſemper moueretur, &c. idest ex hoc enim ſequeretur vt motū ſemper transferreretur de inſtanti ad inſtans, & de magnitudine indiuiſibili ad magnitudinem idiuiſibilem. motum enim indiuiſibile tunc esset, ſi esset in magnitudine indiuiſibili, & in tpe indiuiſibili, & eēt motus cōpoſitus ex finibus motuum. Deinde induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, et dixit qm̄ ſemper moueretur in inſtāti, &c. i. ſi ita esset, mūc motum iam esset motum, & tranſmutatum abſq; eo, ꝙ ante moueretur, i. tunc finis motus esset ſine motu. nam motus, qui est in tempore indiuiſibili, necesse est vt ſit indiuiſibilis: & ſic esset finis motus. & in fine motus dē motum iam eē motum. & hoc intēdebat, cū dixit & ſic nūquam moueretur, &c. D.d. dicens enim hoc, &c. i. dicens enim motū esse indiuiſibile, cōtingit et dicere ꝙ motus componitur ex motibus indiuiſibilibus, & ꝙ magnitudo componitur ex punctis. Et hoc, ꝙ dixit, manifestum est. qm̄ a cauſa in cōtinuatione motus est hæc ꝙ motū est de natura continui, & hæc est cauſa etiam in hoc, ꝙ tempus ſit de natura continui.

a Cā huius, q̄ motus est continuus. i. motus est diuiſibilis in ſe. ſupra cap. 3. & ibi.

Amplius aūt et ex his manifeſtū est ꝙ neq; punctū, neq; aliud indiuiſibile vllum continuum mouerī. Omne enim, quod mouet, impoſſibile est per maius moueri ſeipſo prius, q̄ aut per æquale, aut minus. ſi aūt hoc, manifestū est ꝙ & punctū per minus, aut æquale motū primū. qm̄ aūt indiuiſibile est, impoſſibile est minus moueri prius. per æquale ergo ſibiipſi. quare erit linea ex punctis. ſemp. n. cum per æquale mouet, omnem lineam punctum mēſurabit. ſi aūt hoc impoſſibile est, & moueri indiuiſibile impoſſibile est.

Et apparet ēt ex dictis qm̄ impoſſibile est pūctum moueri, neq; aliud indiuiſibile. Oē enim motū impoſſe est moueri per ſpatiū maius ipſo, anteq̄ moueat aut per æquale, aut ꝓ minus. ergo manifestū est ēt ꝙ, cum punctus mouetur, prius mouebitur, aut per minus ſeipſo, aut per æquale: ſed punctus est indiuiſibilis: ergo nō mouebit per minus: ergo mouebitur per æquale. quapropter linea componetur ex punctis. nam, cum punctus ſemper moueatur per æquale, mēſurabit totā lineā. ſed hoc est impoſſibile: ergo & impoſſibile est indiuiſibile moueri.

89 Hæc est alia declaratio à ꝓdicta, in prima enim vtit eisdem ꝓpōnibus, quibus vtus est, cum declarauit ꝙ omne motū est diuiſibile, & declarauit per eas inducēdo ad impoſſibile, declarauit, ſ. ꝙ oē, quod nō diuidit, non mouet. &, ſi apparet ſm conuerſionem per cōtrapoſitionē ꝙ, ſi oē motū est diuiſibile: ergo oē, qđ nō diuidit, non mouet. ſed Arist. intendit in oībus, quæ declarauit, naturam rei, de qua loqtur, non res accītales. Aucpa. uero nō bene dixit. fingit enim ꝙ diuiſibilitas, quā negauit à moto ē alia à diuiſibilitate, quam dedit hic moto. & ꝙ illa diuiſibilitas, quā illic declarauit est diuiſibilitas continui, ſm illud, ex quo, & ſm illud, ad quod. & iam determinauimus hoc ſuperius. Hæc autem declaratio fundata est ſuper ꝓpōnes alias. Quarū vna est ꝙ impoſſibile est aliqd pertranſire ſpatiū maius ipſo, quin prius pertranſeat aut æquale, aut minus: idem de potuit ꝙ pūctus impoſſe est vt pertranſeat minus ſe, anteq̄ moueat per maius: ex quo ſequitur ipm moueri per æqle. & hoc ſequitur lineā cōponi ex ꝓ nctis, qđ est falſum. impoſſibile ergo illud, ex quo ſequitur. Et impoſſibile. Quòd autem, ſi indiuiſibile mouetur per

In hoc textu sum ti.

æquale, linea erit composita ex punctis, manifestū est. quoniam motum tunc pertransit spatiū, quando mensurat illud per se. si igitur indiuisibile mēsurat lineam, quam pertransit, ergo mensurat illam per puncta contigua, quæ sunt partes illius, & quod est tale, videtur compont ex punctis. Et hoc, quod dixit necesse est. & si non, contingeret quæstio Zenonis. Nam, si motum esset indiuisibile, & moueretur per indiuisibilia, scilicet per puncta, & pūcta in linea sunt infinita, ne cessario sequitur nunquam motum peruenire ad finem ipatn. & ista consecutio hic est alto modo ab eo, quo vtitur ea Zeno.

Amplius autem, si omne in tempore mouetur, in ipso aūt nunc nihil, omne autē diuisibile tempus est, erit aliquod tempus minus quouis eorum, quæ mouētur, in quo mouet per tm. quantū ipm est. Hoc igit erit tps, in quo mouet ppea q oē in tpe mouet. tps aūt omne diuisibile esse demonstratū est prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus minus, in quo ipsum motum est. sed impossibile est: in minori enim p minus necesse est moueri. ḡre erit diuisibile id, quod indiuisibile est in minus, sicuti & tempus in tempus. vnico enim modo moueretur id, quod impartibile est, & indiuisibile, si esset in ipso nunc impartibili moueri possibile. eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri, & indiuisibile quid moueri.

Et declaratum est ēt q omne tempus est diuisibile. Si autem punctus mouet, erit tēpus minus tēpore, in quo mouetur fm illud. sed hoc est impossibile: nam illud, quod mouetur in tēpore minori, necesse est vt sit minus. ergo indiuisibile erit diuisibile in minus fm proportionem illius temporis ad istud. quoniā hoc solummodo pollet impartibile, & indiuisibile moueri, scilicet si esset possibile impartibile moueri in instanti. ratio enim eadem est in hoc, q motus sit in instāti, et in hoc, q indiuisibile moueatur.

90 Hæc est certa declaratio, quòd omne indiuisibile nō mouetur. & fundatur super hoc, quod narrabo. Primo autem ponit q omne, quod mouetur, mouetur in tpe. deinde q omne tempus est diuisibile in tempora: ergo omne motum mouetur in tēpore diuisibili in tempora. Deinde posuit q omne tps, quod est pars temporis moti, motum mouetur in eo per spatium minus spatio, per quod mouetur in toto tēpore: ex quo concludit q omne motum mouetur in tēpore in partibus illius temporis per minorem magnitudinem. D. posuit q omne motum in aliquo tpe per spatium æquale suæ magnitudini mouet in partibus illius tpis per minus sua magnitudine ex quo sequitur ut omne motum sit diuisibile. Et hoc Et declaratum est q omne tempus est diuisibile. Sequitur punctus moueatur erit hoc tps minus tpe, in quo punctus mouetur per spatium æquale suæ magnitudini, quod est impossibile. D.d. quod enim mouetur minus, &c. idest & hoc sequitur, quia iam posuimus q oē, quod mouetur in tpe minori tpe, in quo mouetur aliquod æquale magnitudini eius, necesse est vt moueat in eo per aliquod minus magnitudine eius. Si igitur punctus mouetur in tempore minori tpe, in quo mouetur æquale, contingit ipsum esse diuisibilem fm proportionem temporis, in quo mouetur æquale ei, & ad tēpus, quod est minus. In hoc igitur syllogismo nō expressit, nisi duas propositiones. quarum vna est, q omne tps est diuisibile. secunda autem q, cū motum mouetur, minori tpe mouetur per minus, q̄ per quod mouetur in maiori tpe. & dimisit propositionē dicentem q in omni tempore pōt fieri motus. & similiter dimisit conclusiones, quas nos exposuimus supertius. Deinde dicit quoniam hoc solūmodo. &c. idest, &, quia sequitur ex hoc, vt non sit tempus minus tempore, in quo pūctus mouetur per aliquod sibi æquale: ex quo nō sequit impossibile. Deinde dicit eadē enim ratio est, &c. idest qm vtrunq; sequitur ad reliquum, s. [2] quoniā posito aliquo indiuisibili mouert, sequit motum esse in instanti: & similiter posito q motus sit in instanti, sequitur indiuisibile mouert.

2 Posito aliq̄ indiuisibili mouert &c. motū esse in instāti: & posito q motus sit in instāti sequit̄ indiuisibile mouert.

Caput Tertium. Nullā magnitudinē esse infinitā.

MVtatio autem nulla est ifinita. omnis enim est ex quodam in quiddam, & ea, quæ est in contradictione, & quæ est in contrarijs. Quare earum, quæ fm contradictionē sunt, affirmatio, et negatio terminus est. vt generationis quidem id, quod est, corruptionis vero id, quod non est. Earum autem, quæ sunt in cōtrarijs, ipsa cōtraria. hæc enim sunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis: ex contrarijs enim quibusdā est alteratio. Similiter autem & augmētationis, & diminutionis. augmentationis enim terminus est qui secūdum naturam propriā est perfectæ magnitudinis, diminutionis vero huius remotio.

Terminus augmēti q̄.

Et nulla transmutatio est in infinita. iam enim declarauimus q transmutatio est de aliquo in aliquid, aut in contradictorijs, aut in contrarijs. In contradictorijs vero fines erūt affirmatio, & negatio. ver. gra. quoniā finis generationis est esse, corruptionis vero finis nō esse. In contrarijs vero fines sunt duo contraria. hic enim duo sunt extrema transmutationis. sunt igit fines omnis alteratiōis: alteratio enim fit ex contrarijs. Et fm hoc & augmēti, & diminutionis erunt. finis. n. augmenti est peruenire ad perfectam quātitatē propriam rei, finis vero diminutionis est maxime distare ab hac dispositione.

91 Intendit declarare quòd nullus quatuor motuū est infinitus, neque ex vtroq; extremo, neque extremo, ad quod est motus, præter translationem circularem. posita enim infinita ex vtroq; extremo non sequitur impossibile. Et dixit Et nulla transmutatio est infinita. & intendit hic per transmutationem, modos quatuor motuum. D.d. iam enim declarauimus, t. in initio Quinti. D.d. aut in contrarijs. Et intendit per contraria, opposita, quæ inueniuntur in alteratione, quę dicūtur cōtraria principaliter, & proprie, & quæ inveniuntur in augmento, & diminutione, s. magnum et paruū. D.d. In cōtrarijs uero fines cum erūt cōtraria, s. quę dicuntur

cunt, pprie. D.d. Et fm hoc & augmēti, & diminutionis erunt fines. t. quoniam maximū augmētum, & maxima diminutio erūt fines eorum. omne enim generabile naturale habet aliq̄ quātitatē naturalē in initio generationis, & fine, & ista quantitas habet extrema & medīū. v.g. qm̄ quātitates embryonū sunt terminatę, s. minimi embryonis, & maximi embryonis: et similiter quātitates hoīum sunt terminatę, s. maximi & minimi. vnde impossibile est augeri in ifinitū, aut diminui. nam, si transierit quantitatem naturalē in diminutione, & in additione, statim corrumpet ens. actio enī cuiuslibet entis perficit per quātitatē, & qualitatē terminatā: sicut est dispositio in entibus artificialibus.

Oē ḡnabile n̄ le hēt aliq̄ ḡntatē nāl. i mino generationis, & ñe, & ista q̄tas hēt extrema, & me dia. vide cō. f. supā cō. 12. & q̄ ibi.

Latio aūt sic qdem nō erit finita, nō enim oīs in contrarijs est. Sed, qm̄ impossibile est diuisum esse sic ex eo, quia nō cōtingit eē diuisum: (multipliciter enim dr impossibile:) diuidi nō cōtingit id, quod sic impossibile est diuidi, nec omnino quod impossē est fieri, fieri: neq; qd̄ mutari impossē est, cōtinget vtiq; mutari in id, in quod possibile est mutari.

Sed translatio hoc modo non erit finita. qm̄ nō omnis translatio est in cōtrarijs. Hoc aūt, q. illud, quod impossibile est diuidi hoc modo, s. nō recipit diuisibilitatē: cū illud, qd̄ impossibile est diuidi dr multis modis: impossibile est illud, quod hoc modo nō pōt diuidi, vt sit diuisum, & qd̄ impossibile est vniuersaliter esse non erit: & quod impossibile est etiam transmutari, non trāsmutatur ad illud, ad quod non potest transmutari.

92 Quia cōtrarietas in loco non inuenit in oībus trāslationibus, sicut in translatione aīati, & in qbus inuenit, non manifeste inuenitur contrarietas in eis, vt in translatione naturali in loco, s. quatuor elementoꝝ: [2] translatio enim alta est ex anima, & alta à natura, & alia recta, & alia circularis: incepit hic demonstrare q non potest declarari translationē rectam esse finitā eo modo, quo declarat hoc in cæteris motibus, & dixit Sed trāslatio hoc modo, &c. t. sed ex hoc modo declaratio nis non apparet translationem esse finitam. & causa in hoc est. qm̄ non omnis translatio est de cōtrario in contrarium, vt est trāslatio animalium. Deinde dedit modum, quo potest hoc declarari in translatione, & dixit Hoc autem, q̄a illud, quod impossibile est diuidi hoc modo, &c. t. fm autem q manifestum est p se, q illud, quod impossibile est diuidi, t. quia non recipit diuisibilitatem, impossibile est vt incipiat diuidi: & similiter illud, quod impossibile est generari, impossibile est ipm incipere generari: & vt illud, quod impossibile est vt transmutetur, nunq̄ incipiet transmutari. ex hoc aūt potest hoc apparere. Et dixit cum illud, quod impossibile est diuidi, dicitur multis modis præteruando se ab quotiocatione. Nam indiuisibile dicitur illud, cuius genus innatum est diuidi: vt cum dicimus q corpus cœleste est indiuisibile. & dicitur etiam illud, cuius genus non est innatum diuidi: vt cum dicimus q vox est indiuisibilis. & ipse intendit hic per indiuisibile illud, qđ est de genere diuisibili. D.d. impossibile est illud, quod hoc modo, &c. t & dico q nunq̄ diuidetur illud, quod impossibile est diuidi, cū intellectū fuerit ex hoc illud, quod intēdimus per indiuisibile: cū idiuisibile dicatur multipliciter. et, quia diuisibilitas est similis in hac intētione trāsmutationi, dixit & quod impossibile est vniuersaliter, &c. idest & hoc, quod diximus de diuisibilitate, cōe est generationi, & transmutationi, s. q̄ oē, quod impossē est generari, impossibile est ipm incipere in generatione: & [2] vt omne, quod impossibile est trāsmutari, impossibile est ipm incipere in transmutatione.

Si ergo id, quod fertur, mutetur in aliqd, & possibile erit mutari. quare non est infinitus motus, neq; feretur infinito motu. impossibile enim est trāsire illum. Quod igitur sic non est infinita mutatio, vt non finitatur terminis, manifestum est.

Et, si translatum transmutatur ad aliquid, possibile est transmutari. ex quo sequitur vt nullus motus sit infinitus, & vt motus nō recipiat æternitatem. qm̄ impossibile est pertrāsiri. Manifestum est igitur q impossibile est vt trāsmutatio sit æterna fm hunc modū, s. vt non habeat finem terminatum.

incœpit narrare genera mobilium, & dixit q mobilia sunt trium generum, nam genera motuum sunt tria, vt declaratum est in Quinto. & forte tacuit generationẽ, qm̃ hoc manifestum est in ea magis q̃ in alijs, s. q generans est cum generato. sed in pluribus transmutationibus est dubium, vtrum motor tãgat motum, aut non: & silr in multis motoribus * fm alterationẽ, vt in magnete. Et, cum narrauit modos mobilium, incœpit de translatione, & dixit Et primo loquemur, &c. i. declarãdo q inter motorem in loco, & illud, quod mouetur ab eo, non est medium, immo sunt insimul. & incœpit in hoc diuidẽdo motum in loco in illud, quod mouetur ex se, & illud, quod mouetur ex aliquo extrinseco, & posuit q illud, quod mouetur ex se, manifestum est in eo q motor est insimul cum moto: cum declaratum sit ipsum habere motorem existentẽ in eo: & q nihil mouet se, & dixit Si igitur motum ex se mouetur, &c. & hoc necesse est, cum posuerimus q ĩ eo est motor alius à moto, vt declaratũ est in initio istius tractatus. Deinde reuersus est ad illud, quod mouetur ex extrĩseco, & nititur declarare hoc, diuidẽdo species motionis ex extrinseco, & dixit Motus aũt eorum, quæ mouenĩ ex alio, &c. Deinde induxit rationem, ex qua apparet q oẽ, quod mouetur in loco, reducĩ ad hæc genera quatuor. nam oẽs motiones reducuntur ad ista. i. & posset quis scire q species mutationum oẽs reducuntur ad hæc quatuor. qm̃, cum inducentur, videbuntur reduci ad aliquod istorum generum. v. g. qm̃ eductio, et eiectio reducitur ad expulsionem. sed differunt in hoc: qm̃ in eductione motor non separatur à moto ab initio motus vsq ad finem: in eiectione aũt separatur. Et, qa accepit lationem vno modo illorum quatuor: & est per accidens, dixit Latio vero, &c. i. & ideo latum dr motum per accidens, quia inuenitur in vnoquoq trium, quæ sunt mota in loco per se: & oẽ, quod mouetĩ, quia est in moto, dicitur moueri per accidens. & ideo dixit non. n. mouetur, nisi quia est in moto, aut super motũ. D. d. deferens vero, &c. i. & diximus q delatum mouetur in vnoquoq istorum trium motuum, & est sup deferens. nam deferẽs aut mouetur expulsione, aut attractione, aut circulatione: cum non sit vnus alius modus motionis. Et in rei veritate circulatio est composita, vt ipse dicit, ex expulsione, & attractione. & sic motiones simplices sunt duę expulsio, & attractio. sed tamen non sequi ex hoc q motus simplices sunt duo. immo motus circularis est magis simplex q̃ cæteri. Et non intelligit per deferens attrahens, aut expellens, aut gyrãs, sed expulsum, & attractum, & circulatum. D. d. q Attractio est duobus modis, &c. & hoc manifestum est. sed attractio, quæ est in rebus naturalibus, est attrahere aliquid ad se, in voluntarijs autem inuenitur vtrunq. D. d. & ad hæc duo reducitur Anhelatio, & Expiratio, &c. i. qm̃ anhelatio est attractio, et expiratio est expulsio. & silr expiratio est composita ex duobus motibus expulsione, & attractione. D. d. & Percussio &c. i. qm̃ percussio per alterum istorum duorum instrumentorum est segregatio: & segregatio est expulsio & congregatio est attractio. & videt mihi q intendit opus textoris cum sua manu, & suo pede. D. d. Circulatio vero est composita, &c. i. circulatio vero, quæ fit ex circulante. D. d. motor. n. expellit quiddam &c. &, cum posuit q oẽ mouere, aut est expellere, aut attrahere, aut cõpositum ex istis, ostendit q, si fuerit declaratum cum hoc, q nõ est medium inter expellens, & attrahens, & inter expulsum, & attractum, sequitur ex hoc q non est medium inter aliquem motorem, & illud, quod mouetur ab eo. Et syllogismus talis est. Ois motor in loco est, aut expellens, aut attrahens. & nullum medium est inter expellens, & attrahens, expulsum, & attractum: ergo nullũ medium est inter aliquem motorem, & illud, quod mouetur ab eo. Et hoc intendebat, cum dixit Manifestum est igitur q, si expellẽns, & attrahens fuerit, &c. Et, cum dixit q, cum fuerit declaratum, statim declarabitur q inter motorem, & motum non est medium, incœpit declarare hoc in speciebus expellentis, & attrahentis, & dixit & hoc declarabitur, &c. i. et declarabit q in oĩbus speciebus motionum, quæ sunt sub expulsione, & attractione, motor tangit motum ex hoc, q declarauimus de illis intentionibus. Et dixit hoc, vt mihi vr, qm̃ hoc apparentius est in expellente, & attrahente, q̃ in alijs speciebus, quæ collocãtur sub istis, & est in expellente manifestius q̃ in attrahẽte. & ideo incœpit exponere intentiones eius, & dixit Eiectio enim, &c. i. & signum eius, quod inter eijciens, & eiectum non est medium, est, qm̃ eiectio, siue dicas q est motus ab aliquo, i. ab eijciente, aut dicas q est motus ab aliquo in aliquid, i. ab eijciente in aliquid, in quod est eiectio, aut qũocunq dixeris in descriptione eiectionis, manifestum est q eijciens in eo est à principio cum eiecto. Sed quæritur qũo eijciens separatur ab eiecto, & eiectum remanet motũ, ex quo vr̃ q eijciens non est tunc motor, sed aer, qui naturaliter mouetĩ ex se, cum mouetur ex alio, vt dicetur in Cœlo, & Mun. D. d. Et Attractio est vna intẽtio, et est Tiratio.[a] forte intendit declarare per hoc, q attrahens est cum attracto. qm̃, cum attractio sit tiratio, & tirans sit cum tirato, necesse est vt attrahẽs sit cum attracto. Et forte intendit declarare q tiratio est attractio, & declaratum est q attrahens, & attractum insimul sunt, ergo & tirans cum tirato. Et prima intentio est manifestior. nã tirans esse cum tirato, manifestius est q̃ attrahens esse cum attracto: cum multa vr̃ attrahere absq eo, q tãgant, vt magnetes. & existimatur q virtus attractiua in plantis, & aĩalibus est talis. Et diximus q Secunda intentio potest esse, qm̃ in hoc q attractio reducaĩ ad tirationem est latentia. & quasi fm hãc expositionem voluit notificare q tiratio est de attractione. Ad hoc autem, quod quæritur, qm̃ plura attrahẽtia vr̃ attrahere sine tactu, & sine motu, dicendum est q hæc dicuĩ attractio æquiuoce. attractio. n. in rei veritate est illa, in qua attrahens mouetur cum attracto, & hoc, qm̃ attractum ad ipsum non fuerit quiescẽs. necesse est. n. vt motus attrahẽtis sit velocior q̃ motus attracti. & hoc inuenitur in virtutibus voluntarijs, & in non. & inuenitur in pluribus virtutibus naturalibus, & vitalibus. & ideo posita sunt fila in membris animalium. Attractio autem, in qua attrahens est quiescẽs, & attractum motum, non est attractio in rei veritate. sed attractum mouetur ex se ad attrahens, vt perficiat se. vt lapis mouetĩ ad inferius, & ignis ad superius. Et silr oportet hoc intelligere de motu ferri ad magnetem, & nutrimenti ad membra. v. g. de motu sanguinis ad superiora corporis, et vlr nutrimenti arborum ad superiora eorum. Sed est differentia inter ista, & illa, quæ mouentur ad locum proprium. qm̃ illa mouentur ad locum siue fuerit propinquus, aut remotus: nutrimenta vero nõ mouentur ad nutriẽdum, nisi cum fuerint in aliqua dispositione de nutrito. & silr ferrum non mouetur ad magnetem, nisi cum fuerit in aliqua qualitate de magnete. & ideo, qm̃ magnes fricatur cum alleo, amittit virtutem. nam ferrum tunc non acquirit de lapide in illa dispositione qualitatem, per quam innatum est moueri per se ad lapidem. & hoc manifestum est in ambra, q attrahit paleam, qm̃ calefit. Ergo iste modus motionis, si dicatur attractio, non intendebatur ab Arist. in hoc noĩe attractio, cum collocetur in his, quæ mouẽtur ex se. D. d. [b] Et proiectio est, &c. i. qm̃ transferẽs mouet translatum

* a. l. fm attractionem.

Oẽ qđ mouetur q est in moto, dr moueri p accidens.

Motus circularis magis simplex, q̃ cæteri.

Hic vr̃ dicere commentator q proiecta mouentur ab aere. vide p hoc. 8. Phy. 82. co. 4. Ph. 68.

a Pria expõ

Sc̃da expõ.

Digressio, q̃ quęrit vtrum attractione attrahens attrahat cum motu, & tactu. Solutio.

Attractio duplex.

Nota de motu ferri ad magnetẽ, & nutrimẽti ad membra.

b In pie fine, i. qui motus proijcientis ẽ contra motum naturalem proiecti, non erit motus trãslati velocior suo motu naturali.

trãslatum ad partem, ad quã mouetur naturaliter, mouet motu velociori suo motu naturali. v. g. proiectio lapidis ad inferius. D. d. Et necesse est vt trãslatum non cesset, &c. i. donec motus eius naturalis fiat velocior. & fm hanc expositionem non erit ista proiectio cõis oĩbus modis proiectionis. in proiectione. n. in qua motus proijcientis est contra motum naturalem proiecti, non erit motus trãslati velocior suo motu naturali, sed contrarius ei. Vnde põt quis intelligere ex hoc sermone aliquod cõe vtriq, ita, q ex hoc, quod dixit, & proiectio erit, qm̃ motus translati fuerit velocior motu naturali, intelligatur fortior. Si igiĩ fuerit contrarius, vincet. &, si conueniens, addet ei. & ideo dixit qm̃ per expulsionẽ sit fortior. motus. n. expellentis in vtroq modo est fortior motu expulsi: & siue motus expulsi conueniat motui expellentis, aut sit ei contrarius. & sic intelligetur residuum.

At vero neq inter id, quod alteraĩ, & alterans quippiam medium est. hoc autem manifestum est ex inductione. In omnibus. n. silr esse accidit alterãs vltimũ, & primũ, quod alteraĩ. quale. n. alteraĩ, ex eo, qa sensibile ẽ. Sensibilia aũt sunt, quibus differunt corpa à seinuicem, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, silentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, dẽsitas, raritas, & horum media. silr autẽ & alia, quæ sub sensibus sunt, quorum est & calor, & frigus, & lænitas, & asperitas. hæc. n. sunt passiones subiectę qualitatis. his. n. differũt sensibilia corpora, aut fm horum aliquid magis & minus, & quia patiuntur aliquid horum. nam, quia calefiunt, aut frigefiũt, aut dulcescũt, aut amaricanĩ, aut fm aliquid aliud prædictorũ. * silr & animata corpa, & inaĩata, & aĩatorum partes, q̃cunq sunt inanimatæ.

* a. l. addit alterari dicimus.

Tex. Simp. At vero neq eius, quod alteratur, & alterantis. hoc autem manifestũ est ex inductione. In omnibus. n. cõtingit simul esse vltimũ alterans, & quod alteratur sub dictis. hæc. n. passiones sunt subiectę qualitatis. aut. n. calefactum, aut dulcescens, aut cõdensatum, aut exiccatum, aut albefactum alterari dicimus, similiterq inanimatum, & animatum dicentes. & rursus animatorum, & quæ non sensitiuæ partes, & ipsos sensus.

Tex. Auer. Neq etiam inter alterans, & alteratum est medium. & hoc declarabitur per inductionẽ. In omnibus. n. alterationibus necesse est vt postremum alteratum, & primum alterãs sint insimul. densum. n. alteratũ non alteraĩ, nisi quia est sensibile. Et sensibilia sunt, qbus differũt corpora à seinuicẽ. v. g. grauitate, et leuitate, duritie, & mollitie, albedine, & nigredine, dulcedine, & amaritudine, humiditate, & siccitate, densitate, & raritate, & eis, quæ sunt inter ista. qm̃ per ista differunt corpora sensibilia, aut fm magis, & minus in aliquo istorũ, aut fm q patiuntur aliquod istorum. corpora. n. animata, & silr inanimata, et illud, quod est ex partibus animatorũ, non animatum, qñ calefacta sunt, aut infrigidata, aut amarificata, aut dulcefacta, aut passa aliqua prædictorum, alterata sunt.

11 Cũ declarauit q oĩs motor motu locali, ita, q sit causa agens, non est medium inter illud, quod mouet, et illud, quod mouetĩ ab eo, vult declarare etiam hoc ĩ alteratione.[a] Et, quia qualitatum attributarũ alterationi aliæ sunt primæ, vt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & aliæ secundæ, & sunt illæ, quæ fiunt ex istis, v. g. densum, & rarum, & color, & sapor. Et, quia hoc non apparet inductione, nisi concedatur q istæ secundæ fiunt ex primis, deinde ponatur per iductionem q primæ non fiant, nisi motor tangat motum, [b] v. g. calefaciẽs calefactũ, incœpit dicere qũo sequitur ex hoc, si aliquod corpus condensetur, vt condensans tangat ipsum, fm q infrigidans tangit infrigidatum & silr illud, quod rarefit, vt tangatur à rarefaciente. fm q est calefaciens. et ideo dixit. densum. n. etc. i. densum enim affert qõnem in hoc. qm̃ potest aliquis dicere q nõ est necesse vt illud, quod densatur, nõ densetur, donec tangatur ab alio denso. [c] et adhuc densum non alteraĩ, nisi fm q est sensibile, & fm q est in capsõ qualitatis, non in capsõ positionis. et, cũ sit in capitulo qualitatis, tunc principium motus eius erit, aut à caliditate, aut à frigiditate: & caliditas, & frigiditas sunt pricipia alterationis: & alterans necessario est cũ alterato. D. d. Et sensibilia sunt, &c. & intendit corpora consimilium partium. [d] differentiæ. n. istorum sunt in sensibilibus p qn que sensus: & prima sensibilia sunt pmę qualitates actiuæ earum: & sunt caliditas, & frigiditas, & humiditas, & siccitas. Et, quia intendit syllogizare q densum, et rarum sunt qualitates, non positiones, sic densum, & rarum sunt vltimę differentię corporum consimilium & drīæ corporum consimi sunt sensibiles. ergo densum, et rarum sunt de qualitate. [e] & grauitas, et leuitas sunt numeratæ in tactu, & silr durities & mollities, & sonus, & silentium in auditu, & albedo, & nigredo in visu, & dulcedo, & amaritudo ĩ gustu. & voluit numerare eas, vt appareat per iductionem q vnaquaq earum non completur, nisi per alterationem. & in alteratione alterans semper est cum alterato. D. d. aut fm q patiuntur aliquod istorum. i. & q oĩa corpora mota non diuersantur, nisi patiendo fm aliquã istarum qualitatum: siue corpora fuerint aĩata, aut inaĩata. & dixit hoc, q corpus non agit aliquam istarum qualitatũ, nisi quia disponitur per illam. Et, cum posuit q istæ sunt drīæ sensibilium, et fuit manifestum in oĩbus, qm̃ indigent in hoc, q patiantur fm vnamquãq istarum qualitatum, vt calefiant, aut infrigidentur. sed, quia calefaciens, & infrigidans tangit calefactum, & infrigidatũ, verificauit illud, quod intẽdebat declarare, & est, q oẽ alterans tangit alteratum. & hoc intẽdebat, cum dixit corpora enim animata, &c. idest & necesse est vt isti sint modi alterationis. quia omne corpus animatum, aut inanimatum non dicitur alterari, nisi cum calefit, aut infrigidatur, aut patitur fm aliquam istarum qualitatum, quas numeramus, i. priorum sensibilium.

Atq etiam ipsi sensus alterantur: patiunĩ enim. actus. n. ipsorum motus est p corpus, patiente aliquid sensu. Secũdum quæ igitur inanimata alterantur, & animata, fm hęc omnia alterantur: fm autem, quæ animata alteranĩ, fm ea non alterantur inanimata. fm. n. sensus

a Qualitatũ attributarũ alterationi aliæ primæ, aliæ secũdæ.

sensus,non alterãtur:& latet inanímata,cum alterantur. nihil autem prohibet & latere animata,cum alterantur,qñ non ſm sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles quidem passiones sunt,per has autẽ alteratio est, hoc iam manifestum est,ꝙ patiens,& passio sunt simul,& inter hæc medium nihil est. huic.n. aer est continuus,aeri autem coniungit corpus. & superficies quidem ad lumen, lumen autem ad visum. sílr aũt & auditus,et odoratus ad mouens ipsos primum. eodem autem modo simul & gustus,& sapor est.

Tex. Simp. Alterantur. n. quodãmodo & sensus: sensus. n. ſm actũ motus est per corpus, patiente aliquid ipso sensu. ſm quæcunq; igit inanimatum alteratur,et animatum: ſm quęcunq; vero animatum, non ſm eadem omnia inanimatum. non. n. alterantur ſm sensus. & hoc quidem latet,illud vero non latet patiẽs. nihil aũt prohibet & animatum latere, qñ non ſm sensus alteratio fiat. Si igitur alteratur id, quod alteratur à sensibilibus,in omnibus his manifestum,quòd simul est vltimũ alterans, & primum,quod alteratur. huic.n. cõtinuus est aer,aeri vero corpus. rursus autem color quidem lumini,lumen vero visui. eodem autem modo & auditus, & odoratus. primum enim mouens ad id, quod mouet, aer. & in gustu similiter. simul.n. cum gustu sapor.

Tex. Auer. Et ipsi etiam sensus alterãtur, quia patiuntur: actio. n. eorum est motus. Et oẽ, ſm ꝙ alterantur inanimata,per illud etiam alterãtur animata. sed non per omne illud, per quod animata alterantur, alterãtur inanimata. non enim alterantur per sensus. &, cum accidet etiam vt alteratio illorũ sit sine sensibilibus, nõ percipiemus alterationem. Et, cum passiones p̃cedunt,tunc formę erunt sensibiles, et mediãtibus formis erit alteratio. ergo manifestũ est ꝙ faciens passionẽ, & patiens insimul sunt,& inter illa non est mediũ. aer. n. est continuũ,& corpus est coniunctũ aeri. et superies sequit̃ lumen,& lumẽ visum. & ſm hunc modũ etiã auditus,& olfactus sequuntur primũ motorem. & sílr gustãs,et gustus.

12 Cum declarauit ꝙ in oĩbus alterationibus apparet, ꝙ inter alterans,& alteratum non est medium, & extimatur ꝙ sensus patiunt̃ quodammodo modoq; sensibilũ, qui vt alterant eos, vult declarare in istis ẽt ꝙ necesse est vt alterãs,& alteratũ primũ sint simul,et dixit Et ipsi etiam sensus alterãtur. t. & in sensibilibus etiam inuenti aliqua alteratio quodãmodo. D.d. qa patiunt̃. scilicet,qñ actuo eorum est motus. t. moueri, non mouere,& pati,non agere. sunt. n. de virtutibus passiuis, non actiuis. Et, cum narrauit ꝙ in sensibus inuentí modus alterationis alius à modo alterationis,quę est in ꝓ sensibilibus,cum ista alteratio sit corporalis,& illa spiritualis, vt declaratum est in libro de Anima, narrauit ꝙ res animatæ alterantur per duas alterationes insimul, s. spiritualem, existentem in sensibus, & corporalem existẽtem in sensibilibus. inanimata autem non alteranť, nisi altero gñe tm. Et dixit Et oẽ, ſm quod alterantur, &c. t. & causa in hoc est. qñ animata alteranť per sensus, & per non sensus: inanimata autem alterantur per nonsensus tm̃, cum non habeant sensus. D. d. &, cum accidet etiam. t. &, cum accidet animatis alterari sine sensibus, tunc alteratio non comprehendetur, neq; percipietur, quẽadmodum inanimata non cõprehẽdunt hoc. ꝙ non est ita, qñ alterantur ſm sensus: qm̃ tunc comprehendemus alterationem. D.d. Et, cũ passiones præcedunt, &c. t. et, cum passiones præcedũt sensus, & media, q̃ sunt inter sensus, & qualitates sensibiles, tunc qualitates erunt sensibiles, t. comprehensibiles à sensu. Et intendebat per hoc, ꝙ passio cõis est necessaria in hoc, ꝙ sensus comprehẽdat sensibilia: sed in oĩ passione declaratum est ꝙ alterans est cum altera to: ergo necesse est vt passio sensuum sit huiusmodi, s. ꝙ inter eos, & inter postremum agens non sit mediũ, & ꝙ alterans in eis sit cum alterato. D.d. & mediantibus formis, &c. t. & mediantibus qualitatibus sensibilibus, & existentibus in corpore, quod sequitur sensus, alterabuntur sensus. Et, cum declarauit hunc sermonem, dixit ergo manifestum, &c. t. & intẽdit per faciens passionem, qualitatem, quæ est in corpore tãgente instrumentum sensus: & per passionem, passionẽ existentem in instrumento. D.d. aer. n. est continuũ, &c. ideſt, & non debet aliquis dubitare de sensibus, q̃ mouẽtur à sensibilibus de remoto, vt in visu. color. n. mouet aerem, & aer mouet sensum: aer enim continuus est cum sensu, & corpus sensibile coniunctum est cum aere. D.d. & superficies, &c. t. & superficies, in qua est color, tangit corpus illuminatum, s. aerem luminatum, & aer illuminatus tangit visum. & accepit hic lumen loco illuminati. et intẽdit per luminatum, diaphanum in actu, non luminatum exte. D.d. & ſm hunc modum etiam, &c. adeſt, & intendit per primum motorẽ in auditu, motum, qui est in aere, qui percutit concauũ auris. Iolfactus vero est odor perueniẽs ad nares. D.d. & sílr, &c. t. & ita est de sensibus, quorũ sensibilia sunt separata, sicut de sensibus, quorum sensibilia sunt tangentia. v.g. in gustu, & tactu. in sensibus. n. quorũ instrumenta tangunt sensibilia, non est dubium in hoc, sicut est in eis, q̃ sunt separati à sensibilibus. Et, cũ declarauit ꝙ inter motorẽ, & motum primum in alteratione non est mediũ, neq; in ipsis sensibus, sí vocatur alteratio, incœpit declarare hoc in augmento, & dixit.

Prio. hoc vt de. 2. de Anima. cõ. 57. & 58.

Sílr aũt & in inanimatis, et insensibilibus. & id, quod augetur etiam, & augens. appositio. n. quædam est Augmentatio. quare simul sunt & quod augetur, & augens. & Diminutio quoq;. diminutionis autẽ causa est ablatio quędã. † { Manifestum est igit̃ ꝙ inter mouens vltimum, & quod mouetur primũ nihil est } in medio cõsistens eius, quod mouet, & eius, quod mouetur.

Sílr autem & in inanimatis, & in insensibilibus. Quare nihil erit inter id, quod alteratur, & alterans, neq; id, quod augeť, & augens. auget. n. primum augens, cum adijcit, vt vnum fiat totum: & rursum decrescit decrescẽs, abeunte aliquo eius, quòd decrescit.

necesse

† a l. Manifestũ ẽ igit̃ ꝙ inter id, quod mouetur & mouens t. mum & . mũ ad id. 2. mouet, inter est

In primis ẽ igit̃ est pri . & prici . inter altera . in secun his aũt ẽ me hanub⁹ pri .

Tex. Simp.

necesse igitur continuum esse & augens, & decrescens: cõtinuorum autem nihil est medium. Manifestum igitur quòd iter id, quod mouetur, & mouẽs primum, & vltimum ad id, quod mouetur, nullum est medium.

Tex. Auer. Et similiter est de augẽte, & augibili. Augmentum enim est additio. & sic augmentãs, & augmentatum erunt simul. & similiter Diminutio est subtractio. Manifestum est igitur, ꝙ inter postremum motum, & primum motorem non est aliud medium.

13 Et similiter declarabit̃ ꝙ inter augmentans, & augmentatum non est medium. Augmentum. n. est additio augmentati, sed inter illud, cui additur, & illud, quod addit, nõ est medium. & hoc manifestum est. vñ necesse est ꝙ augmẽtans, & augmẽtatũ sint insimul, et sílr de diminutione. Diminutio. n. est subtractio diminuti: & subtractum nõcio est cum in illo, à quo subtrahitur. D.d. Manifestum est igitur, ꝙ inter, &c. & vocat ipsum primum motorẽ, t. quia mouet sine medio, non quia est primus naturaliter. et in quibusdam libris dicit Manifestum est igitur ꝙ inter postremum motorem, & primum motum non aliquid est oĩno. & intendit ꝙ inter primum motũ à motore, et illud non est aliquid: siue motor fuerit primus, aut postremus, s. ꝙ primum motum ab aliquo motore mouetur ſm tactum.

Caput Secundum, probans quòd ea, quæ patiuntur, à sensibilibus patiuntur, cum prius fine probatione acceptum fuerit: quòdq; in parte animæ sensitiua est alteratio, in alijs autem minime.

QVod autem ea, quæ alterantur, & omnia à sensibilibus alterãtur. & solum horum alteratio est, quæ ſm se dñr pati ab his, ex his consyderabimus.

Quoniam autem oẽ, quod alterat̃, alterat̃ à sensibilibus, & ꝙ alteratio est istorum solorum, & illorum, quę recipiunt passionem ab istis, scietur ex hoc, quod narrabimus.

14 Incœpit hic perscrutari de hoc, ꝙ motus alterationis est de prædicamẽto qualitatis, in gñe qualitatis passiuę, & dixit Quoniam autem omne, quod alterat̃, etc. ideſt, qñ autem omne, quod mouet motu alteratiuo, mouetur in genere sensibilium, s. in tangibilibus, aut in sapore, aut in colore. Et consyderandum est vtrũ iste motus inueniatur in omnibus sensibilibus, aut in quibusdã. Et est manifestũ ꝙ ista alteratio inuenitur in prima cõtrarietate, q̃ est in tactu, s. calidi, & frigidi, & sicci, & humidi. & sílr vt esse in cõtrariis sequẽtibus ista, v.g. durities, mollities. sed tñ primo est in primis qualitatibus, in istis autem secũdo, & mediantibus primis. Et sílr in gustu. In soĩs autem videtur ꝙ alteratio de grauit in leue est modo æquiuoco cum istis: cum sonus sit passio facta in aere à percussione corporum. In olfactibus vero qualitates manifestæ sunt: sed contraria latẽt in eis, vt dictum est in libro de Aia. Et, cum ita sit, cum dixit alterãtur à sensibilibus, intelligendũ est ab oĩbus sensibilibus, si intellexerimus vltatem. sin autem, excipiemus sonos. D.d. & ꝙ alteratio est istorum solorum.

Documentũ

De Aia te. 92.

ideſt, & manifestum est ꝙ motus alterationis est istius generis tantum de prædicamento qualitatis. D.d. & eorum, quæ recipiunt istas qualitates ab alijs per se, non per accidens. quasi dicat ꝙ iste motus attribuitur qualitatibus, quæ sunt in hoc genere, & rebus, quæ recipiunt per se istas qualitates.

Aliorum. n. maxime vtiq; quis existimabit in figuris, & formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem esse. vr. n. esse alteratio. Non est autẽ neq; in his, sed fiũt, cũ quædam alterant̃. hęc. nam densata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta materia: alteratio aũt non est. id. n. ex quo forma statuæ est, nõ dicimus formã, neq; id, ex quo figura pyramidis ẽ, aut lecti, sed denominãtes hoc qdem æneum, illud vero * cereũ, aliud aũt ligneũ, hoccine, quod alteratur dicimus. ęs. n. humidum eẽ dicimus, aut calidum, aut durum. & non solum sic, sed & ipsum humidum, & calidum ęs. equiuoce dicentes cum passione materiam. Qm̃ igitur ex quo quidem forma, & figura, & quod factum est æquiuoce non dicitur cum figuris, quæ ex illo sunt: quod autem alteratur cum passionibus æquiuoce dicitur: manifestũ est quòd in solis sensibilibus alteratio est.

* a.l. terreũ

Dicamus igitur de alteratione, ꝙ proprie videtur esse inter alias qualitates in figuris, & formis, & vestit eas, & denudat. Et non etiam sunt in istis, sed ista fiunt, quãdo aliqua alterantur, qñ materia densatur, & rarefit, & calefit, aut infrigidatur: alteratio vero non. qñ id, ex quo fit forma idoli, non dicimus ipsum eẽ formam, neq; illud, ex quo fit figura idoli, aut figura lecti, dicit esse figura, sed denominãtur nomina, vt dicimus in illo, quod est cupreum, in hoc autem ęreum, & in alio ligneum. in alterato vero dicimus illud. dicimus enim in cupro, quod est humidum, aut calidum, aut durum. et hoc non hoc tantum, sed dicimus ꝙ humidum, & ꝙ calidum est cuprum. et sunt communia in nomine propter hoc, ꝙ materia recipit passionem. Cũ igitur illud, ex quo fit forma, aut figura facta, non habet communicationem in nomine cum figuris, ex quibus factę sunt: alteratum autem conuenit in nomine cũ passionibus, ex quibus alteratur: manifestum est ꝙ in solis sensibilibus est alteratio.

Cum voluit declarare ꝙ transmutatio, quæ dicitur alteratio, non inuenitur de generibus qualitatum quatuor, nisi in genere sensibilium: &, si quis videbit eam esse in alio genere, dignius est vt sit in genere qualitatis existentis in quantitate, & in formis, quæ sunt in animato, ſm ꝙ est aiatum: incœpit declarare hoc hic, quòd inuenitur in istis generibus. ex quo apparebit, quòd eam in istis non inuenitur, quanto magis in cæteris gene- 15

ribus

ribus qualitatis, & dixit Dicamus igitur de alteratione, &c. i. quoniam, si transmutatio, quæ dicitur alteratio fuerit in alio genere, præter genus qualitatum passiuarum, existimatum est ipsam esse in figuris, quę sunt in genere qualitatis, quę est in quantitate, secundum quod est quantitas, & in formis, quæ sunt in anima, & animato, quod est aliud genus. D.d. & vestit, & denudat. i. & dicitur aliquid alterari, quando recipit aliquam istarum figurarum, & quando denudatur ab ea. Et intendebat declarare quod motus alterationis, si existimatur esse in istis rebus, existimatur apud generationem, & corruptionem earum, non quando sunt fixæ. Et, cum declarauit quod nullus existimat alterationem esse in aliquo genere qualitatis, nisi sit in istis duobus, incœpit declarare quod non inuenitur in istis duobus, & dixit sed ista fiunt, quando alterantur aliqua. idest, & in istis duobus generibus non inuenitur alteratio. sed generatio rerum existentium in istis duobus generibus sequitur veram alterationem, non quia alteratio existit in eis, sicut in rebus, quę alterantur in rei veritate. Et hoc intendebat, cum dixit sed ista fiunt, &c. idest, sed istæ qualitates fiunt quando alterantur illæ, quæ sunt qualitates alterabiles in rei veritate. Deinde narrauit quomodo accidit hoc, & dixit quando materia densatur, &c. i. & generatio formarum, & figurarum sequitur alterationem materię, aut quando condensatur, & rarefit secundum videntes quod raritas, & densitas sunt causæ generationis: & corruptionis, aut quando calefit, aut infrigidatur, secundum quod est verum in se. ita, vt mihi videtur, est intelligendus iste locus. densitas enim, & raritas sunt apud rerum qualitates sequentes calidum, & frigidum. Densitas enim ... est, nisi transmutatio alicuius ad minorem magnitudinem, et Raritas ad maiorem. Antiqui vero dicebant quod densitas est constrictio pororum corporum, & raritas expansio, & quod hæ duę sunt causæ generationis, & corruptionis: cum generatio apud eos sit congregatio, & segregatio. & hoc bene concessum est in corporibus habentibus poros: sed non sunt causa generationis, & corruptionis, vt fingebant, sed sequuntur generationem, & corruptionem. D.d. alteratio vero non, idest, vero autem generatio figurarum, & formarum sit alteratio impossibile est. materiæ enim, quę recipiunt formas non dicuntur formæ. v.g. quoniam cuprum non dicitur idolum, i. quia cupro non datur hoc nomen, neque ligno hoc nomen lectus. D.d. neque illud, ex quo fit figura, &c. idest neque illud, ex quo fit figura, & est ... dicitur figura. similiter lignum non dicitur lectus, neque etiam econuerso, scilicet quod forma nominetur a nomine materiæ. ver. gra. vt lectus dicatur lignum. D.d. sed denominantur, &c. i. formę, licet non nominentur a nomine materię, tamen denominantur, vt, cum dicitur quod idolum est cupreum, non cuprum. Et, cum posuit quod figurę & formæ, quæ sunt in anima, & animato, non nominantur a nomine materiæ, sed denominantur, incœpit narrare quod non est ita in alteratione, & dixit alteratum vero, &c. i. illud autem, quod recipit alterationem, nominatur a nomine eius, scilicet quod alteratur, vt, cum dicimus quod cuprum, quod alteratur ad caliditatem, aut ad frigiditatem, est calidum, aut frigidum: sed cuprum, quod alteratur ad aliquam figuram, non dicitur illa figura. v.g. vt cuprum sit triangulus. D.d. alteratum vero dicitur illud, i. quoniam subiectum alterationis denominatur a qualitate, quæ est in alteratione. dicimus. n. frigidum, & humidum intendendo subiectum frigiditatis, et humiditatis. Et, cum dixit hoc, deinde dedit causam, & dixit & sunt communia in nomine, &c. idest & subiectum, & accidens communicant in eodem nomine, quia subiectum non exit à sua substantia existente accidente, sicut subiectum recipiens formam exit à sua substantia existente forma, & hęc est differentia inter formam, & accidens. Deinde induxit syllogismum super hoc, & dixit Cum igitur illud, ex quo fit forma, &c. et compositio istius sermonis est in secunda figura sic. Illa, quæ recipiunt formas, non communicant in nomine in rebus alteratis: sed alterabilia communicant in nomine cum passionibus: ergo illa, quæ recipiunt formas, non sunt alterabilia.

Figura est qualitas in quantitate, secundum quod est quantitas.

Amplius, & aliter inconueniens est. dicere. n. hominem alteratum esse, aut domum, quæ accepit finem, ridiculum est, si perfectionem aut domus parietem, aut tegulam dixerimus alterationem esse, et, cum parietibus clauditur domus, aut tegula tegitur, alterari domum.

θρίγγος

Et contingit etiam inopinabile hoc modo. dicere enim hominem alterari, & domum alterari, cum completur, & perficitur, est derisibile. quoniam, si dixerimus quod perfectio domus, quæ est cooperire cum tegulis, & facere tegulas, est alteratio, dicemus quod, cum domus est cooperta, & fuerint tegulæ, quod alteratur.

16 Iste est alius sermo, in quo declarat quod figurarum generatio non est alteratio, & quod, si aliquis posuerit quod generatio figurarum est alteratio, continget ei ponere quod generatio in substantia est alteratio. quod est valde improbabile. & similitudo inter illa est: quoniam subiectum in eis non est idem de principio generationis ad finem: & ideo generatum non nominatur a nomine subiecti. Quia igitur iam apparuit ex prædicto sermone quod figuræ in hoc sunt similes formis substantialibus, et quod idem contingit in eis, incœpit declarare quod accidit de inopinabili, si dixerimus quod figuræ, dum generantur, alterantur, & dixit Et contingit etiam inopinabile, &c. i. & dicens quod generatio figurarum est alteratio, contingit ei magnum inopinabile. & est dicere in homine, cum generatur, quod alteratur, & similiter in domo. conueniunt. n. in hoc, quod subiectum eorum non est idem de principio motus vsque ad finem. Induxit autem illud inopinabile, & dixit quoniam, si dixerimus quod perfectio domus, &c. i. quoniam impossibile est dicere domum alterari cum generatur: nisi dicamus quod domus, quę iam perfecta est, quod declaratum est ipsam esse substantiam, vt tectum, & tegulæ, est ex genere qualitatis, quod dicitur alteratio. i. quoniam, si dixerimus quod perfectio domus, quæ est ligna, & tegulæ, tunc possumus dicere quod generatio domus est alteratio. Et existimatur quod in hoc sermone destruxit antecedens. quod apparet ex hoc, quoniam intendebat. sed hoc non dicitur in domo, quoniam sua generatio perficitur. ergo neque hoc dicitur in eo, dum generatur. Sed tamen hoc verum est in consecutione conuertibili, sicut in ista. Nam, cum posuerimus quod illud, quod generatur, alteratur, sequitur vt generatum sit in capitulo alterationis. Et, similiter cum posuerimus quod generatum est in capitulo alterationis, sequitur vt generatio sit alteratio.

Dubium.

Solutio.

In conuersibilibus licet ... destructione antecedentis destructionem consequentis.

Manifestum autem est quod alteratio non est in ijs, quę fiunt. neque. n. in habitibus. habitus enim virtutes, et vitia sunt. virtus autem omnis, & vitium eorum, quæ ad aliquid, sicut sanitas quidem calidorum, & frigidorum commensuratio quędam est, aut eorum, quę sunt intra, aut ad continens. similiter autem & pulchritudo, & robur eorum sunt, quæ ad aliquid sunt, dispositiones. n. quędam eius, quod præstantissimum est, ad optimum sunt. dico autem præstantissimum, quod conseruat, & disponit circa naturam. Quoniam ergo virtutes quidem, & vitia sunt ad aliquid: hæc autem neque generationes sunt, neque ipsorum est generatio, neque omnino alteratio: manifestum est quod non est omnino ipsa alteratio circa habitus.

Virtus omnis & vitium, est quæ ad aliquid.

Declaratum est igitur quod alteratio non est in eo, quod generatur. quoniam neque in formis. formæ. n. sunt virtutes, aut vitia. et virtus, & vitium sunt de capitulo relationis. quemadmodum sanitas est de aliqua temperantia ex rebus calidis, & frigidis, aut intrinseco, aut in respectu aeris continentis. & similiter pulchritudo etiam, & fortitudo sunt de capitulo relationis. sunt enim dispositiones animalium in respectu nobilissimi animalium. & dico laudabilissimam dispositionem, illam, quæ est naturalis pura. Et, cum virtutes, & vitia sunt de capitulo ad aliquid: & illa, quæ sunt de capitulo ad aliquid, non habent generationem, neque vlr alterationem: manifestum est, quod alteratio non est in formis.

17 Cum declarauit quod in genere qualitatis, quæ est in quantitate, non est alteratio, incœpit etiam declarare hoc in alio genere prædicamenti qualitatis, s. in formis, quę sunt in anima, & in animato. & incœpit à formis quę sunt in corpore, & dixit Declaratum est igitur quod alteratio, &c. idest &, cum declaratum sit quod alteratio non est in eo, quod generatur, neque in eo, quod est de genere generati, i. de genere formarum, manifestum est quod non est etiam in formis, quæ sunt in animato. & narrauit hoc, & dixit formæ. n. sunt virtutes, aut vitia, s. quoniam omne, quod attribuitur corpori animalium, est aut virtus, aut vitium, s. aut virtus corporalis, vt pulchritudo, et fortitudo, aut vitium, vt turpitudo. Deinde posuit aliam propositionem, & est quod virtutes, & vitia sunt relatiua. Et, quia hoc in quibusdam manifestius est, quam in quibusdam, incœpit exemplificare de apparentibus, vt declararet illa quæ latent, & d. quemadmodum sanitas, &c. i. et quemadmodum manifestum est quod sanitas est aliqua temperantia, i. mediocritas inter res calidas, & frigidas, aut in complexiones corporis & membrorum, aut in rebus continentibus corpus in respectu corporis: medium autem relatiuum dicitur in respectu extremorum. similiter apparet hoc in fortitudine, & pulchritudine, quoniam sunt relatiua. Et, cum declarauit quod fortitudo, & pulchritudo sunt sicut sanitas, incœpit dicere illud, in quo conueniunt, ex quo certificatur ea esse relatiua, & dixit sunt enim dispositiones, &c. idest, & pulchritudo, & fortitudo sunt in capitulo ad aliquid, sicut in sanitate: quia pulchritudo, & fortitudo, & aliæ formæ corporales similes his sunt dispositiones laudabiles in animalibus, quæ non intelliguntur, nisi in respectu laudabilissimæ dispositionis, s. in respectu animalis nobilissimæ compositionis: & omne, quod intelligitur in respectu alterius, est ad aliquid necessario. Dispositio. n. laudabilissima animalis est, vt in omnibus dispositionibus suis sit secundum cursum naturæ: & pulchritudo in aliquo animali est dispositio in forma creaturę, considerata secundum dispositionem, quam habet in creatione respectu nobilissimi animalium in illa specie: & est illud, quod in omnibus suis dispositionibus est secundum cursum naturæ. et similiter fortitudo est dispositio secundum cursum naturæ eius in potentia, Et quod fortitudo est ad aliquid manifestum est. non. n. dicitur, nisi in respectu debilitatis. & similiter est de pulchritudine, cum dicatur in respectu turpitudinis. est. n. vlr proportio inter membra media, & extrema. Et, cum declarauit quod istæ formæ sunt ad aliquid, dixit Et, cum virtutes, &c. idest &, cum sit declaratum quod formæ, & virtutes corporales sunt ad aliquid: & sit declaratum in Quinto istius libri quod in prædicamento ad aliquid non est generatio, neque transmutatio, neque alteratio: manifestum est, quod sequitur in prima figura, quod in formis corporalibus, & animatis non est alteratio.

Medium relatiuum dicitur respectu extremorum.

Omne, quod intelligitur in respectu alterius, est ad aliquid necessario.

Quæ sit dispositio laudabilissima animalis, & quid sit pulchritudo.

Pulchritudo est proportio inter membra media, & extrema.

T.c.10.

Neque igitur circa animæ virtutes, & vitia. Virtus. n. perfectio quędam est. vnumquodque enim tunc maxime perfectum est, cum adeptum est propriam virtutem, & maxime secundum naturam. vt circulus tunc maxime secundum naturam est, cum maxime circulus est. Vitium autem corruptio horum, & remotio est.

Virtus perfectio quædam est.

Neque etiam in virtutibus, & vitijs animæ. Virtus. n. est aliqua perfectio. vnaquæque. n. rerum tunc est perfecta in illa hora proprie, in qua peruenit ad virtutem propriam, & erit in fine dispositionis naturalis. quemadmodum circulus tunc erit in dispositione naturali, cum erit circulus in fine. Vitium autem distat, & separatur ab illa.

18 Cum declarauit quod alteratio non est in genere qualitatis, quę est in quantitate, in eo quod est quantitas, incœpit declarare hoc in formis animatis, & incœpit in hoc à virtutibus moralibus antequam à comprehensiuis, & dixit Neque etiam in virtutibus, & vitijs animæ. Deinde induxit signum super hoc, & dixit Virtus. n. est aliqua perfectio. i. & in perfectione non est motus alterationis: ergo in virtute non est alteratio cum generatio eius non sit alteratio. Et, cum posuit quod virtutes sunt perfectio, & intendit declarare quod perfectio non est alteratio, incœpit declarare propositionem, per quam declarat hoc, & est quod perfectio non est diuisibilis: alteratio autem est in re diuisibili secundum magis et minus, vt dictum est in Quinto de motu, scilicet quod non inuenitur, nisi in rebus diuisibilibus. Et dixit quoniam vnaquæque rerum est perfecta in illo tempore, in quo peruenit, &c. i. & perfectio est indiuisibilis. quoniam aliquid non fit perfectum, nisi in tempore, in quo peruenit ad perfectionem. & causa in hoc, quod istud tempus est indiuisibile, est, quoniam illud, ad quod peruenit in illa hora est indiuisibile. et est perfectio, quia est finis rei naturalis. & finis est indiuisibilis. D.d. & erit in fine rei naturalis. i. & ens erit in eo in fine rei naturalis. &, cum hora, in qua inuenitur perfectio, est indiuisibilis, & est declaratum quod omnis motus est in diuisibili, manifestum est quod alteratio non est in perfectione. Et, cum posuit quod perfectio est in fine rei naturalis, & quod finis rei naturalis est indiuisibilis, incœpit demonstrare hoc in circulo. cum hoc manifestum sit in eo, scilicet quoniam est perfectio indiuisibilis. non enim est circulus magis quam circulus. & dixit quemadmodum circulus, &c. i. & perfectio rerum naturalium est indiuisibilis, quia sunt in fine, non ante: sicut est dispositio in circulo. quoniam perfectio eius est, quando fuerit in fine. non. n. est circulus ante finem. & quasi d. & perfectiones sunt indiuisibiles, quia perfectiones sunt similes perfectioni circuli, quemadmodum circulus non est circulus ante finem, similiter est in alijs perfectionibus. Et, cum declarauit quod virtus est indiuisibilis, declarauit hoc etiam in vitio, & d. Vitium autem, &c. i. et vitium est separatio, & remotio ab illo fine indiuisibili. et, cum iste finis est indiuisibilis: ergo & illud, quod distat

Motum esse in eis, quę hñt mediũ, patet hic. & 5. ph. t. c. 22.

ab eo maxime est indiuisibile: & sic nõ est medium inter virtutem, & vitium. motus autem est in eis, inter quæ est medium, vt declaratũ est in Quinto. & totum hoc intellectum est ex suis verbis potentialiter.

Fit igitur cum alteratur quippiam, & acceptio virtutis, & vitij abiectio: alteratio tamẽ horum neutrum est. Quod autem alteretur aliquid manifestum est. virtus enim aut impassibilitas quædam est, aut passiuum sic. vitium autem passiuum, aut contraria passio virtuti. Et in totum, moralem uirtutẽ in voluptatibus, & tristitijs esse accidit. aut enim secũdum actum uoluptas est, aut per memoriam, aut per spem. Si igitur secundum actũ, sensus causa est: si autem per memoriam, aut per spem, ab ipso est. aut enim similia passi sumus ijs, qui reminiscuntur uoluptatis, aut similia patiemur sperantibus.

Virtus. Vitium.

Et diminutio à uirtute, & denudatio à uitio fiunt, qñ aliquid alteratur. sed neutrũ est alteratio. Et signum eius ꝙ aliqua alterantur manifestum est. uirtus.n. est aut inreceptibilitas passionum, aut receptio earum tali modo. uitium autem est receptio passionũ contrario modo illi, quo uirtus recepit eas. Et vniuersaliter accidit ꝙ uirtus moralis fit in modis uoluptatis, & tristitiæ. voluptas enim aut est actu, aut per rememorationẽ, aut spe. Eius autem, quod est actu, causa est sensus: illud autẽ quod est ꝑ rememorationẽ, aut per spem, erit ꝑm hoc. voluptas.n. accidit nobis, aut ꝑ rememorationẽ eius, quod habuimus ex ea, aut per spem ad illud, quod hñdum est.

19 Cum declarauit ꝙ in qualitate, quæ est in quantitate, non est alteratio, & ꝙ generatio eius sequitur alterationem, & declarauit ꝙ in virtutibus animę non est alteratio, vult declarare ꝙ sequũtur alterationem. quod non fecit in formis corporalibus: quia manifestum est eas sequi alterationem. Et dixit Et diminutio, &c. i. & vitium, & virtus fiunt à rebus alteratiuis: sed factio earum in se non est alteratio, cum sint indiuisibiles, vt declaratum est. Deinde induxit signum super hoc, & dixit Et signum, quod aliqua alterantur, manifestũ est, quorum alterationem sequitur factio virtutum, & vitiorum. Virtus enim aut est prohibitio vitiosi a receptione passionum corporalium, aut est receptio passionum modo terminato: & quomodocunq; fuerit necesse est vt sequantur passionem. Si autem fuerint mediæ in passione, sicut est verum, manifestum est, quoniam sequuntur medium in passione. ipsa enim passio corporalis erit per alterationem, immo est ipsa alteratio. & similiter si sequitur impassibilitatem, prohibitio enim a passione praua erit per passionem contrariam illi passioni prauæ. Et, cum dixit ꝙ virtus sequitur alterationem, cum sequitur passionem, & passio est alteratio, dixit hoc etiam in vitio, & dixit vitium autem est, &c. idest vitium autem sequitur receptionem passionum, quæ sunt contrarię passionibus, quas sequuntur virtutes. Sed quęritur quomodo dicitur ꝙ virtus sequitur passionem laudabilem, et vitium passionem illaudabile, & passio laudabilis, & illaudabilis sequuntur virtutem, & vitium, Virtus enim est habitus, per quem patitur passionem laudabilem, & Vitium est habitus, per quem patiatur passionem illaudabilẽ. Ad hoc autem dicendum est ꝙ isti duo habitus acquiruntur consuetudine passionum laudabilium, aut illaudabilium. ergo existentia eorum perfecte necessario sequitur passionem. Et, cum sit declaratum ꝙ virtus, & vitium sequunť passionem, et est declaratum ꝙ passio est alteratio: sequitur ex hoc, ꝙ virtus, & vitium sequuntur alterationem. D. d. Et vniuersaliter accidit, &c. i. & virtus moralis est in voluptabili, & contristabili, s. in quærendo voluptabile, & fugiendo cõtristabile, secundum ꝙ oportet, & quando oportet, & intendebat per hoc dicere ꝙ virtus sequitur passionem. nam quęrere voluptabile, & fugere contristabile sequuntur passionem. Et syllogismus componitur sic. Virtus inuenitur in contristabili, & voluptabili: & cõtristabile, & voluptabile sequũtur passionem: ergo virtus sequitur passionem. Et similiter declarabitur per hunc syllogismum in vitio. Et, quia voluptabile aliud est in præterito, & aliud in futuro, declarauit hoc, & d. voluptas enim aut est in actu, &c. & intendit per actum tempus præsens, & per rememorationem præteritum, & per spem futurum. Et, quia vnusquisq; istorum trium modorum voluptatis proprius est alicui virtuti virtutum animæ, dixit Eius vero, quæ est in actu, causa est sensus. idest, voluptatis enim, quæ est in actu, causa est, qa comprehenditur sensu, qui est in actu. et eius, quæ est per spem, causa est sensus. sed de sensu, qui est in potentia, ille, qui iam exiuit in actum proprium, est virtuti rememoratiuę, & ille, qui futurus est, imaginatiuę. delectamur enim per rememorationem, quando imaginati sumus illud rememoratũ, quasi iã exisset in actũ. & similiter est de sperato. omnia igitur pendent à sensu. & ideo dixit voluptas enim accidit nobis, &c. Et quasi intendebat per hoc confirmare ꝙ voluptas fit à passione, quæ fit à sensibili. &, quia voluptatio est per spatium, et illud quod fiendũ est, potest hic fieri * cõclusio, s. ꝙ voluptas sequitur passionem à sensibili. quoniam necesse est, si voluptas sit passio, aut sequatur passionem, vt facta sit a passione sensibili: cum sit positum quòd passiones fiant a sensibilibus, & insensibilibus. Et ideo dissoluit qõnem, narrãdo ꝙ voluptas in ꝑterito, & futuro est sensibile in potentia. et ꝙ cõprehensio sensibilis in potẽtia, et in actu, sequiť eam necio passio.

Dubium.

Solutio.

Delectamur p[er] rememorationem [illegible]

* a. l. quęstio.

At vero neq; in intellectiua parte animæ est alteratio. sciens enim maxime eorũ, quæ ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestũ est. Secundũ enim nullam potentiam motis, fit in nobis scientia, sed, cum extiterit aliquid. ex ea enim, quæ est secundum partem experiẽtia, vniuersalem accipimus scientiã. Neq; itaq; actus generatio est: nisi quis & respectionem, & tactum generationes dicat. tale enim est actus. quæ autem à principio acceptio scientiæ nec est generatio, nec alteratio. nam, quia quieta est, residetq; anima, sciens fit, et prudens. Vt igitur, neq; cum dormiẽs excitatus est aliquis, aut ebrius esse desijt, aut ægrotans reualuit, factus est sciens, quamuis prius non poterat vti, & secũdum scientiam agere, sed abeunte perturbatione, & ad tranquillitatem veniente mente inerat potentia ad scientiæ vsum, sic vtiq; huiusmodi aliquid fit id, quod est à principio, in scientiæ exñtia

In quiete enim, & sedendo anima fit prudens.

perturbationis

perturbationis enim quies quædam est, & tranquillitas. Neque igitur pueri possunt qd discere, neque iudicare sensibus, similiter atque seniores. multa enim perturbatio circa ipsos fit, & motus. Sedantur autem, & desinunt perturbari, aliquãdo quidem à natura, aliquando vero ab alijs. in vtrisque autem his alterari aliquid accidit, sicuti cum excitatur, & fit vigilãs ad actum. Manifestum est igitur quòd alteratio in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ, in alia autem nulla, nisi secundum accidens.

Neque in parte distinguente de anima est alteratio. cognoscens enim dignius dicetur de capitulo ad aliquid. Et hoc manifestũ est. Quoniam cognitio non est in cognoscente ita, quòd aliqua potẽtia omnino moueatur, sed cum aliquid fuerit. quoniam ex experientia rerum particularium comparamus cognitionem vniuersalem. Neq; intellectus est etiam generatio: nisi quis dicat quòd videre etiam, & sentire est generatio: & ꝙ tale est, intelligere: & acquirere cognitionem in principio non est generatio, neq; alteratio. homo enim fit sciens, & intelligens, quando anima eius quiescit, & firmatur. Quẽadmodum igitur homo, quando expergesit à somno, aut quando deinebriatur, aut quãdo fuit infirmus, non dr̃ ipse fieri sciens, licet prius non habebat potentiam vtendi scientia, neque operãdi ea, deinde postq̃ recessit illa cõturbatio, & quiescit intellectus, inuenitur in eo ista potentia, quę fit, ita est in eo, quod inuenitur in principio in dispositione cognitionis. cognitio enim est quies, & rectitudo. Neq; pueri etiam possunt addiscere, aut communicare in sensibus, sicut plurium annorũ. nam conturbatio, & motus in pueris est multa. Et ista conturbatio rectificatur, & cessat, quædam à natura, & quædam in alijs rebus, vt à disciplina, & à similibus. & in istis duobus necesse est vt aliquid alteretur, sicut est dispositio eius, qui expergesit à somno, et est somnus apud actum. Manifestum est igiť ꝙ alteratio est in sensibilibus, et in parte sensibili animæ, in alijs autem non, nisi per accidẽs.

20 Cum declarauit quòd in parte rationabili operatiua non est transmutatio, vult declarare quòd neque ĩ parte comprehensiua animæ fit transmutatio, neque alteratio, & dixit Neque in parte distinguente. & intendit per partem distinguentem, comprehendentem. & est virtus sensibilis, & imaginatiua, et rationabilis. Deinde d. cognoscens enim dignius est, etc. idest, et signum eius est, quòd generatio istorum videtur esse de genere relationis, & maxime partis rationabilis. a est enim dignius vt existimetur eẽ de capitulo ad aliquid quàm de qualitate. & intendit quòd esse comprehensionem in nobis non est aliquid factum in se, sed in respectu ad nos, scilicet quando anima fuerit pręparata ad recipiendum illas comprehensiones. vt ferrum pręparatur per tersitudinem ad recipiendum lucem, & alios colores, & formas: non ꝙ comprehensiones gñentur in se, ita, quòd ante nõ erant. Et hoc, quod dixit, manifestius est in intellectu, quàm in alijs virtutibus comprehensiuis, & ideo dixit cognoscens enim, &c. Sed intẽdebat per cognoscens intellectum. Et forte intendit per cognoscens, omnes virtutes comprehensiuas. et erit ista comparatio inter illas ad alias partes animę non rationabiles, scilicet morales. Deinde dixit Et hoc manifestum est, &c. idest, quoniã cognitio non fit in cognoscente, ita, quòd pars cognoscens sit transmutata, sed fit quando aliud aliquid transmutatur, sicut est dispositio ĩ omnibus relatiuis, verbi gratia ĩ columna. columna enim non transmutatur in se, quando de sinistra posita est in dextra, sed aliud, verbi gratia Soc. et similiter est dispositio in factione cognitionis. quoniam hoc non fit ita, quòd pars cognoscens transmutetur, sed quòd aliud transmutatur, & est illud, in respectu cuius dicitur illa cognitio. Et, cum narrauit quòd cognitio fit in nobis, non ita, quòd pars cognoscens transmutetur, sed aliud, dixit quid est illud aliud, & dixit Quoniã ex experientia, &c. idest quoniã cognitio fit in nobis, quando transmutatur per receptionem particularium, & consyderationem eorum. quoniam, cum consyderamus particularia, fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis secundum relationem ad illa, scilicet quod, cũ apud nos fit ex aliqua specie plus quàm vnum particulare, statim fit in nobis species vniuersalis, absque eo, quòd in ipsa fiat transmutatio. Deinde dixit Neque intellectus etiam, &c. idest, & dicens quod intelligere est generatio non habet viam ad dicendum hoc: nisi dicat ꝙ videre, & vniuersaliter sentire est generatio. Et dixit hoc, quia proportio intellectus ad intellectum est sicut proportio sensus ad sensatum. Si igitur aliquis dixerit quòd factio istorum est passio, & transmutatio, scilicet quòd sequitur alterationem, secundum quòd est vera generatio, potest dicere hoc in intellectu. qui autẽ non dicit hoc in sensibus, minus dicit in intellectu. Deinde incœpit probare quòd cognitio fit in nobis sine generatione per rationes probabiles, & dixit & acquisitio cognitionis, &c. & intendit à principio, non secundum rememorationem. D. d. homo enim, &c. idest, & necesse est vt cognitio fiat in nobis sine generatione, quia visum est quòd homo non fit cognoscens, nisi quando quieuerit, & rectificata fuerint accidentia animæ apud separationem à pueritia. Et intẽdit ꝙ scientia non est in pueritia in actu, sed accidentia appetibilia, et vniuersaliter humores, vt dixit Plato, impediunt puerum, & ideo assimilauit ipsum dormienti, et ebrio, & infirmo. Et dixit Quemadmodum igitur hõ, &c. idest, & quemadmodum, quando homo fuerit dormiẽs, & expergesit, & reuertitur ad illũ cognitio eius, aut quando est liberatus ab ebrietate, aut ab infirmitate, non dicitur acquirere scientiam, quam non habebat prius, scilicet scientiam generatam in se postquam non fuit, ita etiam non dicimus in scientia, quę acquiritur à principio, quod est scientia generata in se, sed generatio eius in sciente est secundum relationem: sicut lux generať in speculo ferri terso. Deinde d. licet prius non habebat potentiam, &c. idest quoniam quemadmodum dicimus in dormiente, quando expergesit, ipsum habere scientiam, quam prius habebat, non potentiam vtendi, idest quoniam non erat existens in actu in anima eius, ita dicimus in scientia acquisita à principio. Et non intendebat per hoc, quod dixit in dormiente, quod scientia reuertitur ad illam, quam prius non habebat in potentia vtendi, & hoc, ꝙ assimilauit

Oppositum. [illegible] 10. cõ. [illegible] & in prędicamentis. [illegible] vide. [illegible] 20.

Cũ consyderamus particularia, fit ex hoc cognitio vlis in [illegible]

Proportio [illegible] sensus ad sensum. Idem. c. de An. tex. c. 3.

scientiam acquisitã à principio scientiæ acquisitæ post somnum, ita, ꝙ scientia acquisita à principio acquiratur illo modo, quo acquiritur post somnum. nam hoc est impossibile. sed intendebat per potentiam vtendi ipsam esse in anima eius in actu, non à generatione. Deinde induxit aliud signum, & dixit cognitio enim est quies, & rectitudo. idest, & ideo cognitio existit in nobis in principio per quietem animę, & rectitudinem accidentium. &, si generetur, tũc existentia eius eliet apud transmutationem. D. induxit signum de pueris, & dixit Neq; puer etiam, &c. idest, & hæc est causa in hoc, ꝙ pueri nõ addiscũt, anteq; pertranseant puertitiam, neq; cõicant cum eis, qui sunt plurium annorum in quantitate eius, ꝙ cõprehendunt de differentijs sensibilium, s. quia humor, & motus abundat in eis. D. dixit Et tita conturbatio, &c. & intendit per naturam ætatem, & per alias res cõsuetudinem, & exercitium. exercitium. n. largitur naturæ hois præparationem, quæ in ea non erat ante. & non est remotum vt virtus, s. moralis operetur in hoc, & maxime caititas. D. d. et in istis duobus, &c. s. & in ista translatione, quam habent pueri de ignorantia ad cognitionẽ propter ætatem, aut per disciplinam, necesse est vt alteretur, v. g. subie ctum animæ, quod est calor naturalis, sicut accidit et, qui expergefit à somno, vt alteretur per alterationem altérius partis in eo, à parte, quæ itelligit, ver. g. caloris naturalis. Et intendebat per omnia ista ponere ꝙ anima non alteratur per se, sed per accidens. Si autem tacta est, tunc esse eius sequitur essentialiter alterationem. Si autem non est tacta, tunc esse eius in nobis sequitur alterationem, nõ esse eius in se, sicut est dispositio in somno. Et hoc manifestius est à intellectu, q̃ in cæteris partibus animæ cognoscentibus. Et tam declaratum ipse in libro de Anima ꝙ esse comprehensibi tam tenus sequitur in se alterationem essentialiter, postquam induxit ista signa sufficientia quibus vsus est hic, in intellectu autem multum latet. & tam contyderauimus de hoc in libro de Anima. Hic autem non intendebat declarare quòd anima intelligibilis, aut intellectus non sequitur in suo esse transmutationem essentialiter, sed intendebat declarare quòd in ea non est transmutatio. Sunt enim tria: quorum Vnum est, vtrũ in substantia intellectus, aut animæ sit transmutatio, et alteratio: Secundum vero est, vtrum suum esse in se sequatur transmutationem, & alterationem essentialiter ita, quod sit tacta à rei veritate: Tertium autem est, vtrum suum esse sequatur alterationem per accidens, scilicet secundum quod est in nobis, non secundũ quòd est in se. Et quia, si fuerit declaratum ipsam esse alteratam per accidens, tunc dignior erit, vt non sit alterata in sua substantia, quàm vt sequatur alterationem essentialiter, & quod, si ex vtraq; opinione sequitur vt non sit alterata in sua substantia, & est illud, quod intendebat, vidit quod melior doctrina in hoc est inducere termones, ex quibus videtur ipsam esse alteratam per accidens. quoniam, cum hoc fuerit existimatum, scilicet ipsam esse alteratam per accidens, tunc mens non cogitabit in hoc, quod non sit alterata in sua substãtia: sed illud, de quo cogitabit tunc, est, vtrum sit possibile, vt in suo esse sequatur alterationem essentialiter, aut non. Et, cum non accidit et in hoc, nisi altera duarum cogitationum, propter illa signa sufficientia, quæ sunt in prima cogitatione, scilicet quoniam non accidit et, vt sit alterata in sua substantia, manifestum est quod qui audierit ista signa, non dubitabit in hoc, quod est non transmutata in sua substantia, sed remanebit et secunda possibilitas. a Hoc igitur est quod Aristo. intendebat in hoc loco, quod anima est transmutata per accidens, scilicet in nobis, non quod hæc sit optimo eius: sed

Exercitium largitur natura hois ꝓparationẽ, quę in ea non erat añ & nõ est remotum vt virtus, s. moralis operetur in hoc & maxime caititas.

a Hoc igitur est opinio. scilicet dem̃ tenere sum̃ optimo

intendebat demonstrare vim istius opinionis: vt, cum homo scierit illa signa, habebit pro impossibili, vt sit alterata in sua substantia, & non remanebit ei cognitio, nisi inter duas alias intentiones. Deinde dicit Manifestum est igitur de alteratione, &c. & intendit per sensibilia tangibilia, & colores, & sapores, & odores, et per partem sensibilem corporalem, animę passiões, factas in virtute concupiscibili, quas sequuntur passiones corporales, vt rubor verecundiam, & pallor timorem. & vocauit hanc partem corporalem, quia indiget corpore. & ideo nullus existimat quòd illa pars animæ potest separari. Sed quæritur hic, quare tacuit hic speciem qualitatis, quæ dicitur potentia, & impotẽtia naturalis. Et Alexã. dicit ꝙ tam declaratum est vniuersaliter quòd non est qualitas. & intendit, vt mihi videtur, quòd res agunt per suas formas, & patiuntur per suas materias: & formæ, & materiæ sunt substãtiæ necessario. Et forte intendit ꝙ declaratum est vniuersaliter ꝙ non est qualitas alterabilis, quoniam est forma: & declaratum est quòd formæ non sunt alteratio, sed sequuntur alterationem.

Dubium.

Solo Alex.

Vide de hac re Auer. 1. Met. cõ. 19.

Quoniam lectio Simplicij à textu. 14. usque ad. 21. incongruam patitur diuisionem, iuxta Auerrois commentaria, ideo eam totam simul in fine capitis apposuimus.

Quod autẽ id, quod alteratur, omne à sensibilibus alteratur, & in his solis alteratio dicitur, quæcunq; per se patiuntur, ex his consyderandum. Aliorũ. n. optime quis vtiq; existimabit in figuris, & in formis, & in habitibus, & horum assumptionibus, atq; depositionibus alterationem existere. In neutris autem est. nã quod figuratur, cum perfectum factum fuerit, non dicimus illud, ex quo est, vt statuam, aut pyramidem ceram, aut lectũ lignũ, sed denominãtes illã quidem æneam, hanc vero ceream, hunc autem ligneũ. quod autem passum est, & alteratum appellamus. siccum enim, & humidum, & durum, & calidum æs dicimus, æquiuoce cum passione materiam appellantes. Quare, si secundum figuram, & formam nõ dicitur quod factum est, in quo est figura, secũdum passiones autem, & alterationes dicitur, manifestũ quod non erũt gnationes hę alterationes. Amplius autem & sic dicere inconueniens vtiq; videbitur, alteratum esse hominem, aut domum, aut aliud quodcũq; eorum, quæ facta sunt: sed fieri quidem fortasse vnumquodq; necessariũ, si alteretur aliquid, vt, si materia condensetur, aut rarefiat, aut calefiat, aut refrigeret. Nõ tamen ea, quæ fiunt, alterant, neq; horum generatio alteratio est. At vero neq; habitus, neque corporis virtutes. hi enim virtutes, illi vero vitia, habituũ. nõ est autem neq; virtus, neq; vitium alteratio. sed Virtus quidem perfectio quædam est. Cum enim assumpserit fun̄plius virtutem, tunc dicitur perfectum vnumquodq;. tunc. n. maxi

14

15

16

17. usq; ad 20.

me

me est quod secundũ naturam. quemadmodum perfectus circulus, cum maxime fiat circulus optimus. Vitium vero corruptio huius, atq; remotio. Quemadmodum igit neq; domus perfectionẽ alterationem dicimus. absurdum. n. si * corona, & tegula alteratio: vel si, cùm corona circumsepitur, & tegula tegitur, alteratur, sed non perficitur domus. eodem modo & in virtutibus, & vitijs, & habentibus, vel assumentibus. illæ. n. perfectiones, hæc vero remotiones sunt: quare nõ alterationes. Amplius autẽ & omnes esse virtutes dicimus in ad aliquid quodammodo se habere. eas. n. quæ sunt corporis, vt sanitatẽ, & bonam habitudinẽ, in temperatura, commensuratione q̃q; calidorum, & frigidorũ ponimus, vel ipsa ad ea, quæ sunt intus, vel ad ipsum continens. similiter autem et pulchritudinem, & robur, & alias virtutes, & vitia: vnumquodq; enim est in aliquid quodãmodo se habere: et circa propritas passiones bene, vel male disponunt ipsum habẽs. domus autem sub quo fieri, atq; corrumpi nata est. Quoniam igitur ea, quæ ad aliquid, neq; ipsa sunt alterationes, neq; ipsorum est alteratio, neq; generatio, nec omnino mutatio nulla, manifestum quod neq; habitus, neq; habituum abiectiões, & assumptiones alterationes sunt: sed fieri quidem fortasse & hos, & corrumpi, cum alterantur quædam, necesse est: quemadmodum & speciem, & formã, vt calidorum, & frigidorum, siccorumue, et humidorum, vel, ĩ quibus insunt, primis. circa hęc enim vnumquodq; dicitur vitium, et virtus, à quibus natum est alterari ipsum habẽs. virtus. n. impassibile facit, vel vt oportet passiuum: vitium vero passiuum econtrario, & impassibile. Sit autẽ & in animæ habitibus. oẽs. n. & hi in aliquid quodãmodo se hr̃e. & virtutes qdem pfectiones, vitia vero remotiones. Amplius virtus qdem, si disponit, ad pprias passiões, vitiũ vero male. quare neq; hęc erũt alterationes, neq; vtiq;, et horũ abiectiões, atq; assumptiones. fieri autẽ has necessarium, cũ alterat̃ sensitiua pars. alterabit autẽ à sensibilibus. oĩs. n. moralis uirtus circa voluptates, doloresq; corporeos: hi vero aut in agendo, aut in rememorãdo, aut in sperãdo. quę igit in actione, fm sensum sunt, vt à sensibili aliquo moueant: q̃ vero in memoria, & spe, ab hac sunt. vel. n. qualia passi sunt remorãtes delectant̃, vel sperãtes q̃ expectãt. quare necesse est oẽm huiusce modi voluptatẽ à sensibilibus fieri. Qm̃ autẽ voluptate, doloreq; ĩnato, et virtus, et vitiũ innascit̃: in his enim sunt: voluptates vero, et dolores alterationes sunt sensitiui: manifestũ ꝙ, cũ alterat̃ aliqd, necesse & has abijcere, atq; assumere. Prętera gnatio qdem ipsorũ cum alteratione, ipsa autẽ non est alteratio. At vero neq; in intellectiua parte aiæ est alteratiõ. scies. n. maxime eorũ, quę ad aliqd dñr. hoc autẽ manifestũ est. fm. n. nullã potentiã motis scientia innascit̃: sed cũ extiterit aliqd. ex ea. n. quę fm partẽ, experientia, vt̃em accipimus scientiam. Neq; itaq; actus gnatio est: nisi quis & respectionẽ, & tactũ gnationes dicat. tale. n. est actus. rursus autẽ ipsius vsus, et ipsius actus nõ est gnatio: nisi qs respectiõis, et tactus putat gnationem esse, & ipsum opari his sil̃r. q̃ vero à principio scientiæ acceptio, nec est generatio, nec alteratio. nã, quia q̃etus est, resideteq; discursus, scire, sapereq; dicimus. ad ipsum autẽ gelscere nõ est gnatio. omnino. n. nullius mutationis, quẽadmodũ dictũ est prius. Prætera veluti, cũ ex ipso ebrũ esse. dormire uel, vel egrotare in cõtraria mutatus fuerit aliqs, nõ dicimus scientẽ factum esse rursus: ĩjus impotens erat vti scientia prius: cũ neq; q̃n à principio habitũ assumat. nã, ga relidet anima, ex morali virtute prudens fit quid, & scies. quocirca & pueri neq; addiscere possunt, neq; fm sensus sil̃r, atq; seniores iudicare. multa. n. perturbatio. & motus. sedantur autem, & quiescunt, aliq̃n quidem à natura, aliq̃n vero ab alijs: in vtriq; autẽ. cum quędã eorũ, quę in corpe alterãtur: quẽadmodum in excitatione, & actione, quãdo fit vigilans, & excitatur. Manifestum igit ex dictis quod alterari, & alteratio in sensibilibus fit, & in sentitiua animæ parte, in alia vero nulla, nisi secundum accidens.

Summa Quarta. Vtrum omnis motus habeat cum omni motu comparationem.

Caput Primum. Quis motus cui motui sit comparabilis.

DVbitabit autẽ aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis est, an non. Si igitur omnis comparabilis est, et ęque velox est, quod in ęquali tempore per ęquale mouetur, erit circularis quædã æqualis rectę, & maior etiã. et minor. Amplius alteratio, & latio quędã ęqualis erit, cũ in æquali tempore aliud alteratum sit, aliud vero latum. erit ergo passio æqualis longitudini. sed impossibile est. At, cum in æquali tempore per ęquale mota fuerit, tunc ęque velox est: æqualis autem non est passio omnis longitudini: quare non est alteratio latiõi æqualis, aut minor: quare non omnis comparabilis est.

Et quæritur, vtrum motus coniungetur cum motu, aut non. Quoniam, si omnes motus coniunguntur sibi, & conuenientia in velocitate sunt illa, quæ in tempore æquali mouentur per æquale, tunc aliquis motus circularis erit æqualis recto. ergo aliquis motus circularis erit maior, aut minor illo. Et alteratio, & translatio erunt æquales, cũ in tempore æquali hoc alteratur, & hoc mutat locum. ergo passio erit æqualis longitudini. sed hoc est impossibile. Quoniam tunc velocitas est æqualis, quando duo pertranseunt in æquali tempore aliquod æquale: sed passio, & longitudo non sunt æquales: ergo neque alteratio, & translatio sunt æquales, neque vna minor est alia: ergo necesse est vt non omnis motus cõiungatur cum omni motu.

21 Hæc est Quarta quæstio istius tractatus. In prima enim declarauit qu domne motum habet motorem. In secunda vero, quod omnia mota in loco reducitur ad primum motum, quod mouetur a motore in ipso. Tertia autem est, quod omnis motor est imimut cum eo, quod ab eo mouetur in loco. Quarta vero est ista, vtrum omnis motus habet proportionem cum omni motu. Et dixit Et quæritur, &c. & intendit per coniunctionem superpositionem, & mensurationem, ita, qu domnes motus possunt dicerfari secundam magis, & minus. Deinde dixit Quoniam, si omnes motus, &c. idest, quoniam, si omnes motus mensurent se adinuicem, aut superponuntur sibi adinuicem, sequitur vt motus circularis sit æqualis recto. Quoniam, si duo motus fuerint superpositi, aut mensurantes se adinuicem, tunc duo spatia, per quæ est motus, erunt tanta. Et hoc intendebat, cum dixit & conuenientia in velocitate, &c. Et, cum induxit hoc improbabile, induxit aliud maius, & dixit Et alteratio, & translatio erunt æquales, &c. idest &, si quilibet motus mẽsuret quemlibet motum, sequitur aliud inopinabilius prędicto, & est vt alteratio sit æqualis translationi, cum fuerint posite in tempore æquali. Deinde induxit impossibile, quod sequitur ex hoc, & dixit ergo passio erit æqualis longitudini, &c. et, si alteratio est ęqlis lõgitudini, necesse est vt ęqlitas sit æqualis loco, aut minor, aut maior. D. Dixit cãm in hoc, quod est impossẽ, & dixit sed hoc est impossẽ, &c. sed hoc est impossẽ. qa æqualia i velocitate dicuntur æqualia, quia in eodem tempore pertranseunt idem spatium in quantitate, & qualitate. &, si in translatione, & alteratione inuenitur æqualitas, necesse est vt qualitas sit ęqualis loco. quod est valde inopinabile. Et, cum hoc multum apparet in alteratione, & translatione, scilicet quoniam non dicuntur vnuoce, induxit conclusionem intentam, ita, qp ista compleuit suã declarationem, & dixit ergo nec alteratio est æqualis translationi. Et cũ declarauit qp alteratio nõ est æqualis translationi, dixit ergo necesse est vt non omnis motus, &c. idest vt non omnis motus mensuret omnem motum cum alteratio, & translatio sint motus, tamen non æquales & mensurantia se adinuicem sunt illa, in quibus inuenitur æqualitas. &, quia aliquantulum est dubiũ de coniunctione motus translationis rectæ cum circulari, reuertas eit ad illum.

Mẽsurãtia se adinuicem sunt illa, in q̃b⁹ inuenit̃ æqualitas.

In circulo autem, et recta, quomodo accidet? Inconueniens enim est, nisi sit circulari ter similiter hoc moueri, & hoc super rectã, sed consequẽtim necesse est aut velocius, aut tardius: vt, si hoc declinet sit, hoc aũt acclinet.

Sed consyderandum quomodo est de circulo, & linea recta. Malum enim est dicere quòd hoc impossibile est, vt moueatur circulariter, & mouetur idem recte, & eodem modo. sed necesse est, vt cum mouetur taliter vt motus eius sit velocior, & tardior: sicut est necesse in eo, quod mouetur quandoq; superius, & quandoque inferius. & hoc non nocet.

Cum induxit inopinabile, quod contingit, si motus rectus sit proportionalis motui circulari, incœpit inducere modum, quo potest quis existimare quòd isti positioni non sequitur improbabile, & dixit Sed consyderandum est, &c. idest quoniam manifestum est qp motus alterationis non est proportionalis motui translationis, sed illud, de quo perscrutandum est, est vtrum motus rectus sit proportionalis motui circulari, & ipse circulus lineæ rectæ, &, cum inter motum circulare, & rectum sit proportio, necesse est vt causa in hoc sit, quoniam inter lineam circularem, & rectam est proportio. & ideo perscrutatus est hic de circulo, & linea recta, & dixit Sed consyderandum est, &c. Deinde induxit modum, quomodo existimatur quòd non sequatur hãc positionem improbabile, et dixit. Malum enim est dicere, &c. idest inconueniens est enim dicere quòd impossibile est vt aliquid moueatur circulariter motu æquali in velocitate sui motus recto. sed necesse est in eo, quod mouetur circulariter, & mouetur recte, vt alter motus sit alio velocior, aut tardior, aut æqualis. Et hoc intendebat, cum dixit sed necesse est, cum mouetur, &c. idest, quoniam quemadmodum motus rectus est velocior, & tardior alio motu recto, & similiter circularis cum circulari, ita est de recto cum circulari. D.d. & hoc non nocet. n. & existimatur qp nullum inopinabile sequitur ex hac positione. 22

Amplius nihil differt in ratione, si quis dicat necessarium esse confestim velocius, aut tardius moueri. erit enim maior, & minor circularis recta. quare & æqualis. Si. n. in A tempore, hoc quidem lineam B trãsijt, illud vero lineam C, maior erit linea B linea C. sic enim quod velocius est dicebatur. ergo, si & in minori æquale, velocius est. quare erit aliqua pars ipsius A, in qua B circuli partem * æqualẽ transibit, & illud in toto A lineã C. * a.l. aliquid

Si igitur aliquis dixerit quòd hoc necesse est, vt motus in loco sit velocior, & tardior, quoniam motus circularis debet esse maior, aut minor motu recto, ex quo sequitur vt sit æqualis ei. Quoniam, si aliquod motum mouetur in tempore A motu B, velocius quàm motu C. quoniam hoc modo vocabimus velocius. ergo necesse est, si mouetur in minori tempore æqualiter, vt sit velocius. ex quo sequitur, vt tempus in quo B, pertransit circulum, sit pars temporis A, et in quo pertransit A, lineam C, sit totum tempus.

Demonstratio

Demõstratio qp, si motus circularis sit maior, vel minor in velocitate q̃ rectus, qp possit etiam æqualis esse.



23 Cum dixit qp visum est qp inter motum circularem, & rectum est cõparatio, fm velocitatem, & tarditatẽ, sicut accidit hoc in motibus rectis, cũ oẽs sint in loco, incepit declare qũo sequitur, si dicãtur velociores, & tardiores, vt dicantur æquales. & iterauit sermonem à capite, & dixit Si igitur aliqs dixerit, &c. i. si igitur aliquis dixerit qp necesse est vt in qbuslibet duobus motib⁹ positis in loco, ut alter sit velocior, & alter tardior. qm̃ omnes duo mot⁹ diuersi in loco, alter est maior, alter minor: & cum magnitudo, & paruitas inueniãtur in eis: ergo velocitas, & tarditas: ergo & ęqualitas. omne enim, in quo põt esse velocius, & tardius, põt esse æquale. Et, cũ posuit qp omnes duo motus in loco possibile est vt alter sit maior, & reliquus minor, et omne, in quo inuenitur velocitas, & tarditas, inuenitur ęquale, & posuit qp motus rectus, & circularis, fm qp ambo sunt in loco, inuenitur in eis velocitas, & tarditas, secundum magis, et minus, concluſit qp in motu recto, et circulari inuenitur velocius, & tardius, ergo & æquale. Et, quia ad certificandum propositionem dicentẽ qp omne, in quo inuenitur velocius, & tardius inuentũ in eo æquale, melius est vti exẽplificatione, dixit Qm̃, si aliquod motum mouet in tpe A, &c. i. ponaẽ igitur qp aliquod motum circulare, ver. gra. B mouetur in tẽmore A motu velociori, q̃ motus alterius moti, quod mouetur in eo, ver. gra. C. ergo necesse est, vt velociꝰ pertranseat spatium æquale ei, quod pertransit tardius in tpe minori. tahs enim est definitio velocioris. Deiñ. dixit ergo necesse est, &c. i. er, cum sit positum qp velocius est illud, quod in minori tpe pertransit æquale spatium, erit ẽt uerum cõuersum, i. qp illud, quod mouetur in minori tpe per ęquale spatium est velocius. & intendebat per hoc verificare definitionẽ. &, cum fuerit cõtum stum huic qp motum circulare põt eẽ velocius, aut tardius recto, concluditur ex hoc qp motum circulare, & rectum mouentur per spatium æquale in minori tẽpore. Et hoc intẽdebat, cum dixit ex quo sequitur, vt tps, i. & sequitur, cum posuerimus qp motum circulare, i. B est velocius q̃ motum C, & mota sunt in eodẽ tpe, i. in A, & B circulare perficiat circulum in parte tẽporis A, in quo toto cõpleuit C lineam rectam. & sic possibile est vt aliud motum per lineã rectam sit velocius, q̃ motum C, ita, qp velocitas sui motus ad motũ C erit sicut velocitas motus B, ad motum C. ex quo sequitur vt motus rectus sit æqualis circulari. Et hoc intẽdebat cõcludere, ut vẽ. et dimisit cõclusionẽ, qa bene apparet ex ppositionibus, quas induxit, deinde induxit inopinabile, quod opponit hute conclusioni.

20 At vero, si sunt comparabilia, accidit id, quod nuper est dictum, esse æqualem rectã circulo. sed comparabilia non sunt: neq; igitur ipsi motus. Sed quæcunq; nõ sunt ęquiuoca, omnia cõparabilia sunt. veluti, cur cõparabile non est, vtrum acutius sit stilus, an vinum, aut vltima. qa enim æquiuoca sunt, non comparãtur. sed vltima ipsi, quæ est iuxta vltimam comparabilis est: quoniam idem significat acutum in vtrisq;. ergo non idem velox, hic, & ibi. multo autem adhuc minus in alteratione, & latione. Comparabilium conditiones.

Sed, si cõiungantur, cõtinget illud, quod prius diximus, scilicet qp linea recta sit æqualis circulo. sed non coniunguntur: neq; cõiunguntur etiam motus. Sed omnia, quę nõ sunt vniuoca, non coniunguntur. verbi gratia dicere, quare ista non cõiunguntur, i. est acutius perforans, aut vinum, aut neuma, qđ dicitur vita. Dicamus quia ista sunt æquiuoca, & ideo non coniungũtur. sed neuma, qđ dr̃ vita, non coniungunt cũ neumate, quod dicitur amara vita: quia acumen in eis habet eandem rationem. et forte velocitas hic non est velocitas illic. & hoc dignius est in alteratione, & traslatione.

Cum induxit sermonem, ex quo existimatur qp motus rectus est, pportionalis motui circulari, reuertus est ad improbabile, quod contingit huic positioni, & dixit Sed, si coniungantur, &c. i. & sequitur quia motus rectus non habet rectitudinem, nisi, ppter magnitudinem rectã, & similiter motus circularis, ppter magnitudinem circularem. Si igitur motus rectus sit æqualis motui circulari, cõtingit necessario vt magnitudo recta sit æqualis circulari: ergo superponitur. sed notum est qp linea recta non superponitur circulari: & necesse est, vt illa, quæ mensurant se adinuicem, vt superponãtur sibi adinuicem. Et dixit illud, quod diximus prius, & per se non dixit prius, quod sequitur ex hac positione, vt linea recta sit æqualis circulari. qm̃ hoc sequitur ex illo, quod sequitur ex prima positione. i. qp vt motus circularis coniungat cum motu recto, & est vt motus circularis sit æqualis recto. Qm̃ si, ex hoc, quod dixit, 24

qp dato

ꝙ duo isti motus coniunguntur, sequitur vt sint æqua
les, & ex hoc, ꝙ sunt æquales, sequitur vt magnitudo
recta sit æqualis circulari. Deinde dixit sed non coniun-
guntur, s. non habebūt proportionem inter se, quia nō
superponūtur sibi. Deinde d. neq; etiam motus cōiun-
guntur. s. &, cum inter magnitudines non est propor-
tio, ergo neq; inter motus. Deide dedit causam, quare
non coniunguntur, & dixit Sed omnia, quæ nō sunt
vniuoca, non coniunguntur. Deinde induxit exemplū
de æquiuocis, & dixit ver. g. &c. idest, qñ, si aliquis
quæsierit quare nō est cōparatio inter acumen stili
perforantis, & vini, & neumatis acuti, quod dicit acu-
tus acuto, dicitur, qa hoc nomen acumen dr̄ in eis æq-
uoce. in instrumēto. n. ratio eius est abscindere ligna, i
vino aūt pungere linguam, in neumate vero percutere
auditum fortiter. Deinde d. et forte velocitas hic, &c.
idest, & forte hoc verbū velocitas dictum de motu cir
culari, & de motu recto est ēt æquiuocū. & dixit for-
te, quia nō ita apparet æquiuocatio in eo, sicut in hoc
nomine acumen. Et, quia hoc apparentius est in velo- 20
citate, quæ dr̄ de alteratione, dixit & dignius est, &c.
idest, &, cum dicimus ꝙ hoc nomē [a] velocitas ęquō
ce dr̄ de motu circulari, & recto, quanto magis dicitur
æquiuoce de alteratione, & translatione.

[a] Velocitas ꝙ hoc dr̄ de motu circulari, et recto, & multo magis le alteratione, & trāſlatione.

An primum quidem hoc non verum est,
ꝙ, si non sint æquiuoca, comparabilia sunt.
Multum enim idē significat in aqua, & aere,
& comparabilia non sunt. Si autem non, du-
plum quidem idem (duo enim ad vnum) &
non comparabilia sunt.

Et potest quis dicere, primo qdem quòd
iste sermo non est verus, scilicet ꝙ illa, quæ
non sunt æquiuoca, coniunguntur. Hoc enim
nomen Magnum debet habere eandem ra-
tionem in aqua, & aere, & non coniunguntur.
Deinde, si non fuerit hoc, necessario duplū
erit in eadem rōne. est enim proportio bina
rij ad vnum, & non coniunguntur.

25 Cum posuit ꝙ illa, quæ non sunt vniuoca, non coniunguntur, incœpit dubitare super hoc, & dixit Et pōt aliquis obnicere nobis in declaratiōe eius, ꝙ motus circularis nō cōiungit cum recto. Primo quidē vero in, positione, dicente ꝙ illa, quæ non sunt æquoca sunt, proportionalia, nō enim omnia vniuoca sunt, proportionalia. v. g. qñ hoc nomen magnum candē habet rōnem in aqua, & aere. sed aqua non cōiungitur cū aere, cum sint diuersa duabus differentijs contrarijs. & etiam duplum eādem habet rōnem. nihil enim aliud est, ꝙ proportio binarij ad vnū. & non oīa, quæ sunt dupla, coniunguntur. cum enim istud mel sit duplum ultius aceti, tñ inter mel, & acetum nō est cōparatio. Et hoc intendebat, cū dixit est enim ꝓportio, &c. s. definitio enim dupli est proportio binarij ad vnum. vniuoca autem sunt illa, quorum definitio est eadem, & non coniunguntur, sicut illa, quæ sunt dupla admutem. 60

Æquiocorū quorūdā, & rōnes æquiocæ.

An & in his eadem ratio. etenim & mul-
tum æquiuocum est. sed quorundā & ratio-
nes æquiuocæ sunt. vt, si dicat aliqs ꝙ multū
est tantum, & adhuc aliud tantum, & æquale
æquocum. & vnum quoq; si contingit, cō-
fertim æquiuocum. si autem hoc, & duo.

Ad hoc āt dicamus, ꝙ sermo de istis duo-
bus idem est. magnum enim etiam est deęq-
uocis. sed quorundam nominū definitiones
etiam sunt æquiuoce. v. g. qm̄, si aliquis dixe
rit ꝙ magnum est illud, quod est talis quātita
tis, & talis excessus, & ꝙ duplum est æquale
bis, tunc dicere est talis quantitatis, & æqua-
le erit æquiuocum. & vnum etiam est æqui-
uocum necessario. & , si vnum est tale, &
binarius etiam erit tale.

Cum dubitauit in propositione, dicente ꝙ vniuoca 26
sunt cōiungibilia, qm̄ multum, & paucum sunt vniuo-
ca, cum habeant eadem definitiones, tñ non coniun-
guntur in omnibus, quæ dicuntur multa, & pauca, &
similiter de duplo & dimidio, dicit dissoluendo ꝙ ista,
& simtlia non sunt vniuoca vera. Vniuoca enim sunt Idē in ſubiect mētis cap..
illa, quorū definitiones sunt eędem voce, & rōne. defi-
nitiones aūt istorū sunt eædem sm̄ vocem, & diuersæ
sm̄ rōnem. Et dixit Ad hoc aūt dicamus, &c. idest
ad hoc aūt dicamus, ꝙ dissolutio in istis duobus, de q-
bus induximus exemplum, est prima dissolutio, quam
diximus in causa eorum, quæ nō coniunguntur, & est,
qua sunt æquiuoca, Æquiuocoꝝ enim alia sunt, quo- Æquiuoc cū duplex.
rum definitiones sunt diuersæ voce, & rōne, alia vero
sunt, quorum definitiones sunt æquiuocæ, sicut nomi-
na eorum. & hoc intendebat, cum dixit sed quorūdam
etiam definitiones sunt æquiuocæ, s. & ista, de quibus
dubitamus, sunt hmōi. & hoc, ꝙ definitiones eorum
sunt æquiuocæ, facit existimari ea esse eadem in rōne,
sicut est dispositio in multo, & pauco, & duplo, & di-
midio. Et, cum dixit ꝙ definitiones istorū sunt ęquiuo
cæ, declarauit hoc, & dixit ver. g. &c. s. & hoc, ꝙ defi-
nitiones istorum sunt æquiuocæ, apparet, qm̄, si aliqs
dixerit in definitione magni, quod est talis quātitatis,
tunc hoc nomen quantitas erit æquiuocum. & similiter, cum dixerit in definitione dupli, ꝙ est æquale bis,
tunc hoc nomen æquale erit æquiuocum. Et, cum nar
rauit ꝙ ista nomina sunt æquiuoca in hac definitione,
narrauit etiam ꝙ in definitione etiam dicente, ꝙ est il-
lud, cuius ꝓportio ad illud, cuius est duplum, est sicut
proportio binarij ad vnitatem, est etiā æquiuocatio,
& dixit et vnum etiam est æquiuocum, s. ꝙ accipitur
in definitione dupli. &, si hoc nomen vnum est ęquiuo
cum, ergo & binarius erit etiam æquiuocum. Sed no
tandum est ꝙ non sunt æquiuoca pura, sed de modo
æquiuocorum, quæ dicuntur ambigua.

Verum propter quid alia comparabilia
sunt, alia vero nō, si vna quidem est natura?
An, qa sunt in alio primo susceptiuo. equus
igitur, & canis comparabilia sunt, vtrum al-
bius. in quo enim primo idem est, superficies:
& secundum magnitudinem similiter. aqua
autem, & vox non: in alio nanq;.

Et si hoc non fuerit ita, quare quędā con-
iunguntur & quædam non, & natura corū
est eadem? Et pōt aliquis dicere ꝙ hoc est,
quoniam inuenire hoc in primo recipiente
est diuersum. equus igit, & canis cōiungū-
tur in ratione, sm̄ quam dicitur vtrum sit al-
bius. illud enim, in quo primo inuenitur, est
idem, s. superficies: & similiter coniungūtur
in magnitudine. aqua autē, & ſonus non con
iunguntur, quia sunt in diuerso.

Et si

27 Et si dissolutio in magno, & duplo non sit, sicut dixi
mus, & fuerit vniuoca, accidet ambiguitas, s. ꝛre quæ-
dam vniuoca coniunguntur sm̄ magis, & minus, &
quædam non cōiunguntur, & naturam rōnis, quam si
gnificat vniuoca, habent eandem. & dixit hoc, qa no-
tum est per se ꝙ omnia vniuoca debēt cōiungi sm̄ oſa,
ex quibus continuanť. Deinde incœpit contradicere
huic qōni, & dixit Et pōt aliqs dicere, &c. idest & pōt
aliquis dissoluere hāc qōnem. qm̄ magnum, & paruū,
& duplum, & dimidium, etsi sint vniuoca, sunt nō cō-
iungibilia, & econtra alijs vniuocis per accidens, s. pro
pter recipiens. qm̄ illud, quod significat hoc nomē ma-
gnum, & duplum, non diuersatur in se, sed sm̄ diuersi-
tatem recipiētis. Si igitur acciderit istis diuersitas, erit
propter recipiens. Ista igitur non cōiunguntur, qm̄ subie
ctum eorum est diuersum: & cōiunguntur, qua eandē
habent rationem. Deinde induxit exemplū sup hoc,
& dixit equus igitur, & canis, &c. s. illa, in quibus acci
dit, vt sint cōiungibilia, sm̄ ꝙ sunt vniuoca, & coniun
gibilia, sm̄ ꝙ sunt ęquiuoca, s. sm̄ subiectum eorū, sunt
sicut equus albus, & canis albus, qui cōiunguntur sm̄
albedinem. dicit enim ꝙ alter est albior reliquo. albe-
do enim in eis eandem habet rōnem. nam illud, in quo
inuenit albedo, est idem, s. superficies. Et intendebat
quòd ista cōiungūtur sm̄ illud, quod est vniuocum in
eis, & est color albus, & nō cōiunguntur sm̄ subiectū
remotū coloris, & est equus, & canis. & similiter est di
spositio de magno, & paruo in eis. & hoc intendebat,
cum dixit & similiter cōiunguntur in magnitudine, s.
quia magnitudo in eis est eadē. Deinde dicit aqua au-
tem, &c. idest, vt mihi videtur, aqua aūt, & sonus non
coniunguntť, cū ratio magnitudinis in eis est diuersum
in se, s. cum dicimus aqua magna, & sonus magnus. Et
hoc nomen coniunctio, quo vtitur, in rei veritate est
continuatio, ita, ꝙ ex istis fit vnum.

An manifestum est ꝙ erit sic quidem omnia vnū facere. in alio autem dicere vnumquodq; esse, & erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio.

Dicamus aūt in hoc, qm̄ manifestum est, si hoc fuerit tale, possibile erit vt oīa ponantur idem, & dicanť, si vnūquodq; eorū est in aliquo alio ab eo, in quo est aliud, & sequtur, ęq- le erit idē, & dulce, & album. sed illud, in quo est hoc, est aliud ab eo, in quo est hoc.

28 Vult dubitare in secūda solutione, quā dixit de ma-
gno, & paruo, vbi dixit qm̄ sunt vniuoca, sed accidit
eis vt non cōiungantur propter diuersitatem recipien
tis, sed sm̄ se cōiunguntur. Et dixit Dicamus igitur in
hoc, &c. s. sed dicamus, qm̄ manifestum est, si posuerimus talia ex rebus vniuocis, ꝙ cōtingit ex hoc, vt oīa sint idem p̄ter hoc, quod dicamus ꝙ unumquodq; eo-
rum est in aliquo alio ab eo, in quo est reliquum. Et in-
tendebat ꝙ quædam vniuoca diuersanť sm̄ subiectū,
ver. g. color. Si igitur posuerimus ꝙ magnū, & paruū,
& talia æquiuoca non diuersantur, nisi sm̄ subiectum, cōtingit vt oīa sint vniuoca. & sic æquale habebit eandem rōnem in numeris, & magnitudine, & tempore.
Et intendebat ꝙ, cum fuerit concessum ꝙ eorum, quæ sunt alia, diuersanť sm̄ subiectum tantū, & conueniunt in se, & alia cōueniunt sm̄ vtrūq;, & ꝙ non est hic alia diuersitas, et in vniuocis inueniuntur isti duo modi, ne cesse est vt oīa sint vniuoca: nisi ponanť hic esse aliqua quæ diuersantur in vtroq;, s. in rōne, & in subiecto rō-
nis, ita, ꝙ nō cōueniant in aliquo, & tale non est.

Amplius susceptiuum nō quoduis est, sed
vnum vnius primum. Sed non solum opor-
tet comparabilia non æquoca esse, sed & nō
habere differētiam, neq; quod, neq; in quo.
dico autem, vt color habet diuisionem. Non
ergo est comparabile sm̄ hoc, vt vtrum colo
ratum sit magis album, ꝙ nigrum. hæc enim
cōparanť, non sm̄ aliquem colorē, sed quate
nus color est, sed sm̄ albedinem. Sic & circa
motū, æque velox, quod in ęquali tpe mouē
tur p æquale, † tantū lōgitudinis in hoc. † a. l. tantū. si igitur lōgitu dinis t hoc, aliud.

Et etiam primum recipiens nō est quod-
cūq; vnum, sed est vnum, quod recipit vnū.
Et non sufficit vt cōiungibilia nō sint æqui-
uoca tantū, sed cum hoc indigent, vt inter il-
la nō sit diuersitas, neq; in ratione, neq; in eo,
in quo sunt. verbi gra, qm̄ in colore accidit
diuisio. Ergo in hoc non coniungūtur duo,
ita, ꝙ dicatur, vtrum sit magis coloratū, non
intelligendo vtrum sit magis in eodem colo
re, sed in in capitulo coloris, & coniunguntť
sm̄ albedinem. Et sic dicimus etiam in mo-
tu, quoniam est etiam cōueniens in velocita
te, cum in tēpore æquali pertransiuerit spa-
tium æquale talis quantitatis.

Cum perscrutatus est de hoc, s. inter quos motus in- 29
uenitur cōparatio sm̄ magis, & minus, & declarauit
ꝙ motus diuersi in genere nō coniunguntur, vt veloc
tas, & tarditas in translatione, & alteratione, & dubi-
tauit in motibus cōuenientibus in genere, & diuersis
in specie, vt motus rectus, & circularis, & declarauit
ꝙ non coniunguntť, ꝓpter hoc, ꝙ illa, quæ cōiungūtur,
oportet vt nō habeant nomina ęquiuoca, neq; in reci-
piente, incœpit dicere hoc, & dixit Et etiam primū re-
cipiens, &c. s. & hoc, quod dictum est, ꝙ eadem res in-
uenitur in subiectis diuersis, non est verū. qm̄, si ita eēt,
tūc idē reciperet à quocunq;: & sic non essent hic mate
riæ, ꝓpriæ formis naturalibus, neq; ꝓparatio, ꝓpria. et
ideo necesse est vt vnius transmutati trāsmutatum sit
vnum subiectū necessario, s. propinquū. ex quo videt
ꝙ genus non est subiectum propinquum formarum.
Et deinde dicit Et non sufficit, &c. s. & nō sufficit in re-
bus, in quibus inuenit coniunctio, vt non sint ęquiuo- 50
ca, sed vt etiā nō diuersentur in rōne, neq; in subiecto
propinquo. & istæ sunt vltimæ species. Illa autē, quæ
cōueniunt in rōne generali, & diuersantur in differen-
tijs, & subiectis ꝓprijs, vt color, qui est vnum quid ge
nere: sed diuersatur sm̄ differentias, & sm̄ subiectum
propriū vnicuq; differentiæ nō coniunguntur. & hoc
intēdebat, cum dixit ver. g. qm̄ in colore, &c. s. qm̄ co
lor non coniungitur cū colore, sm̄ ꝙ est color tm̄. qm̄
color diuidit per differētias attributas colori diuisiuas:
& istæ differētię sunt diuersæ, sm̄ formas, & subie.ctū:
nisi cōparatio cadat inter illa duo in eadem specie colo
ris: qm̄ in istis pōt esse cōparatio, & coniunctio, ver. g.
in duobus albis: qm̄ possibile est dicere alterum esse al
bius reliquo, aut simil. & hoc intendebat, cum dixit
non intelligendo, &c. s. & illa, quæ cōuenūt in colore,
qui est genus, & diuersanť sm̄ differētias, ver. g. albi,
& nigrum, non cōparantur adinuicem, ita, ꝙ dicatur
ꝙ hoc est magis coloratū, ꝙ hoc, sine eo, ꝙ comparatio
cadat inter illa in eodem colore. qm̄ tunc comparatio erit vera, nam idem color in specie est idem in for-

Necesse est vt vnius transmutati trāsmutatum sit vnum subiectū propinquū. s. similiter & phy. co. 4. 5. Motus est ens. 3. 4. 5. 6. Motus est in mobili. 60

ma,

ma, & ſubiecto. D.d. ſed in capitulo coloris. ideſt, & diximus ꝙ cõparatio inter illa non eſt vera in genere coloris, non in ſpecie. & ideo dixit & cõiunguntur ſm albedinẽ, i. & coniunguntur, qñ accipiuntur, ſm ꝙ ſunt in eadẽ ſpecie, ver. g. in albedine.* Et, cũ verificauit quæ ſunt cõiungibilia, & quæ ſunt ea, quæ cõueniunt in ratione, & ſubiecto, declarauit ꝙ motus, qui cõiungi debent eſſe hmõi, & quod non dr̃ eos eſſe æquales, niſi cõueniant in rõne motus, & in ſubiecto motus, quod eſt magnitudo, deinde d. Et ſic dicimus in motu, &c. Et intendebat per hoc, ꝙ impoſſibile eſt de quãtitatibus eſſe æq̃les, niſi rectas tm̃, aut circulares tm̃, ſ. quæ ſunt eiuſdem ſpecie, cum iſtæ ſibi ſuperponantur. & ideo dicimus ꝙ quantitates curuæ non æquabuntur, niſi ſint eiuſdem circuli. Quod aũt dicunt Geometræ, ꝙ linea recta eſt breuiſſima linea, ducta inter duo pũcta, dr̃ large. & iſte hoc ꝙ dicunt ꝙ circũferẽtia alicuius circuli ẽ æqualis alicui figuræ polygoniæ.

Documentũ impoſſ ẽ de quantitatibus cũ æquales, niſi rectas tantũ, aut circulares niſi & qd dicunt Geometræ, ꝙ linea, recta ẽ breuiſſima linea ducta inter duo puncta, dr̃ large. & iſte hoc ꝙ dicunt ꝙ circũferẽtia alicuius circuli ẽ æqualis alicui figuræ polygoniæ.

Si autem aliud quidem alteratũ eſt, aliud vero latum, æqualiſnẽ erit hæc alteratio, & æque velox lationi? ſed inconueniens eſt. cauſa autem, quia motus habet ſpecies. quare, ſi quæ in æquali tẽpore lata ſunt per æqualem longitudinem, æque velocia erunt æqualis recta, & circularis. Vtrum ergo cauſa ſit, quia latio genus ſit, an quia linea genus? tempus enim ſemper idẽ, impartibile ſpecie. An ſimul illa ſpecie differũt. etenim latio ſpecies habet, ſi illud, ſuper quod mouet̃ ſpecies habeat. Amplius aũt, ſi p quod. vt ſi pedes, ambulatio, ſi alæ, volatio. An non. ſed figuris latio eſt. Quare quæ in æquali tempore mouẽtur per eandem magnitudinem, æque velocia ſunt. eandem autem indifferentem ſpecie, & motu indifferentem ſpecie.

Si igitur aliquis dixerit ꝙ, qñ in iſta longitudine demonſtrata, hoc alteratur, hoc vero transfertur, er̃go ipſa alteratio cõuenit in velocitate cum translatione, dicemus ꝙ hoc eſt improbabile. & cauſa in hoc eſt, quia motus habet ſpecies. ergo neceſſe eſt, ſi illa, quæ mutant in tempore æquali longitudines æquales, ſint æqualis velocitatis, vt motus rectus ſit æqualis motui circulari. Vtrum igitur ſit cauſa, ꝙ translatio eſt genus, aut quod linea eſt genus? temporis enim ſemper duæ ſpecies ſunt indiuiſibiles. Dicamus igitur quòd hęc duo ſunt inſimul, ſcilicet diuerſitas in ſpecie. translatio enim habet ſpecies, quia illud, per quod hꝝ iſte motus, habet ſpecies. Et forte erit hoc, cum fuerint eius, per quod ſit motus. verbi gratia quoniã quod habet pedes, motus eius eſt ambulatio, & quod hẽt alas, motus eius eſt volatio. Sed non eſt ita, ſcilicet quoniã motus translationis non diuerſatur in ſpecie propter diuerſitatem inſtrumẽti, ſed translatio erit in hoc diuerſa ſm figuras. Ergo neceſſe eſt, vt illa, quæ in tempore ęquali mouentur per idem ſpaciũ, ſint ęqualis velocitatis. & dico idem, in quo non eſt diuerſitas in ſpecie, neq; in motu.

Quia definitio motuũ æqualium eſt pertranſire in tpe æquali ſpatiũ æquale, ſ. idem in ſpecie, reuerſus eſt etiam ad dubitandum ſup hanc definitionem, ex qua ſequitur vt alteratio ſit æqualis trãslationi. qm̃ poſſet inueniri aliqua translatio in aliqua longitudine demõſtrata, & aliqua alteratio in illa eadem longitudine. ex quo ſequitur vt alteratio ſit æqualis translationi, quæ ſunt diuerſę in ſpecie. Et hoc intendebat, cum dixit Si igitur aliquis dixerit, &c. Deinde induxit cauſam, ex qua accidit inæqualitas in motu: & eſt, quia ſunt diuerſe in ſpecie, nedum in genere. & ideo dixit & cauſa in hoc, &c. D.d. ergo neceſſe eſt, ſi illa, quę mutant, &c. i. ergo neceſſe eſt, ſi in duobus motibus ẽuenientibus in velocitate nõ determineĩ, vt eiuſdem ſpẽi ſint, quod nõ erit, niſi motus ſint eiuſdem ſpẽi, & illud, p quod eſt motus, eiuſdẽ ſpẽi, ſed ſolummodo dicatur ꝙ æqualia in velocitate ſunt illa, quæ in tpe æquali pertranſeunt longitudines æquales ſine aliqua determinatione, neceſſe eſt vt motus non ſint æquales. &, ſi non, tunc motus circularis, & rectus eſſent æquales. Et ſimiliter, cũ poſuerimus conuenientiam in eo, in quo ſunt motus in ſpecie, & non poſuerimus conuenientiam duorũ ipſorum motuum. Et, ſi accidit, cũ duo motus fuerint eiuſdem generis, vt conueniant in ſpẽ per conuenientiam eius, per quod ſunt in ſpecie, & vt diuerſentur p diuerſitatem eius, vt accidit motui circulari, & recto. D.d. Vtrum igitur ſit cã, &c. i. vtrum igitur eſt cã in hoc, ꝙ translatio circularis nõ ſit æqualis translationi rectæ, vtrum hoc ꝙ translatio eſt genus, & circularis, & recta ſunt ſpẽs eius? aut hoc, ꝙ linea eſt genus, & circularis, & recta ſint ſpẽs eius? D.d. tpis enim, &c. i. tps enĩ eſt idẽ in tpe. & impoſſe eſt exiſtimari ipm eſſe cãm in diuerſitate translationis rectæ ad circularem. & intendebat, vt mihi vr̃, p duas ſpẽs eius, ꝓteritũ, & futurũ. D.d. Dicamus igr̃, ꝙ hęc duo ſunt inſimul, &c. i. dicamus igitur ꝙ hæc diuerſitas motus recti, & circularis fit ex ambob⁹ inſimul, ſ. ex diuerſitate eius, p quod eſt motus in ſpecie, & diuerſitate ipſius motus. Et, quia cã in diuerſitate mot⁹ circularis à recto in ſpecie eſt diuerſitas magnitudinis rectæ à circulari ſpẽ, dixit trãslatio enim habet ſpẽs, &c. i. ſed translatio eſt ſpẽs: quia magnitudo, per quam eſt motus, eſt ſpecies. D.d. Et forte erit, &c. i. & forte exiſtimatur ꝙ diuerſitas translationis in ſpẽ eſt propter diuerſitatem inſtrumẽtorũ, quibus fit translatio ẽt ſpẽ. ver. g. qñ ambulatio differt à volatione, vt vr̃, quia inſtr̃a, quibus fit ambulatio, differunt ab inſtr̃is, qbus fit volatio, ſ. pedes, ab alis. D.d. Sed nõ eſt ita, i. ſed hoc, quod exiſtimatur, nõ eſt verum. qm̃, cum hoc fuerit bene conſyderatũ, apparebit ꝙ translatio nõ differt in ſpẽ propter diuerſitatem inſtrumenti, quo fit translatio. Diuerſitas enim inſtrumenti facit in translatione diuerſitatem figuræ. diuerſitas aũt, quæ eſt in figura, non eſt ſm differentias ſubſtantiales rei. Figura enim eſt qualitas, differentia autẽ translationis debet eẽ de natura generis, in quo fit trãslatio, ſ. de natura vbi. Et, cum declarauit ex omnibus iſtis definitionem motuum æqualium, dixit Ergo neceſſe eſt, vt illa, quæ mouentur, &c. i. ergo neceſſe eſt, vt illa, quæ mouentur per idem ſpatium, aut numero, aut ſpecie, quorũ motus eſt idem in ſpecie, ut ſint ęqualia, & ideo dixit & dico idem, &c.

Diuerſitas. ꝙ eſt in figura, nõ eſt diuerſitas ſubſtãtiales rei. figura enim ẽ qualitas. Vt de ſup ẽ tex.

Quare

Quare hoc conſyderandum, quæ ſit differentia motus. Et ſignificat ſermo iſte[a] ꝙ genus non vnum qd eſt, ſed ob hoc latent multa. Sunt autẽ[b] equiuocationum alię quidem multum diſtantes, aliæ autem habẽtes quandam ſimilitudinem, alię uero propinquę, aut genere aut ſimilitudine rõnis. q̃propter nõ videntur æquocationes eſſe, cum ſint. Quãdo igitur altera eſt ſpecies, ſi idem in alio, aut ſi aliud in alio? Et quęnam definitio, aut quo diſcernemus ꝙ idem eſt album, & dulce, aut aliud, ex eo ne, quia in alio videtur alterum, an qui omnino non idem?

[a] Gen⁹ nõ ẽ vnũ qd, ſed ob hoc latẽt multa.

[b] Æquocationũ ꝓtres modi.

Et ideo conſyderandum eſt diuerſitas in motu quid ſit. Et iſte ſermo ſignificat ꝙ genus non eſt idem. & deceptio inuenitur ex hoc loco in pluribus abſq; eo, ꝙ participat. Æquiuocorum autem alia diſtant multum, alia autem in eis eſt quędam ambiguitas, & alia ſunt propinqua, aut in genere, aut in cõparatione. & ideo non exiſtimat illud, quod eſt huiuſmodi de ęquiuocis, quę ſunt talia, et quę ſunt talia. Quando igitur erit ſpecies diuerſa, vtrum quando eadẽ fuerint in alio, ſed quando aliud fuerit in alio? Et qui eſt terminus illius? terminus eius eſt diſtinguere, & perſcrutari, vtrũ album ſit idẽ, & vtrum dulce ſit idem, aut diuerſatur, quia inuenitur in alio, aut quia vniuerſaliter nõ eſt idem?

4 Expõ Alfarabij. Idest incipiamus igitur primo à rebus, quæ mos est vt determinentur in initijs artium, quę sunt quasi principia earum: & incipiamus ex istis in hac scientia à rebus, quarum definitiones determinauimus ex rebus naturalibus. Et incœpit ponere ad hoc propositionẽ notam. & est. Omne, quod est, postquam non fuit, necesse est ipsum fuisse ante in potẽtia: & quòd motus generatus talis est, scilicet quod omne, quod mouetur, postquam nõ mouebatur, necesse est vt ante esset possibile vt moueretur. Et induxit ad hoc certificandum duos modos, quorum vnus est ex hoc, quod declaratum est de definitione motus, & secundus ex inductione, et dixit Dicamus igitur quòd motus, &c. idest declaratum igitur, quia, cum declaratum est in Tertio istius libri quòd altera definitionũ motus est entelechia mobilis, secũdum quòd est motum, idest & entelechia eius, quod innatũ est moueri, necesse est vt res mobiles sint ante motum in vnoquoq; generum motuum. &, cum res mobiles fuerint ante motum, tunc potentia ad motum erit ante motum. Et intelligendum est ex hoc ꝙ motũ est prius tempore motu duobus modis. Quorũ vnus est vt motum, in quo est potentia sit alterius speciei à specie motus, in quo est ipse motus. Secundus est, vt illud mobile, in quo est potentia ad motum, sit motum in actu, s. quòd motum in potentia est idem numero cum moto in actu. Primus autem modus inuenitur in duobus, s. in motu generationis, & corruptionis, & in motibus trãslationis, quę est corporum simplicium. motus enim, cuius generatio est finis, & complementum, suum subiectum est illud, ex quo est generatio: & similiter est de corruptione. subiectũ vero motus trãslationis elementorum, in quo est potentia præcedens hunc motum in tempore, est corpus, ex quo est generatio elemẽti. ver. g. quia, quando ignis generatur ſm totum, statim habet vbi, quod est superius ſm totum: &, dum generatur pars singula illius, statim habet singulam partem illius vbi. Potentia igitur istius motus nõ ẽ in subiecto, quod est ignis in actu, sed in subiecto, ex quo generatur ignis, ver. g. ligno cõbusto, aut oleo inflammato. [a] Et hoc ignorauit Ioãnes Grãmaticus. & existimauit quòd quædam potentiarum inuenitur cum illo, ad quod est potentia. [b] Et decepit alios in hãc potentiam esse coniunctam cum forma ignis, quæ est in actu, per potentiam, quæ est coniuncta cum ea, quãdo violentatur ab aliquo, qñ generatur, ne moueatur superius. Et ista potẽtia est alia à naturali, cum sit violenta. naturalis autem impossibile est vt sit coniuncta cum forma ignis, scilicet potentia, quæ est in igne ad motum superius. Et si hoc esset, tunc duo contraria essent in eodem subiecto, & in eodem tẽpore, scilicet potentia motus, & motus insimul. quod est impossibile. & hoc manifestum est. Et ex hac definitione motus apparet bene impossibile esse generationem esse ex nõ esse puro. generatio enim est motus: & est necessarium rem motam esse in actu ad esse motus. [c] & ideo impossibile est aliquod ens generari à moto, quod est in potẽtia ens tantũ, ver. g. à prima materia, ſm quòd potest intelligi nuda à forma, nedum vt generetur ex nõ esse. [d] Et etiam apparet hoc idem ex significato huius termonis hoc generari ex hoc. ver. gra. album fieri ex nigro, [e] & vniuersaliter contrarium ex cõtrario, non est dicere ꝙ ipsum contrarium mutatur in suum cõtrariũ. illam enim albedinem fieri nigredinẽ impossibile est, aut ipsum calorem frigus. Illud igitur, quod possibile est transmutari in subiectum generati, est illud, ex quo est generatio: & illud est subiectum contrarii. Et, cum ita sit, & non esse est vnum contrariorum, impossibile est eius naturam mutari in esse. ergo impossibile est aliquid generari ex eo, nisi per accidens. ideo dicitur quod dies fit ex nocte, idest post recessum noctis, & frigidũ ex calore, idest post calorem. Est igitur necessario aliquid, cum quo adiungitur non esse, ex quo fit generatio essentialiter. & hoc notum est per se. [f] & Antiqui omnes conueniunt in hoc. Loquentes autem Saracenni habent pro possibili aliquid generari ex nihilo, & negant hoc principium. Et causa erroris eorum fuit hoc, quòd sentiunt quòd multa comprehensibilia visu generantur ex rebus incomprehensibilibus visu, ver. g. ignis ex aere: & sic imaginantur primo aspectu possibile esse aliquid generari ex nihilo. vulgus enim non intelligit de non esse nisi illud, quod non comprehenditur visu. & sic accipiunt rem assimilatam rei loco ei rei, & existimant impossibile esse possibile. [g] Et nituntur ad confirmandum hoc ex hoc, quòd mos est dicere quòd subiectum esse necessarium agenti, scilicet subiectum, ex quo fit generatio, est diminutio agentis. [h] Et omnia ista sunt existimationes vulgares, vade insufficientes secundum curtum, secundum quem nutriuntur homines in eis, non secundum sermones sufficientes. [i] Agens enim non potest agere aliquod impossibile non dicitur esse diminutio: sed dicere ipsum facere aliquod impossibile, & posse facere est deceptio. Et, cum declaratum est hoc fundamentum, dicamus, &, quia hoc intẽbatur declarare, scilicet quòd potentia motus est prior tempore motu, est manifestum sine definitione motus. Et dixit Et sine hac definitione, &c. idest et sine definitione motus apparet etiam ex inductione ꝙ nõ mouetur nisi illud, quod, ãtequam moueretur, erat possibile moueri. quoniam, si nõ esset possibile moueri, non moueretur. verbi gra. quòd nõ alteratur, nisi illud, quod possibile erat alterari, & similiter non mouetur, nisi illud, quod ante erat possibile moueri. Et intelligendum est de hac intentione duos modos potentiæ, s. quæ inuenitur in ipso moto, & quę inuenit in materia moti. D. dicit Necesse est igit, etc. i. necesse ẽ igit, vt potentia ad illud, quod generatur, existat in eo ante ipsum generatũ. v. g. ꝙ illud, quod comburitur, & ignis innatũ erat cõburi, anteq; comburere ri. Et [illegible] tentia non tm ꝓcedit passionem existentem in patiẽte ſm tempus, sed etiam ꝓcedit ſm tempus vnius eum

Oẽ, quod ẽ, postq̃ nõ fuit, necesse ẽ ipsũ fuisse ãte ꝓ in potẽtia. Idẽ a. Met. t. c. & 5. de An. t. c. 20. &c. & 12. Met. t. c. 32.

Ogressio. Mobile ꝓcedit spe mo tuob⁹ mo dis põt con tingere.

a Error Ioãn. Grammatici, ꝙ esse ẽt. ab nõ esse.

b Error aliorũ arguit cõtra illos.

Digredit ab ista lege ponentes circumstãtiã & ante quit ex mo rẽ ãnimẽ

c Impossibile aliquod ens gẽrari a moto, quod est in potẽtia ens tantũ, ver. g. à prima materia, ſm quòd potest intelligi nuda à forma, nedum vt generetur ex nõ esse. [illegible]

d Sciatico

e Argumẽtum Aristotelis

f Absurdum

g Agens non potest facere aliquid impossibile non dicitur esse diminutio: sed dicere ipsum facere aliquod impossibile, & posse facere est deceptio

Pyh. cũ com. Aue. [illegible] agente

agentem in agente. quod enim comburit innatũ erit ante comburere. & ideo omne agens, quod põt agere qñq;, & qñq; non, necessario inuenitur qñq; potẽtia, & qñq; non. & omnia ista sunt necessaria, & vera. Et hoc, quod dicunt Loquentes nostrę legis, imo inuoluẽtes, ꝙ possibile est prouenire actionẽ nouam, s. postq̃ non fuerit tempore infinito ab agente antiquo, absque eo, ꝙ illic sit causa, quæ fecit illud agẽs agere in aliqua hora magis q̃ in alia, est sermo sophistic⁹, & deceptiu⁹. Dico sm hanc expositionem intellexit Alphara. et alij hoc capitulum, s. ꝙ induxit definitionem motus ad declarandum potentiam esse ante actum. & hoc non est proprium motui, sm ꝙ est motus, sed est proprium nouo facto, sm ꝙ est nouum factum, s. vt potentia, & posse noui p̃cedat ipsum sm tempus. Secũdum aũt nostrã expositionem induxit definitionem motus, ad declarandum ꝙ motus est in moto. q̃m, cum dictum sit in definitione eius ꝙ est entelechia moti, necesse est vt sit in moto. omnis enim perfectio necesse est vt sit in re, quæ perficitur. Et sm hoc inuenimus Alexan. in suo libro de principijs inducere definitionem motus, ad declarandum motum esse æternum. Et hoc, quod dixit Et sine hac definitione, &c. hoc decepit homines in hoc: & existimauerunt ipsum declarare potentiam esse ante actũ in tempore. & ipse intendebat dicere ꝙ nõ dicitur moueri, nisi illud, in cuius natura est motus, scilicet corpus mobile: & quod non inuenitur in immobili.

Quid per loquentes. Vide. 1. Meta. cõ. 15.

Auer. expõ. Potentiã tpe p̃cedere actũ, hoc nõ est proprium motui, sm ꝙ ẽ motus, sed motui facto de nouo.

Oĩs pfectio necesse est vt sit in re, qua perficitur.

Ergo & hæc necessarium est aut facta aliquando esse, cũ non essent, aut p̃petua esse.

Ista etiam necesse est, aut vt non sint talia, nisi in aliqua hora absq; eo, ꝙ talia erant, aut vt sint talia æterne.

5 Dicit Ista igitur sensibilia necesse est, aut vt nõ sint, sicut videtur, s. ꝙ quædam semper mouentur, & quædam semper quiescunt, aut semper succedunt sibi hæc duo in aliqua hora, s. motus, & quies, absq; eo, ꝙ ante illam essent huius dispositionis, sed omnia erant quiescentia, deinde incœperũt ab aliquo moueri, sm quòd modo sentiuntur, aut semper fuerunt, secundum quòd modo sentiunt. &, cum dixit quod hoc est quærẽdum primo, incœpit declarare ipsum. Dico quòd hæc est expositio vera. dixit & quia apparuit iam prima mota esse, aut primum motum, quod est causa in motibus eorum, quæ mouentur quandoq; ex istis rebus, quæ sunt hic, & quiescunt quandoq;, & nunquam apparet ꝙ ista mota quiescunt, neque in aliqua hora, s. corpora cælestia, declarandum est vtrum fuerint istius dispositionis in aliqua hora, scilicet ipsa esse primo mota, aut semper fuerint illius dispositionis, s. mota æterna. Et dixit hoc, quia declaratum est in principio Septimi impossibile esse corpus mouere corpus in infinitum, & ideo necesse est mundum habere primum motum, aut prima mota. &, si non, inueniretur magnitudo infinita in actu: & inueniretur motum infinitum pertransire in tempore finito spatium infinitum, ut declaratum est in principio Septimi.

Alfar. expositio.

Auer. expõ.

Septimo phy. 2. tex. & ad. 10.

Si igitur factum est mobilium, ac motiuorum vnumquodq;, necessarium est prius, q̃ accepta, aliam esse factam mutationẽ, & motum, secũdum quem factum est id, quod potest esse motum, aut mouisse.

Si igitur vnumquodq; mobilium non mouetur, nisi postquam in sua potentia erit vt moueretur, necesse est vt ante transmutationẽ dictã fuisset alia transmutatio, & motus, in quo fuit posse moueri, aut mouere.

6 Si igitur hoc, quod narrauimus, quòd omne motũ, & omne mouens necesse est, vt antequam inueniatur mouere, & moueri in actu, vt inueniatur mouere, & moueri in potentia, & posuerimus quòd ista potentia, & posse est nouum, necesse est quòd ante primum motum, quem posuimus primũ, sit alius motus, per quẽ fuit posse præcedens primum motum, qui positus fuit primus. posse enim, quod præcedit motum fieri de nouo, necessario præcedit motum. sed iam posuimus ipsum primum. & hoc est inconueniens. Et similiter accidit in transmutatione, per quam fuit posse, si posuerimus ipsam esse primam. scilicet quoniam sequitur, vt potentia ad ipsam præcedat ipsam secundum tempus, & ꝙ ista potentia sit facta ex transmutatione. Et quod apparet ex hoc sermone est, quòd necesse vt ante illum motum, qui ponitur primus est alius motus. sed non sequitur ex hoc, vt secundus motus succedat antecedenti statim: sed sequitur vt sequatur ipsum interpollatim, scilicet quòd inter illos sit tempus quietis, in quo inueniebatur posse. Cum autem dixerimus quòd possibile non exit in actum, nisi per aliquid in actu, scilicet per motorem, necesse est illos motus eẽ, scilicet succedẽtes, scilicet quòd nullum tempus sit extra motum, & si esset in fine paruitatis. motor enim mouet ipsum in tempore, in quo mouet, & non ante, nisi quia ante non habebat dispositionem, qua possibile erat ipsum mouere: &, cum perfecta erat in eo ipsa dispositio, tunc incœpit mouere. Et ista dispositio aut est in ipso motore, aut in moto, aut in vtroque: & est aut quia motor non fuit, & post fuit, aut quia fuit, sed diminuebatur ab ipso dispositio, per quam mouet. & hoc est aut propter aliquam dispositionem in eo, aut propter dispositionem in moto, aut sicut distantia, & impedimentum. Et istæ tres dispõnes forte deficiunt plures earum, aut vna in moto. & hæc erit causa, quòd motor non moueat. ergo necesse est vt ipsum mouere succedat motui præcedenti, scilicet quòd principium sui mouere sit finis motionis ãtis ipsum. Et mouere istud p̃cedẽs aut fuit in moto, aut in motore, aut in extrinseco, scilicet aut generatio, aut alteratio eorum, aut in vtroq;, aut dispositio in altero eorum, aut in vtroq;, aut appropinquatio in loco, aut recessus impedimenti. ergo necesse est quòd ante transmutationem esset transmutatio: aut transmutatio non est continua, per quam transmutatum fuit possibile vt transmutaretur: aut transmutatio continua est cum ea, per quam transmutans fuit transmutans, postquam fuit in posse. Et forte tacuit hunc modũ, quia apparet ex secundo condiuidente, quod post inducet: & est quòd aliquis dicat quòd posse, quod p̃cedit primum motum est antiquũ, sm ꝙ ponunt ipsum dicentes mundum fieri, postquã non fuit in aliqua hora. Et forte tacuit ipsum, quia nõ indiget eo in hac declaratione.

Obõ, p qui vr̃ pbatur ꝙ nõ loquatur de motu primi mobilis.

Solutio.

Excusat Aristotelẽ insufficiẽtia.

Si autem quæ sunt, ante erant semper, motu non existente, irrationabile quidem videtur etiam ijs, qui à seipsis sciunt. At vero magis vltra progressis hoc necessarium est accidere. Si enim, alijs quidem mobilibus existentibus, alijs autem motiuis, aliquãdo quidem est quid primum mouens, aliquid autẽ, quod mouetur, aliquando autem nihil, sed quiescit, oportet hoc mutari prius. erat enim aliquid causa quietis. quies enim priuatio motus est. quare ante primã mutationẽ erit mutatio prior.

Et, si in præterito semper fuerit talis dispositionis, sed nõ fuit motus, apparebit ex isto ipso sermone, cum fuerit consyderatus ipm̃ non habere modum: & hoc apparet manifeste. Et sequitur in eo magna improbabilitas, quãdo inuestigauerit quis bene. Quoniã, si illa, quæ innata sunt mouere, & illa, quę innata sunt moueri, sint, & qñq; erit hic primus motor, & erit hoc motum, & quandoq; non erit vtrũq;, sed quies, necesse est vt in hac dispositione ante illud sit transmutatio. quies enim aliquã habuit causam. nã qes est priuatio motus. quapropter necesse est ut ante primã trãsmutationẽ sit trãsmutatio p̃cedẽs.

7 Quia hoc, quod posuit in hoc quæsito, quasi fundamentum, super quod fundauit demõstrationẽ est hoc, quòd hic est primus motus, & primum motum, & primum mouens. v.g. motus cœlestis primus, & illud, qđ mouetur hoc motu, et quod mouet hoc motu, vt declaratũ est in Septimo, & Quinto, s. ꝙ ante motũ non est motus essentialiter, incœpit perscrutari vtrum motus, qui est huius dispositionis, possit eẽ primus sm tẽpus, & sm naturam, aut nõ possit esse prius, nisi sm naturã tm̃, s. ꝙ semp fuit, & erit. Deinde posuit perscrutationem suam de hoc in rebus motis, et dixit ꝙ illud, quod mouetur primo motu temporali, si sit hmõi motus tẽporalis huius dispositionis, necesse est, aut vt sit generatum, aut ęternum, s. quòd semper fuit, & erit. sed motus eius primus fuit temporalis. Si igitur fuit generatũ, tunc ante primum motum temporalem fuit alius motus: & sic ille motus, qui fuit positus primus, nõ est primus, nec tẽpore, nec natura. motus enim, ante quẽ est motus non est primus, neq; sm tempus, neq; sm naturam. Et, si motum fuerit æternum, & primus motus, quo mouetur, fuerit primus in tẽpore, s. ꝙ moueatur post quietem infinitam, necesse est ꝙ, cũ motor sit ęternus, & motum sit æternum, & nulla causa sit agens ꝙ istud motum sit quiescens in aliqua hora, & motum in alia, necesse est vt non quiescat, & vt non moueatur: cum eandem habeant proportionem ad motum, & ad priuationem motus. Quapropter necesse est illic esse causam agentem, & motorem, qui moueat, postq̃ non mouerit, & rem motam vt moueatur, postq̃ non mouebatur, aut causam facientem vtrũq;: & erit causa, aut per eius ablationem, aut per eius absentiã. Et quomodocunq; fiat, necesse est vt ante illũ motum, positum primum motum sit alius motus: & sic nõ erit primus, sicut fuit positus, neq; sm tempus, neq; sm naturã. Ergo necesse est vt sit hic primus motus naturaliter, qui semper fuerit, & motum tale, & motor talis, si non fuit sm tempus, & quòd non sit hic motus primus alio modo. quod est impossibile. Et similiter declarabit quòd semper erit. Et inducere hanc expositionem sm verba Arist. non est difficile: immo ista expositio est, qua non potest esse verior. Et non debet aliquis dicere ꝙ primus motus temporalis est motus generationis. motus enim generationis non est motus, sed finis motus. & impossibile est vt sit primus secundum tempus, aut secundum naturam. nec motus, cuius finis est generatio, est possibile, vt sit primus. nam iste motus est motus alteratiuus: & primus motus debet esse æternus. & est declaratũ in vltimo Sexti, ꝙ impossibile est vt motus æternus sit, nisi motus circularis.

Motus generationis nõ ẽ motus, sed ẽ finis motus. 136. 6. phy. & 5. ph. cõ. 8.

Alia enim mouent singulariter, alia autẽ & sm contrarios motus. vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non: scientia autem videtur contrariorum esse vna. Videtur igitur & illic eẽ aliquid eiusmodi. frigidũ enim calefacit, versum quodãmodo, & abscedens, sicut & peccat voluntarius sciens, quando econtrario vtitur scientia. At vero quæcũq; possunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, ea moueri nõ penitus possunt, sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem. quare, cũ propinqua fuerint, & ita fuerit, vt sit hoc qdem motiuũ, illud aũt mobile, aliud quidem mouet, aliud autem mouetur.

Scia contrariorũ videtur vna esse.

Et quædam mouent singulariter, & quædam mouent duos motus insimul. verbi gratia quoniã ignis calefacit, & non infrigidat: cognitio vero existimatur esse duorum contrariorũ eadem. Sed apparet etiam illic aliquod simile hoc modo. frigus enim quandoq; calefacit, quandoq; reuertitur quoquo modo, sicut sciens peccat quandoq;, quando vtitur sua scientia peruerse. Sed non omnia, quæ possunt agere, aut pati, aut mouere, aut moueri, necessario possunt hoc. sed quando fuerint talis dispositionis, aut quando fuerint vicinantia sibi adinuicem, ita, quòd quãdo fuerint vicinantia sibi, hoc mouebit, & hoc mouebitur, &, cum fuerint in illa dispositione, in qua hoc innatum erit mouere, & hoc innatum est moueri.

8 Cum posuit ꝙ causa quietis est alia à causa motus, & ꝙ, cum fuerit positum aliquod motum, postq̃ non mouebatur, ꝙ necesse est vt auferatur causa quietis, & ꝙ ablatio illius est transmutatio, aut sequens transmutationem, & est manifestum hic esse aliqua, quæ faciũt duo contraria insimul, & apparet in eis mouere absq; eo, quòd præcedat ea alius motus, & sunt entia rationalia, incœpit declarare hoc, & nititur dissoluere quæstionem accidentem in eo, & dixit Et quædam mouẽt. idest & apparet quòd quædam mouent motu singulari tantũ, scilicet vno duorum motuum contrariorũ, & quædam mouent duobus motibus insimul, scilicet in horis diuersis. [a] Illa enim, quæ mouent motu vno tantũ, & non habent potentiam ad contrarium, sunt illa, quę mouent per virtutes naturales in eis, v.g. ignis, qui calefacit tantũ, & non infrigidat, scilicet essentialiter: & nix, quæ infrigidat, & non calefacit. Illa aũt, quę habent potentiã ad vtrũq; cõtrarium, sunt virtutes, s. comprehensiuę. Et hoc intendebat, cum dixit cognitio vero, &c. i. virtutes autem rationales videntur habere posse ad vtrũq; contrarium. Et intendit hic per hanc dictionem, existimatur, concedi ab omnibus, aut à pluribus. Et, quia virtutes naturales agunt alterum contrariorum, & quandoq; reliquum per accidens, dixit Sed apparet, &c. idest sed in virtutib⁹ naturalibus est aliquod simile ei, quod inuenitur in virtutibus rationabilibus de hoc, scilicet ꝙ agunt vtrunq; contrarium: quia altera actio est virtutum naturalium p se, et reliqua p accidens: [a] in virtutibus autem rationalibus

Illa, quæ mouent motu vno tm̃ & nõ hñt potentiã ad contrarium, sunt illa, quę mouẽt p virtutes nãles in eis. [illegible]

a In virtutibus [illegible]

duæ actiones cõtrariæ sunt essentiales. Et, cum notificauit q̃ virtutes naturales habẽt etiam hoc, dedit exẽplum, & dixit [a] frigus enim, &c. & intendit per hoc, quod dixit reuertitur, hoc, quod calor existens in re reuertitur de extrinseco in intrinsecum p̃ frigus: ex quo accidit quod illud ens calefactit modo accidẽtali, & hoc intẽdebat, cum dixit quoquo modo. Et, quia iste modus transmutationis, s. q̃ est per accidens, fit ex virtutibus rationalibus, sicut fit ex virtutibus naturalibus, notificauit hoc, & dixit sicut sciens, &c. ideſt quod frigidum calefacere per accidens est simile peccato artificis, quando errauerit circa contraria vero. & iste est ille, qui vtitur sua scientia peruerse, s. qui vtitur sua scientia cõtrario et, quo deberet vti. Et forte induxit hoc post illud, quod intendebat declarare de improbabilitate, contingente ponentibus omnia fuisse quietscentia tempore infinito propter alterum duorum: aut ad declarandum q̃, si fuerit positum q̃ omnia erant quiescẽtia, deinde incœperunt moueri, q̃ non sequitur in omnibus hoc, scilicet vt causa motus sit alia a causa quietis, & causa motus illius causæ sit aliud a causa quietis eius, sicut sequebatur in initio sermonis. existimatur enim q̃ hoc non contingit, nisi in motoribus, qui agũt alterum contrariorum duorum tantũ. in virtutibus autem, quæ agunt duo contraria insimul, non contingit vt causa quietis non sit causa motus: cum illud, quod agit quietem in istis virtutibus, est illud, quod agit motum. sed contingit hoc in quibusdam: cum ille, qui ponit hunc sermonem, non possit ponere omnia de genere virtutum, quæ agunt contraria. Et fm hoc dedit responsionem ad hanc q̃onem, dicendo Sed non omnia, quæ possunt, &c. i. & ponens hunc sermonem, & dans hanc rõnem, non põt dicere hoc in oibus rebus: cũ plures rerum non sint rõnales. sed plures rerum, quæ mouent, & mouentur, non recipiunt mouere, & moueri, nisi cum fuerint in aliqua dispositione ex extrinseco: & reperiuntur quietscere, cum fuerint ex extrinseco in cõtrario illius dispõnis, in qua erant, in qua mouebant, et mouent. Et hoc intẽdebat, cum dixit sed q̃n fuerint talis dispositionis, &c. i. sed rerũ naturaliũ res naturales ea, quę sunt innata mouere, & moueri, postq̃ erant, nõ mouent, aut mouẽtur, nisi aut quia diminuebat ex eis dispositio, per quã hoc mouet, & hoc moueri, aut qa distant abinuicem, aut quia illic est aliquod impedimentum. Cum igitur vtrũq; eorum fuerit in dispositione, qua hoc mouet, & hoc mouetur, & fuerit propinquũ vnũ alij, & non fuerit illic impediens, tunc necesse erit vt hoc moueat, & hoc moueatur. Sed adhuc remanet eadem quæstio. potest enim aliquis dicere q̃ primus motor totius est ex habentibus virtutes rationales, cũ habentia virtutes rationales incipiunt mouere post quietem, & quiescere post motum, ablato eo, quòd deficiat dispositio, per quam hoc mouet, & hoc mouetur, & ablato eo, quod deficiat appropinquatio in tempore quietis. & sic totum erit quiescens per quietem istius motoris. &, cum incœperit totum moueri, erũt omnia mouẽtia, et mota extrinseca, reducta ad talem motorem. Secundum igitur hanc expositionem forte dimisit dissolutionem istius quæstionis vsque post, cum aperte dicet hanc quæstionem. & secundum hanc expositionem est intelligendum, sed non omnia, hoc quod intelligitur de particulari negatiua, & per hoc, quod dixit sed cum fuerint talis dispositionis, quòd intelligitur de particulari affirmatiua. Secunda autem expositio est, vt intelligatur ex hoc, quod dixit, sed non omnia, hoc, quod intelligitur de vniuersali negatiua. & quasi diceret q̃ non omnia possunt moueri, postq̃ nõ mouerint, ablato eo, q̃ illic fit causa facta, quæ sit causa, si aliquid eorũ, quę innata sunt moueri, fuerit mouens in actu: et eorum, quæ sunt innata moueri, fuerit motum in actu. & fm hoc sermo eius erit vniuersalis in omnibus virtutibus motiuis, scilicet rationalibus, & irrationalibꝫ. & hoc manifestum est. Quoniam autem rationales non quiescunt quandoq̃, & mouentur quandoq̃, nisi propter renouationem transmutationum factarum in eis ex extrinseco, aut in anima, aut in corpore, manifestum est q̃ prolixe loquemur de hoc [a] post. Quando enim animal mouetur, postquam non mouebatur, necesse est vt in eo sit aut appetitus, q̃ añ nõ erat, aut illa concupiscentia, aut appetitus non fuerit, nisi per transmutationem præcedentem ab aliquo ente extra animam. & hoc erit, quando illud ens fecerit aliquam passionem in corpore eius, ex qua fiet concupiscentia, quę non erat ante, aut appetitus. & ex comprehensione illius entis, aut ex passione suæ cõprehensionis ab eo accidet et imaginatio, & scientia, & appetitus, qui ante non erat, & concupiscentia motus, quæ ante non erat. Si autem põfuerimus ipsum in omnibus suis dispositionibus existentibus in ipso, & extrinsecis in dispositione quietis idem cum ipso in dispositione motus, tũc necesse est quòd non sit dignius mouere in aliqua hora, quàm quiescere: & sic aut non quiescet, neque mouebitur, aut quiescet, & mouebitur insimul. quod est impossibile, quoniam, cum proportio illius, quod habet potentiam agendi duo contraria, fuerit eadem, nõ facit alterum illorum. & ideo, cum fuit impossibile in talibus istis virtutibus eandem proportionem esse inter duas actiones contrarias, ideo impossibile fuit vt essent extra ambo. ver. g. vt animal esset extra motũ, & quietem. Et quod dicunt Loquentes nostræ legis voluntatem dependere de actione entis nouiin aliqua hora, ita, quòd illud ens fiat apud præsentiam illius horæ absq; eo, vt fiat illic transmutatio, est sermo non intelligibilis. Voluntas enim, cum fuerit ad inuentendum aliquod ens in aliqua hora, necesse est vt in volente fiat in illa hora concupiscentia in agente, quæ nõ erat ante: & illa est causa propinqua ad agendum in illa hora, & non ante. Et cã illius cõcupiscentiæ est p̃sentia tpis, & p̃sentia tpis, quæ non erat ante, est transmutatio necessario, aut sequens transmutationem. Cõcupiscẽtia igitur, facta per præsentiam temporis, est trãsmutatio extra transmutationem. ante igitur transmutationem, quæ est posita prima, est alia transmutatio. & non potest homo tanus fugere hanc fidem existimatione præsente.

Si igitur non semper mouebatur, manifestum est q̃ non sic se habebant, vt posset hoc quidem mouere, illud aũt moueri, sed oportebat mutari alterũ ipsorũ. necesse enim est in ijs, quæ sunt ad aliquid, hoc accidere. vt, si non erat duplum, nunc duplum est, mutari, si non vtrunq; alterum. erit ergo quædam mutatio prior prima.

Si igitur non fuerint semper mota, manifestum est q̃ non erant illius dispositionis, in qua hoc poterat mouere, & hoc moueri, sed alterũ eorum transmutatur. necesse est enim hoc sequi in eis, quæ sunt in capʼo ad aliqd. ver. gra. q̃, si hoc non fuerit duplum istius, et est modo, necesse est transmutationem esse, et si non in vtroq;, in altero. quapropter necesse est vt primam transmutationem præcedat transmutatio.

Sigitur

[a] Quomodo frigus p accidens calefacit.

Prima exp̃ primæ partis textus.

Secãda eiusdem exp̃.

Digredit, & ostendit q̃ virtutes rõnales sit qdam q̃, & mouẽtur q̃nq;. mutatio p̃cederet aCõmen. 16.

Cũ apponit illius, qd̃ potẽtiã agẽdi duo contraria, fuerit eadẽ, nõ facit aliquid illorũ. Contra Sanctos, putantes voluntẽ dependere de actione entis nouiin aliqua hora, ita q̃ illud ens fiat absque hoc, vt illic fiat transmutatio.

9 Si igitur non fuerint entia præterita, quæ semp mouebantur, sed in aliquo tempore fuerint quiescẽtia, aut finito, aut infinito, manifestum est q̃ in tempore illius quietis non erant in dispõne, in qua pole erat vt motor moueret, & motum moueret. &, cum ita sit, & postea venerunt ad dispõnem, in qua motor mouet in actu, & motum mouetur in actu, manifestum est q̃ illud impedimentum iam ablatum est. ex quo necesse est q̃ alterꝫ eorꝫ, aut vtrunq; transmutetur. et hoc intendebat, cum dixit sed trãsmutatur alterum. Et cum posuit q̃ necesse est in motore, & in moto, cum fuerunt mutata ex dispositione, in qua non fuit motus, ad dispõnem, in qua est motus, q̃ necesse est vt illi motori, aut moto accidat transmutatio, aut vtriq;, aut per accidens, aut essentialiter, incœpit declarare hoc, & dixit necesse est. n. &c. ideſt, & hoc necesse est, quia motor, & motum sunt in capʼo ad aliquid. &, cum in aliquo tempore hoc nõ moueret, & hoc non moueretur: & post hoc mouerit, et illud moueretur: manifestum est q̃ inter illa fuit facta relatio, quæ non fuit ante. & ois relatio sequit trãsmutationẽ: ergo necesse est vt ante transmutationem positã sit aliqua transmutatio in motore, aut in moto, aut in vtroq;, aut in extrinseco. v. g. q̃ sit illic aliquod impedimentum, quod auferetur post. & hoc intendebat, cũ dixit necesse est igitur vt fit trãsmutatio, &c. D.d. quapter necesse est vt primam trãsmutationem præcedat transmutatio. Et hæc demõstratio, quam induxit, est vtis in oi motore, siue in virtute rationali, siue in nõnali. et hoc induxit nos ad exponenda verba eius, sicut prius exposuimus. Et oportet nos perscrutari in hoc loco quid intendit per hunc sermonem. vtrum intendit q̃ motus fm genus semper fuit, aut intẽdit hoc, esse motum æternum vnum in specie. Est. n. in hoc aliqua difficultas. q̃n, si intendit declarare q̃ motus non deficit fm genus in aliqua hora, existimatur q̃ impole est ipsum continuari fm genus, fm quẽcunq; modum fuerit positus. Sed sunt positiones impossibiles, & possibiles quædã. & hoc, quod est pole, est illud, quod necessario sequitur ex istis propõnibus, quas posuit hic, s. potẽtiam p̃cedere actum fm tẽpus: & fm hoc est illud, quod intendit de hac intentione diminutum. et ideo vt demus Alfarabium in suo libro de entibus transmutabilibus nisi enumerare modos, in quibus possibile est motum præcedere motum aliumː & hoc in motore, & in moto, deinde declarasse quis pos'is, & quis impossibilis, & q̃ possibilis est necessarius fm definitionẽ motus. Et fm hoc erit opus Alfarabij quasi complementum ad illud, quod declarauit Ari. hic: licet Arist. fecerit illud, quod fecit Alfarabius, in secundo libro de Generatione. in 16°. n. libro declarauit qualiter est possibile oẽ motum præcedere motum, et qũo est impole. & sic sermo eius in hoc libro est diminutus, & complebitur post. Aut dicamus q̃ Ari. non intendit per hãc declarationem declarare q̃ impossibile est mundũ esse in aliqua hora extra vnum motum, sed declarare quòd mundus impossibile est vt sit extra motum fm genus. & qũo muentur oẽ motum præcedere motum est alia quæstio. Et fm hoc vr quasi intendere cõtradicere sermoni dicentium motũ deficere in aliqua hora, nõ prohare motum esse æternum. Et forte etiam intẽdit per hunc sermonem probare mundum esse semper fm hãc dispõnem, i quo est modo. q̃n, cum posuerimus q̃ ista ordinatio est naturalis, & q̃ impossibile est mundũ habere aliam ordinationem præter istam, s. q̃ oẽs motus reducuntur ad corpus cœleste, & q̃ propinquitas corporis ad qualdam res, & sua remotio à quibusdam est causa, propter quam quædã mouẽtia q̃nq;, & quędam quiescũt q̃nq;, & propter quam oẽm motum sequitur motus, et esdeclaratum q̃ ipossibile est motum desicere in aliqua hora, ergo manifestũ est q̃ mundus semper fuit, & erit in hac dispositione. quũ, si deficeret, non deficeret nisi per quietem, non per mutationem ad aliã formam. Et, cũ impossibile sit ipsum mutari ad aliam formam, aut quiescere, necesse est vt motus corporũ, quæ sunt æterni motus, quæ sunt semper in motu, sint in hac dispositione semp, in præterito, & in futuro. quũ, si quiesceret totum, nihil aliud esset causa quietis eius, nisi quies eorum, quemadmodum causa motꝰ eorum, quæ mouentur q̃nq;, & quietis eorum, quæ quiescunt q̃nq;, nihil aliud est, nisi motus eorum semper in oppunitate, & distantia. Si igit pole esset corpora cœlestia qescere, necesse est ut essent pars alterius mundi, vt essent hic alia corpora, quæ mouerẽtur circulariter, quæ essent causa quietis istorum q̃nq;, & motus istorum q̃nq;. fm hoc ergo possumus intelligere hunc locum. Et quod apparuit mihi post longam perscrutationem est, q̃ ex hoc, quod hic induxit, apparet motum vnum continuum primum æternum esse, cum adiunctũ fuerit hoc, quod declaratum est hic, s. q̃ non est hic motus primus nouus, illi, quod declaratũ est i Septimo, s. q̃, si est necesse vt in motis in loco sit primum motum, & primus motor, q̃ necesse est vt iste primus motor, & istud primum motum semper fuerint in hac dispõne, s. hoc mouere, & hoc moueri. q̃n, si fuerit positũ ipsum incipere mouere in aliqua hora, contingeret vt ipsum præcederet motus prior motu illius, & motum prius moto illius, & motorem priorem eo. & sic hoc, quod fuit positum, quod ipse fuit primus motor, non fuit verum. Et, cum hic fuerit motor, qui semper mouet, tunc erit hic motum, quod semper mouetur, s. q̃ etiam est æternum. Et, si non, contingeret vt ante primum motorem eẽt motor prior illo, s. si posuerimus illud, quod mouetur ab eo, generari, aut transmutari aliquo modo transmutationis, nisi fm motum in loco. &, cũ hic fuit motum æternum, hic est motus æternus. & maxime, cum adiũctum fuerit his duabus propositionibus hoc, quod apparet sensui, q̃ oẽs motus reducũtur ad motum localem, q̃ iste motus est prior eis naturaliter. Et bene potest hoc apparere generaliter, q̃ hic esse trãsmutationem cõtinuam necessario. quũ, cum necesse est hic esse trãsmutationem primam naturaliter, & est impossibile transmutationem primam naturaliter esse in tempore nouam, necesse est hic esse vnam transmutationem cõtinuam: quæ est causa in hoc, quod ante omnem transmutationem est transmutatio.

Ad hęc autem, prius, & posterius quonã modo erunt, tẽpore non existente, aut tempus, non existente motu: Si vero tempus est ipsius motus numerus, aut motus quidam. si quidem tempus semp est, necesse est & motum perpetuum esse. At vero de ipso quidẽ tempore, præter vnum, cõcordes esse videntur oẽs, ingenitum. n. esse dicunt. & propter hoc Democritus monstrat q̃ impole est oia esse facta. tẽpus. n. ✳ ingenitũ eẽ. Plato vero ipsum gñat solus. simul. n. ipsum cum cœlo factum esse: cœlum autem factum esse ait.

Deinde cum hoc, quomodo põt eẽ prius, & posterius. si tempus non sit, & quomodo erit tempus si motus non sit? Si igitur tẽpus est numerus motus, aut alicuius motus. tunc tempus. si fuerit æternum, necesse est vt motus sit æternus. Sed videmus omnes, præter

Quarti exp̃ Auer.

Democ. Plato

* al. ...

Motor, & mota sunt in capʼo ad aliquid.

Ois relatio sequit transmutationem.

Digressio, q̃ querit, vtrus Ari. intendit declarare q̃ motus fm genus ip fuerit.

Prima expõ Alfarabij.

Secũda expõ. & ẽ Themi.

Tertia expõ aliorum.

Vtrum,

vnum conuenire in hoc de tempore. dicunt enim ipsum esse nō generatum, i. non nouū. & per hoc declarat Democritus impossibile omnia esse generata. dixit, quia tempus est non generatum. Plato vero generat ipsum. dicit enim ipsum generari cū cœlo: & ꝙ cœlum est generatum, & nouum.

10 Cum declarauit ꝙ ex definitione motus apparet ꝙ motus est æternus, dicit ꝙ hoc idem etiam apparet in tempore. oē. n. generatum, necesse est vt suum non esse præcedat ipsum. Et quō pōt aliquis intelligere prius, et posterius, si tempus nō sit? tempus. n. facit prius, & posterius in rebus, quæ non mouentur: in rebus aūt, quæ mouentur, prius, & posterius existit per se. Et, cum posuit ꝙ prius, & posterius non erit, si tempus non fuerit: & ꝙ nouum non erit, si prius, & posterius non fuerit: sequitur ex hoc ꝙ nouum non erit, si tempus nō fuerit. Et, cum apparuit et ꝙ nouum non erit, nisi tempus sit, & tempus non potest esse, nisi motus sit per hoc, quod declaratum est ꝙ tēpus est numerus motus ſm prius, & posterius, incœpit declarare ꝙ necesse est, si tempus sit æternum, vt motus sit æternus motus, ſ. cuius tempus est numerus, & dixit Si igitur tempus est numerus motus. Et ista consecutio est manifesta ex definitione temporis declarata in Quarto istius libri. & potest declarari ex ipsa natura temporis. est. n. notum per se, ꝙ tempus aut est motus, aut sequitur motū. & dixit aut alicuius motus. quia nō curat in hoc loco, siue tempus sit motus, siue numerus alicuius motus. Et, cum verificauit consecutionem in hoc syllogismo, incœpit inducere opiniones Antiquorū, & dixit Sed videmus oēs, præter vnum, &c. i. & sermo eius in hoc est manifestus per se. & apparet, quia Antiqui percipiebant tempus esse æternum, sed non percipiebant ipsum sequi motū. & ideo dixit Democritus, dando rationem, ꝙ impossibile est vt oia eēnt generata, ex hoc, ꝙ tempus est vna rerum, & nō est generatum. et, si Antiqui percipiebant ꝙ tempus non esset extra motum, credidissent motum esse æternū. Platoni autem accidit contrariū, quod accidit Antiquis. concessit. n. tempus sequi motum coelū: sed non concessit ipsum esse æternum, sed generatum.

Si igitur impossibile est & esse, et intelligere tempus sine ipso nunc: nūc autem est medium quoddam, & principium, & finem habens simul, principium quidem futuri tēporis. finē vero præteriti: necesse est semp esse tempus. vltimum. n. finiti accepti temporis in aliquo ipsorum nunc erit. nihil. n. est accipere in tempore, præter nunc. Quare, qm̄ est & principiū, & finis ipsum nunc, necesse est ipsius vtraq; ex parte semper esse tempus. at vero, si tempus. in infestum est quòd necesse est & motum esse. siquidem tempus passio quædam motus est.

Et etiam, si impossibile est vt sit tēpus, aut vt intelligatur extra instans: & instans est medium, & est principium, & finis, sed principium temporis futuri, & finis temporis præteriti: necesse est vt tempus sit æternum. qm̄, si fuerit acceptū vltimū tempus, post quod non est tempus, necesse est vt sit in aliqua hora. impossibile est enim vt in tempore sit aliquid omnino, nisi instans. Si igitur instās est principium, & finis, necesse est vt etiam ex vtraque parte sit tempus. Si igitur fuerit ex vtraq; parte tempus, manifestū est vt motus sit ēt. tēpus. n. est aliquod accītium motus.

11 Cum declarauit ꝙ necesse est, si tēpus sit, vt sit motus, ſ. motus cuius numerus est tempus, incœpit declarare tempus esse ęternū, & proposuit ad hoc duas propositiones. Quarum vna est ꝙ instans nunc̄ fuenitur, nisi in tempore: Et ꝙ impossibile est tempus esse extra instans. Et causa in hoc est, quia instans facit tempus. & ideo qui non percipit ad minus duo instantia, nō p̄cipit tempus. Et ideo, cum posuit ꝙ impoſe est tēpus esse extra instans, & cum positum est instans, positum est tempus, continuxit huic aliā propositionem, ſ. ꝙ instans est principium futuri, & finis præteriti. & ista propositio est manifesta per se. instās. n. est illud, quod accipit intellectus pro dſtia inter præteritum, et futurum, ſ. prius, & posterius in motu. Et, cum natura instātis est ista, manifestum est ꝙ impoſe est imaginari instans, quod non est finis præteriti, & principiū futuri. Et causa in hoc est, quia nihil inuentur de tempore i actu, nisi instans. & cum hoc impossibile est demonstrari, sicut demonstraſ punctus: quia, cum demonstraſ, trāsit statim. Et nullus potest imaginari instans esse principium futuri absq; eo, ꝙ sit finis tpis p̄teriti, aut finem præteriti absq; eo, quòd sit principium futuri: nisi extimetur tempus existere quasi lineam rectam. & immorari in hoc eii superfluum. Et, cum posuit instans esse principium, & finem, incœpit declarare quō sequit ex hoc, vt tempus sit æternum, & dixit finis. n. temporis vltimi, post quod nō est tempus, cum fuerit acceptus, necesse est vt sit in quibusdam instātibus. n. qm̄ principiū temporis, ante quod aduersarius dicit non esse tempus, necesse est vt sit in instanti: et fiīt finis, postq̄ aduersarius fingit non esse tempus, necesse est vt sit etiam in instanti: & sic necessario ante tempus erit tempus, & post tēpus tempus. D.d. impoſe est. n. &c. i. & necesse est vt extremitas temporis sit in instanti: quia impoſe est inuenire ex tempore aliquid in actu, nisi instans. Et verificatio quæstionis est. qm̄ necesse est, si instans fuerit acceptum, aut demonstraſ in actu, sicut demonstratur punctus, aut nō demonstratur. Si demonstraſ, destruit natura temporis. motus. n. destruetur necio: et, si fuerit impoſe ipsum demonstrari, nisi in motu, necesse est vt ante ipsum sit motus, et post ipsum sit motus. Et, si nō, tunc erit acceptum quiescens, & tūc erit quasi p̄ctus, non instans. Et vide oē, quod diuidit motum, necesse est vt ante ipsum, et post ipsum sit motus. Et cum posuit, ꝙ extremitas tēporis, quod ponitur generari, aut corrūpi, necesse est vt sit in instāti, dixit Si igit instās, &c. ideſt, si igitur extremitas temporis, quod ponitur generatum, & nouum, ſ. ꝙ ante ipsum nō est tempus: & instans est principium temporis futuri, & finis præteriti: necesse est vt ex duobus terminatis ad ipsum cōponat tp̄s, & sic añ ipsum erit tp̄s, et post ipm tēpus. D.d. si igit fuerit. i. si igit ex iſtis duobus terminatis ad ipsum fuerit tēpus, manifestū est, &c. i. & cum declaratum sit ꝙ in duobus terminatis cuiuslibet instātis sit tēpus: & tempus est consequens, & inseparabile à motu: manifestum est ꝙ in duabus partibus cuiuslibet instantis est motus: ergo motus est æternus nēcio. Et forte scitur de hac demonstratione hoc, ꝙ motus æternus est motus diurnus. declaratum est enim in Quarto ꝙ tempus non sequitur primo, & essentialiter, nisi hunc motum.

Eadem autē est ratio et de eo, quod est incorruptibilem eē motum. Vt. n. in eo, quod est

est factum esse motum, accidit quādam esse priorem mutationem prima, sic hic posterio rem vltima. non. n. simul desinet moueri, & esse mobile, vt comburi, & esse combustibile. contingit. n. combustibile esse, quod non comburitur, nec motiuum, & mouens.

Et iste idem sermo dicitur in hoc ꝙ motus non corrumpitur. Qm̄, sicut contingit dicentibus motū generari, vt transmutatio aliqua præcedat primam transmutationem, ita contingit hic, vt aliqua transmutatio sit post vltimam transmutationem. qm̄ aliquid cessare à motu, & cessare ab hoc, ꝙ innatum est moueri, nō sunt insimul, v. g. vt comburatur, & vt sit innatū comburi. qm̄ possibile est vt sit innatum cōburi absq; eo, ꝙ cōburatur. neq; etiam aliquid cessare ab hoc, vt sit innatū mouere, & cessare à mouere erunt insimul.

12 Ideſt, & per illud, ꝙ quod fuit declaratum ꝙ primus motus est æternus, & non generatus, declarabitur ipsum non corrumpi. Qm̄ sicut contingit ex positione eius, ꝙ primus motus sit nouus, vt non sit primus, sed ante ipsum sit transmutatio prior, sīt contingit, si posuerimus ꝙ primus motus corrumpitur, vt post corruptionem primi motus sit motus, manifestum est, si primus motus corrumpitur, ꝙ post ipsum nō erit motus, quemadmodum non erat ante. ergo, si posuerimus ipsum generari, erit ante motus, et, si corrumpi, erit post. D. incœpit declarare quō contingit vt post corruptionē primi motus sit alius motus, & dixit qm̄ cessare aliqd, &c. i. qm̄, si primus motus, quieuerit quiete, in qua ipossibile erit vt illud, quod mouebatur, moueat post, necesse est vt post quietem moti fiat ieo aliqua dispō, quę faciat ipsum non moueri post. & ista dispositio necessario est motus, aut aliquid sequens motum. & sic post primum motum erit motus. quod est impoſe. Et fiīt, si cessauerit primus motor à mouere, continget vt ante ipsum sit alius motor, ꝙ dedu et dispōnem, p̄ quā fuit impossibile vt moueret, postq̄ erat possibile.

Et ipsum autē corruptibile oportebit corruptum esse, cum corrumpitur. & huius corruptiuum rursus posterius. corruptio. n. mutatio quædam est. Si igitur hæc impossibilia sunt, manifestum est ꝙ est perpetuus motus, et nō aliqñ quidem est, aliqñ autem nō. etenim sic dicere figmento magis assimilaſ.

Et etiam necesse est vt corrumpēs corrūpatur, qñ corrumpet, et ꝙ illud, quod corrūpit istud, corrumpatur etiam, postq̄ corrumpit illud. corruptio. n. est aliqua trāsmutatio. Et, cum hoc fuerit impoſe, manifestum est ꝙ motus est æternus, & ꝙ non est quandoq;, & quandoq; non. & ꝙ sermo dicentis hoc magis assimilatur stulto.

13 Cum declarauit ꝙ primus, aut primi motus necesse est vt semper fuerint propter hoc, ꝙ illud, quod mouet illo motu, aut illa, quæ mouētur illis motibus, si motus eorum fuerint nouiſ absq; eo, ꝙ præcederet eos motus, necesse est alterum duorum, aut illud, quod mouet illo motu sit generatum, aut æternum. & manifestū est ꝙ, si fuerit generatum, necesse est vt ante primum motū sit alius motus, & ante illum alius: & cum primus non erit, non erit vltimus. &, si illud, quod mouetur primo motu, fuerit ęternum, & postea generareſ suus motus, posteaq; non fuit, necesse est vt ante primum motum sit motus, & ante primum motorem sit motor. quod est impossibile. Et, cum declarauit hoc, vult declarare ꝙ istam viam, ꝙ impoſe est vt motus vltimus sit, ita, ꝙ post illum nō moueatur aliquid, per illam eandē viam, per quam declarauit vt primꝰ motus sit prior ſm tempus cæteris motibus. Illud. n. quod mouetur hoc motu vltimo, necesse est vt sit aut æternum, aut corruptibile. Si corruptibile habebit corrumpens, & reuertetur quæstio de isto corrumpente, vtrum sit æternum, aut habet corrumpens. si igitur est corruptibile, erit necesse vt sic procedat in infinitum. quod est impoſe. ergo necesse est vt illud, quod mouetur vltimo motu, sit æternum. Si igitur fuerit æternum, & motor illius sit æternus, reuertetur quæstio in eo, qua de causa motor æternus, & motum æternum semper fuerint in hac dispositione, ſ. hoc mouere, & hoc moueri, & postea cessauerunt à motu, postq̄ fuerunt in motu tempore infinito. Ergo illic est necessarium vt ante primum motū, & primam rem motam, & primum motorem sit motus prior, & motor prior, & motum prius. quod est impossibile. Sed tacuit hoc condiuidens vltimū de duobus condiuidentibus, super quę fundauit hanc demonstrationem, cum iam induxerat ipsum in generatione motus. Et, cum compleuit hic in positione eius, ꝙ illud, quod mouetur hoc motu vltimo, est corruptibile, est illud, quod abbreuiabit in positione eius, ꝙ illud, quod mouetur primo motu est generatū, ſ. ꝙ ante generans est generans, & proceditur sic in infinitum. Et ideo compleuit hunc sermonem dicendo Et, cum hoc fuerit impossibile, manifestum est, &c. D.d. Et etiam necesse est vt corrumpēs, &c. i. & si aliquis poluerit ꝙ illud, quod mouetur vltimo motu, est corruptibile, & illud, quod corrumpet ipsum, est corruptibile ab alio corrumpēte, & illud ab alio, procedetur sic in infinitū. quod est impossibile. ergo necesse est vt illud, quod mouetur vltimo motu, sit ęternum. &, cum fuerit motum æternum, & motor æternus, necesse est vt motus illius sit incorruptibilis, sicut fuit ingenerabilis. &, si non, qua de causa cessabit à motu illud, quod semper fuit in motu? & ista expositio est vera.

Similiter autem & dicere ꝙ aptum natura sic est, et hoc oportere putare principiū esse. quod quidem videtur Empedocles dixisse, ꝙ vincere &, mouere in parte amicitiam, & litem inesse rebus ipsis ex necessitate, quiescere vero in medio tempore.

Et sermo dicentium hoc, magis assimilaſ figmento, & similiter eius, qui dixit ꝙ sic debet currere natura rerum, & qui existimauit ꝙ principiū est illud, de quo diximus ipsum esse, secundum ꝙ fecit similitudinem Empedocles de dño amicitiæ, & litis, huius quandoq;, & huius quādoq;, quæ mouent res necessario, & quies existit interim in tempore.

14 Ideſt, & sermo dicentium ꝙ motus non fuit ante, & posteaquam, est similis sermonibus fictis, & fiīt sermo dicentium ꝙ ęs, et transmutatio succedunt sibi in omnibus entibus: & ꝙ natura totius entis mouetur hoc, non quia est aliquid, quod fit causa illius, est sermo fingentium. Et fiīt sermo dicentium sermonem simile n

ter mont

fermoni Empedocles, ꝙ principium, ſm ꝙ eſt neceſſarium ad eſſe, aut principia contraria faciunt alterum contrariorum in aliqua hora, et non facit alterꝫ abſque eo, ꝙ illic non ſit cauſa cogens ipſum ad hoc, quia principium non habet cauſam, eſt ſermo fiſis etiam figmento. Ex iſto ſermone etiã prouenit vt motus ſit ſine motore. Et cum dixit & ꝙ exiſtimauit ꝙ principiũ, &c. & intendit Naturales exiſtimãtes ꝙ primũ principiũ generans entia poſſibile eſt in eo, ſm ꝙ eſt principium ſimile, ſ. ſermoni Empe. qui poſuit principium entium amicitiam, & litem, ſm ſimilitudinem amicitiæ, & litis exiſtentium in hoibus. ſ. quemadmodum amicitia congregat hoies, his autem ſegregat, ita in entibus ſunt etiã duo hiſmodi iſtis, ſ. amicitia naturalis, & odiũ naturale, ita, ꝙ quiꝫ mouet alterum, & quiꝫ reliquũ ad cõtrarium eius, ad id primum mouebat. Et quies eſt in tempore, quod eſt inter has duas actiones cõtrarias, abſqꝫ eo, ꝙ illic ſit cauſa cogens amicitiam agere in vna hora, & litem agere in alia: cum ſint principia neceſſariæ actionis, & eſſentiæ neceſſariæ. Et iſte ſermo eſt etiam ſimilis figmento, ſequitur. n. ex eo vt motus ſit ſine motore.

Anaxago. Nihil inordinatum eſt eorum, quæ natura, & ſm naturam fiũt. ² natura. n. cauſa ordinis eſt omnibus: infinitum autem ad infinitum nullam rationem habet: ordo autem omnis ratio eſt. Infinito aũt tempore quieſcere, poſtea motum eſſe aliqñ, huius autem nullam eſſe diam quare nũc potius q̃ prius, neque rurſus aliquẽ ordinem hre non amplius naturę eſt opus, aut enim ſimplr ſe hre oportet id, quod natura eſt, & non aliqñ quidem ſic, aliqñ vero aliter: (vt ignis ſurſum natura fertur, & non aliqñ quidem, aliqñ vero nõ:) aut rationem habere quod nõ limplr. Quare melius eſt, vt Empedocles, & ſi quis alius dixit, ſic ſe habere, in parte vniuerſum quieſcere, ac rurſus moueri. ordinẽ. n. iam quendam habet quod tale eſt. Sed & hoc dicẽtem oportet non affirmare ſolum, ſed & cauſam ipſius dicere, & nõ ponere, neqꝫ cenſere vllam ſententiam irrationabilem, ſed aut inductionem, aut demonſtrationem afferre. hæc enim, quę ſuppoſita ſunt, cauſę nõ ſunt. neqꝫ hoc erat litis, vel amicitiæ eſſe, ſed huius quidẽ congregare, illius vero diſgregare. Si vero inſuper determinetur ipſum in parte, dicendũ eſt in quibus ſic: vt ꝙ eſt aliquid, quod congregat homines, ſ. amicitia, & fugiũt inimici abinuicem. hoc. n. ſupponitur et in toto eſſe. videtur. n. in quibuſdam ſic eſſe. hoc aũt & per æqualia tempora indiget aliqua ratione. Omnino autem exiſtimare principium eſſe hoc ſufficiẽs, ꝙ ſemper aut eſt ſic, aut ſit, non recte eſt opinari: ad quod Democritus reducit de natura cauſas, ꝙ ſic et prius fiebat: ipſius autem ſemper nõ vult principiũ quærere, dicens in quibuſdam recte, in omnibus autem nõ recte. etenim triangulus hẽt duobus rectis ſemper angulos æquales. ſed tamẽ eſt quædam perpetuitatis huius altera cauſa. principiorum tamẽ, quæ perpetua ſunt, non eſt altera cauſa. Quod igitur nullum tẽpus aut erat, aut erit, quando motus non erat, aut non erit, tot dicta ſint.

Principiorũ, quæ ꝑpetua ſunt, non eſt altera cauſa.

Et forte etiam illi, qui ponunt principium vnum, ſicut Anaxagoras, ratiocinantur tali ratione. Sed nihil omnino naturale, aut curens curſu naturali eſt ſine ordine. natura. n. eſt cauſa ordinis in omni, in quo eſt. & non eſt de actione naturæ aliquo modo vt omnia ſint quieſcentia tempore infinito, & poſt moueantur quiꝫ. Et nulla dria eſt in hoc omnino, faciens ꝙ motus ſit magis nunc, q̃ ante. & nullus ordo erit in hoc aliquo modo. quod enim currit ſm naturã aut erit ſimplex ita, ꝙ nõ ſit qñq; tale, & qñq; tale. v.g. quod ignis aſcendit ſuperius naturaliter, abſqꝫ eo, quod qñq; eſt aſcendens, & qñq; non: aut, ſi non fuerit temper vnius modi, conſeruabit aliquam proportionem. Et ideo ſermo Empedoclis eſt melior, ſ. ꝙ totum quieſcit qñq;, deinde mouetur. iſte. n. ſermo facit aliquem ordinem. Sed deberet dicens hunc ſermonem non eſſe contentus in dicendo illũ narratione tm̃, ſed deberet dicere cauſam eius, & non deberet aliquid ponere ſine aliqua ratione, ſed aut inductione, aut demonſtratione illud affirmare. iſta. n. poſita non ſunt cauſæ. nec iſtę etiam, ſed aliæ res ſunt per amiciam, aut per litem, & illa congregat, & iſta ſegregat. Et, ſi hæc duo ſint determinata in aliquibus duobus diuerſis, oportet dicere illa duo, quæ ſunt: ſicut eſt determinatũ in hominibus, ꝙ illud, qd' congregat eos eſt amor, et ꝙ inimici ſunt illi, qui fugiũt ſe adinuicem. ponit. n. ꝙ in toto etiam eſt talis curſus. et dicunt qm̃ hoc exiſtit in quibuſdam rebus. ſed hoc exiſtere in temporibus equalibus etiam indiget ratione verificãte illud. Et vl' exiſtimare ꝙ principiũ ſufficiens in hoc eſt, ꝙ ſemper talis eſt curſus, et ꝙ ſemper talis erit, non eſt rectũ. et hoc eſt illud, ad quod reddit Democritus cauſas, in natura, ſ. ꝙ primus fuit, et non finxit: & non oportet quærere qualiter ſemper fuit principium. & hoc iudicium in quibuſdam rebus non eſt verum. triãgulus enim ſemper habet angulos æquales duobus rectis, ſed principium eſt ad hanc rẽ ęternam. principia vero non habẽt alias cauſas, & ſunt ęterna. Hoc igit̃ ſit dictũ in hoc, ꝙ nõ erat, aut erit tps, cũ mot⁹ nõ erat, aut nõ erit.

Anaxago.

Empedocl.

Democritus

Cum deſtruxit ſermonem dicẽtium ꝙ motus incœpit, poſtq̃ non fuit oĩno, & corrumpetur corruptione, poſtq̃ non erit motus omnino, & ſermonem dicentiũ & ipſum

& ipſum quieſcere qñq;, & qñq; moueri, & dixit ꝙ ratiocinatio illius in hoc non eſt ratiocinatio, ſ. hoc, quod dixit, ꝙ non eſt quærendum de principio, quare facit hoc in aliqua hora, & non facit hoc in alia, quia quare eſt, eſt quærere cauſam, & principium non habet cãm, quia eſt neceſſarium, dicit Et forte etiam illi, qui ponũt principium vnum, &c. i. & forte illi, qui dicunt vnum principium eſſe, & ꝙ ſemper fuit quieſcens, & deinde incœpit mouere, rõcinantur etiam ex hoc per rationẽ Empedo. & eſt, ꝙ in principio non eſt quærendũ quare, quia eſt neũm in eſſe. Et, cum d. ꝙ ratio Anaxa. eſt quoquo modo liſis ſermoni Empedoclis, ſed debilior, incœpit declarare debilitatem ſermonis Anaxag. & dixit Sed nihil oĩno, &c. & intẽdit per ordinem, vt curſus eius ſit vnius modi, aut modorum diuerſorum in temporibus determinatis, et ꝙ illud, quod eſt vnius modi ſit per vnam cauſam, & illud, quod eſt modis diuerſis in tẽporibus diuerſis ſit per diuerſas cauſas, quæ reũertuntur etiam in ſe circulariter. D.d. & natura eſt cauſa ordinis. & ita eſt rõcinatio, ꝙ res naturales non ſunt extra ordinem. illud. n. quod eſt cauſa ordinis, eſt dignius ordine, niſi raro ſit extra ordinem cauſabiter. D.d. & non eſt de actione naturæ, &c. i. ꝙ in his duobus ſermonibus ſunt duo contraria communia fundamẽtis naturalibus, quorum vnũ eſt vt aliquid ſit poſſe tempore infinito in præterito, & poſt exiſtat in eſſe. Res. n. quieſcentes tempore infinito aut hnt naturam vt moueantur, aut non. Si igitur habent naturã vt moueantur, qñ quie cunt, violente quieſcunt. ſi vero habent naturam vt quieſcant, qñ mouenti, motus eſt violentus. & motus violentus, & tempus motus violenti impoſſe eſt vt ſit matus q̃ tẽpus naturale, nedum ꝙ ſit tempore infinito. potentia. n. illius, in quo eſt potẽtia, exit in tempore infinito vicibus infinitis nẽcio. Aliud aũt, quod eſt etiam extra naturam, in hac opinione, eſt ponere motum, & motorem exiſtẽtia tempore infinito, & motorem nõ mouere, & motum non moueri, & poſt incipere in motu ſ. aliqua hora abſq; eo, ꝙ illic fuit cauſa, per quam moueret in illa hora, & non prius. Et iſta poſitio eſt ſimilis poſitioni, quam ponunt Loquentes noſtræ legis. Sed quia ponunt motorẽ mouere voluntarie, ideo vĩ magis ſuſtentari q̃ qui ponit ipſum mouere naturaliter. Naturalia. n. vĩ habere ordinem terminatum, ſ. currere eodẽ modo, aut ſemper, aut frequentius. Iila aũt, quoꝝ principium eſt voluntas, vĩr diuerſificari, & nõ ſequi eundem modum actus. Sed, ſicut diximus ꝙ volens mouetur, poſtq̃ non mouebatur, aut mouet, poſtq̃ non mouebat: neceſſe eſt tũc aliquam proportionem fieri inter ipſum & motum, quæ ante non erat. & ſi non, non magis moueret in hoc tẽpore poſito q̃ in alio. & ſi non, non eſſet aliud, ſicut dicimus, niſi præſentia temporis. Imaginan. n. tẽpus eſt tranſmutatio ſequens tranſmutationem, ſ. imaginari præſentiam illius. Et nos dicimus ꝙ voluntas, quia quærit actionem voluntariam, quęrendum eſt quemadmodum impoſſe eſt vt voluntas noua dependeat de actione antiqua, & voluntas antiqua dependeat de actione noua. Et nos dicimus ꝙ apparet, & apparebit impoſſe eſſe, vt actio noua fiat per voluntatem antiquã, niſi ſit actio antiqua media. Voluntas. n. non poſtponit facere quod intendit, niſi propter exiſtentiam alicuius intentionis in re intenta, quæ non erat in tempore voluntatis. & ſi non, eſſet neceſſe vt illud, quod eſt voluntatum, eſſet cum voluntate. Cum igitur poſuerimus voluntatem eſſe, in qua * poſſibile poſtponi voluntatum, hoc erit propter exiſtentiam alicuius, quod nondum erat, ſ. propter defectum alicuius cauſę, aut alicuius diſpoſitionis, neqꝫ erit tempus, neqꝫ aliud, cum iam poſuimus ꝙ iſta voluntas eſt primus motuũ, manifeſtum eſt ꝙ tunc voluntatum debet eſſe cum ea. Si igitur poſuerimus ipſam eſſe antiquam, voluntatũ erit antiquum. In quo igitur iſtorum duoꝝ fundamentoꝝ poſſunt aliquid negare Loquentes? Fundamentũ autem dicens ꝙ voluntatum non poſſe ponitur tẽpore voluntati, niſi propter hoc, ꝙ aliquid deficit in voũtate, & eſt ſaltem præſentia temporis, impoſſibile eſt vt negetur ab hoĩe per ſuam intrinſecam rõnem: ſed, ſi negetur, erit ꝙ extrinſecam. Secundum aũ fundamẽtum, quod eſt ꝙ ante illam volũtatẽ, ſm ꝙ eſt prima, nõ eſt tranſmutatio, conceditur ab aduerſarijs, ſ. à Loquentibus. Si igitur fuerit dictum, ꝙ iſtud eſt iudicium voluntatis nouæ in antiqua, aut poſtponi poteſt ſine cauſa, dicemus interrogando, non conceditis ꝙ præſentia temporis eſt cauſa in eſſendo voluntatum. ergo hic eſt cauſa? Si igitur dixerint ꝙ tempus etiam mouent ex illa antiqua voluntate, reuertetur quæſtio ſuper illos in factura illius temporis. Tempus, quod fit, poſtq̃ non fuit, indiget tempore, in quo fiat, & per quod approprietur ſua tactio, & determinet. &, ſi non, eſſet temp. & hoc manifeſtum eſt per ſe. Et, ſi fuerit dictum quõ poſſet inueniri noua actio ſm hanc opinionem ab antiqua voluntate, dicemus mediante motu antiquo à voluntate antiqua. iſtud, n. motum approximabit ab eam, & diſtabit ab aliquo: et ſic erit cauſa quietis, & motus aliquorum, cum hoc, ꝙ eſt æternum. Et ita, ſi tunc hic voluntas antiqua, quæ antecedit voluntatem nouum ſine mediatione motus, neceſſe eſt vt etiam voluntatum non poſtponatur ab ea, donec deſinat in infinitum, & hoc eſſentialiter, & non accidentaliter. qm̃ qui ponit voluntatum nouum inueniri à voluntate antiqua mediante motu, non contingit ex vt voluntas præcedat voluntatum tempore infinito, niſi per accidens, & hoc manifeſtum eſt exercitatibus in cognitione eius, quod eſt eſſentialiter, & eius, quod eſt accidentaliter. Et ſi in hac propoſitione nõ diſtinguatur illud, quod eſt eſſentialiter ab eo, quod eſt accidẽtaliter, erit ſophiſtica. Et ex hoc habuerunt Loquentes noſtræ legis pro impoſſibili, ꝙ i eodem ſubiecto ſuccedant ſibi tacta infinita. Fingunt. n. ꝙ, ſi generatum fuerit in eo, cõtingit ipſum nõ eſſe, niſi præcedat ipſum tacta infinita & dicũt ꝙ eſt impoſſibile. Nos autem dicimus ꝙ eſt impoſſibile eſſentialiter, non accidentaliter, ſ. ꝙ cum aliquod agens facit, cuius eſſe non habet mutuum, contingit ꝙ actiones eius non habeant mutuũ, vnde accidet vt ante quamlibet actionem eius ſit actio, & ante quãlibet actionem eius ſint actiones infinitæ, ſed ꝑ accidens, non ꝙ quædam ſunt neceſſariæ in eſſe quorundam, quũ ſine eis eſſet, contingeret vt non inueniretur ex eis aliquid, niſi poſt * deſitionem infinitorum, quod eſt impoſſibile. Cum igitur Loquentes acceperunt loco eius, quod eſt ꝑaccidens, illud, quod eſt eſſentialiter, dixerunt impoſſibile eſſe tacta non habere primum: & eſt poſſibile per accidens immo eſt neceſſarium ex hoc, ꝙ ponitur agens, cuius eſſe non habet primum: ſed eſt impoſſibile eſſentialiter, vt actiones infinitæ ſint neceſſariæ in eſſe nouã actionem. Et iam Ariſto. dixit hoc aperte in Quinto phiſicorum libri, cum fuit perlecturus verum motus habeat motum, & generatio generationem. & ſimiliter in tercio libro de Generatione, cum perlecturus eſt de ſimilitate elementorum. Et verificatio ſermonis magiſtri volentis eſt, ꝙ agens, & mouens vlt eſt illud, ex quo prouenit mouere, & actio prouenies ex eo dr motus, & motus, quod eſt huiuſmodi, eſt duobus modis, motus, qui mouet ab eo, ꝙ præcedat ipſum appetitus, aut voluntas, aut deiderium, aut quicunque voluntas appellare. & hoc mouere dr naturale & mouens, a quo præcedit appetitus, & voluntas ad mouendum ex dicto voluntatis. Et eſt manifeſtum ꝙ iſta mouens

Principiorũ, quæ ꝑpetua ſunt, non eſt altera cauſa.

Illud, ꝙd ẽ cãordis, eſt dignius ordie.

Impoſſibile eſt motꝰ vto ſ. ꝙs mat⁹ eſſe, q̃ tẽpus ſ. naturale, &c. Pro hoc vide. 1. cæ. com. 15.

Digreſſio.

Contra Saracenos ponẽtes motorẽ, & motũ tpe infinito, & nõ mouere.

Rones Auer. ꝙb⁹ pro & contra Gbrielis, & Saracenos, ꝙ a tẽpore in tẽpus nõ pot eſſe actio, ꝙ ante.

* a. l. deſitionem.

Nullus p rõnem ſuũ intẽdit negare ſi ꝙ voluntas poſtponatur voluntati, niſi ꝓpter defectum alicuius voliti.

Remouet ra tiõẽm. one.

Dubium

Soluto

Voluntatem

mouetur primo à volitato, aut ex imaginatione illius, aut ex præsentia illius. & iste motus dr̃ appetitus. Omnis igitur motor, á quo præcedit appetitus ad mouere, est motor vno modo, & mouens alio modo. Et, cum hoc sit positum, dicamus ꝙ ois voluntatis nouæ mouere, quod sequitur ipsam á volente, est nouũ necessario. & ois volũtatis antiquę mouere, quod sequitur ipsam á volẽte, est antiquum nec̃o. Qm̃, si fuerit nouum, necesse est vt illud mouere præcedat appetitus ad ipsum infinitus. quare igitur iste appetitus fuit causa motionis in aliqua hora, & nõ in alia, cum sit eiusdem dispositionis? Necesse est igit̃ vt ab hoc appetitu non prouenиat mouere oino, aut vt prouenиat ab eo semper, aut vt sit illic appetitus nouus, qui est causa nouitatis motionis volentis ad voluntatum nouum. Et hoc contingit necessario ex hac positione, ꝙ motus voluntatis a volente sequitur appetitum, & voluntatem volentis. Sig̃ę necesse fuerit hoc esse mororem antiquum, vel voluntatem antiquam, necesse est vt appetitus eius sit antiquus, & suũ mouere sit antiquũ, & suum voluntatum sit antiquũ, sine principio, & sine fine. qm̃, si voluntatũ desierit, desinet voluntas, & si desinet voluntas, desinet appetitus. quod non potest esse in volẽte antiquo, & voluntate antiqua. Et vlr demonstratio Arist. est vlris of motori, qui ponitur primus, siue fuerit positus per appetitũ, siue non, ſ. ꝙ impossibile est vt agat in aliqua hora, & nõ in alia. quia tunc erit illic motor prior ipso. Et ꝙ dicunt Loquentes ꝙ voluntatum nouũ nõ ponitur à voluntate antiqua, nisi quia volũtas antiqua pendet cum eo ſ hora terminata. Qm̃, si appetitus, qui facit mouere non pendet cum eo, nisi in hora terminata, necesse est vt apud præsentiã illius temporis sequatur ꝙ mouere volentis sequatur appetitum voluntatis. Appetitus igitur, qui facit mouere, est nouus cum nouitate temporis: & ille mouere, & non est appetitus antiquus. Aut dicamus ꝙ per appetitum non fuit factũ mouere oino, sed ex voluntate, ſ. ex se: aut fuit factũ ex mouere antiquo, sed non operabatur in motu propter dete ſtum eius, quod necessarium est in motu. &, cum illud fuit prætens̃ posit, ſ. tempus, tunc aget mouens, & mouebitur motum. Hoc igitur mouere non sequit̃ voluntatem in illo tempore, indiget igit̃ motore priore ipso, qui facit illud, quod est necessariũ in factura voluntatis. Et quærendum est in nouitate illius rei necessariæ eandem quæstionem, vtrum fit, ſ. ab agente volente, aut non volente. & reuertetur confectio impossibilis a principio. Et totum hoc est manifestum exercitato in huiusmodi demonstrationibus, et sano capite, & nõ impedito a termonibus sophisticę præcedentibus positis, vt sunt opiniones mundanæ. D.d. & non est de actione naturę, &c.t. & nõ est natura innata facere quęscere res naturales, in quibus est, tempore infinito, & post mouebuntur sine aliqua causa noua, quæ facit eas mouerι tunc magis, q̃m in alio tempore. Et hoc intendebat, cum dixit Et nulla dr̃ia est in hoc oino, &c.t. dicens hunc sermonem nullam dr̃iam dat in entibus i dispositione quietis, & motus, sed in eadem dispositione sunt apud quietẽ, & apud motum. quod est valde inopinabile. Et hoc, quod dixit manifestum est de definitione naturæ. Dictum est, n. naturam esse principium motus, & quietis. necesse est igitur aut ipsam agere in alterum contrariorum continue, ſ. in motu aut quiete, aut agat vtrum ꝙ non continue, ſ. quietem q̃ndꝙ, & motum q̃ndꝙ continuatio. n. in successione istarum duarũ actionum est ordinatio & cursus in eadem dispositione. Et hoc intendebat, cum d. aut erit simplex, &c.t. ꝙ natura innata est alterι in duorum, ſ. aut vt actio eius erit simplex & vna, ſ. ꝙ facit alterum contrariorũ tm̃: et hoc intendebat per simplex: aut faciet duo contraria

Moues du pluetur.

De appetitu vide.t. Phy. c. 81.

Obiectio loquentium.

Solutio.

Documentũ

Exp̃s alterius partis textus.

succeſſiue. Et intendebat declarare per hoc ꝙ sermo dicentium ꝙ oia erant quiescentia tempore infinito, deinde mouebantur, est sermo nõ naturalis. hoc. n. nõ vr̃ esse de actione naturę. necesse est. n. ſ actionibus naturæ esse continuationem, & æternitatem, aut in agendo alterum cõtrariorum tm̃, v.g. vt motus ignis ad superius semper, & terræ ad inferius, aut in agendo duo contraria succeſſiue, sicut hoc, quod inuenitur de generatione, & corruptione consequentibus motum solis, et alijs contrarijs sequentibus istum motum. Et, quia Empedocles dicebat mundum generari q̃ndꝙ, & corrumpi q̃ndꝙ ſm continuationem, d. ꝙ sermo illius magis participat sermonibus naturalibus. D.d. iste enim sermo, &c.t. qui enim d. istum sermonem de mundo, ſ. ipsum moueri q̃ndꝙ, & quiescere q̃ndꝙ, ſ. in tẽporibus determinatis, facit naturam habere aliquem ordinem, inquantum agit illud, quod agit continue, licet mutet̃ de cõtrario in cõtrarium. Et dixit aliquem ordinem, quia ordo completus est agere alterum contrariorum continue. Et, cum dixit ꝙ iste sermo magis cõicat cũ sermonibus naturalibus d. post hoc in quo ægredr̃ ab eis, & dixit Sed deberet dicens hunc sermonem, &c.t. sed dicens hunc sermonem deberet dicere aliq̃ rõnem, per quam affirmaret ipsum, & aliq̃s causam, per quam esset. dicens. n. hoc deberet dare duo, ſ. demõstrationẽ quia, aut pp quid, aut vtrũq̃. Et hoc intr̃debar, cum d. sed deberet dicere cãm, &c. et oportet, sicut dixit, dicentẽ aliquẽ sermonẽ affirmare tm̃, aut p demr̃ationẽ, aut p inductionẽ, non ponere ipsum sine aliq̃ rõne. Et p hoc, quod d. nõ ponere aliqd. possumus itelligere, & nõ ponere ipsam opinionẽ, & põt intelligi & cã opinionis. Empedocles. n. cũ posuit opinionẽ suã i hac intẽtione, ponere ẽt debuit cãm opinionis. D.d. ista. n. posita non sunt causę. & intr̃dit illud, quod posuit Anaxago. cum dixit & intelligentia cœpit distinguere mixtum, positq̃ non distinxerat ipsum tempore infinito. et ꝙ posuit etiam Empedocles de amicitia, & lite nõ sunt primæ causæ: istę. n. indigent causis. Et, quia causa, quam Emped. dedit in hoc, non est vera, nec põt euadere ab obiectionibus, d. nec iste, etc.t. nec Empe. etiã dedit causam veram in hoc, ꝙ mundus quiescit q̃ndꝙ, & mouetur q̃ndꝙ, cum dixit & causa istoꝝ duorũ motuum contrariorũ in mundo, ſ. in congregatione, & segregatione partiũ est lis, & amicitia, ſ. ꝙ amicitia congregat multa, & facit ea vnum, et lis segregat vnum, et facit ipsum multa. Et, cum dixit ꝙ Empedo. nihil induxit in hanc causam, icœpit dare corruptionem istius causæ: & dixit Et, si hæc duo, &c.t. &, si hæc duo contraria sunt determinata in se, necesse est vt illa duo, in quibus existunt ex rebus naturalibus sint determinata in se: cum impossibile est vt contraria sint in eodem. Quapropter oportet dicentem hunc sermonem determinare illa, in quibus existit lis, & distinguere ea, in qbus existit amicitia, sicut distinguit hoc in hoibus, & vocare deberet modum entium, i quibus est amicitia, amicos, & i quibus est lis, inimicos. Sed hoc nõ potuit facere Empedocles in entibus, ſ. distinguere in eis istos duos modos. deide, si distingueret, nõ posset dare cãm in hoc, ꝙ mundus totus congregatur q̃ndꝙ, et segregat q̃ndꝙ, nisi ita ꝙ inimici reuertentur amici, & amici inimici. quod igitur fingit falsum est, & extra naturã. Et intendebat per hoc, ꝙ sermo eius, cũ hoc, quod est ornatus, nõ bene sequitur similitudinem, quam deberet sequi. his. n. et amicitia non inuenitur, nisi in aãlibus, et præcipue rõnalibus, non in eis, quę nõ sunt aãlia. Empedo. igitur assimilauit irrõnalia rationalibus, & iudicauit ea eodem modo, & fecit plus, quod non sequitur similitudinem in oĩbus accidentibus suis. sermo igitur eius, cum hoc ꝙ est ornatus, non est perfecte ornatus.

D.d.

Documenti.

Cõpletus ordo est agere alterum contrariorũ continue.

Lis, & amicitia nõ inueniũtur nisi in aãlibus, & in parte rõnali hoiũ, & in animatis.

D.d. ponit enim, &c. ista est narratio rationis Emped. d. enim qa lis, & amicitia i quibusdam rebus segregat, & congregat, necesse est, vt talis sit cursus in oĩbus rebus. natura. n. partis, & totius est eadem. & manifestũ est ꝙ iste sermo est rhetoricus. Et, cum dedit rationẽ eius, incœpit dicere ꝙ deberet dare ex causis conceden do hanc opinionẽ, & hanc rõnem, & dixit sed hoc esse in temporibus ęqualibus, etc.t. sed hoc, ꝙ posuit, ꝙ isti duo motus contrarij sunt in tempore æquali, aut ꝙ tẽpus motus est æquale tempori quietis, idiget etiam ratione alia ab ista. Et dixit hoc, quia res, in quibus existit amicitia, & lis, ſ. res aĩatę, non inueniuntur agere in temporibus æqualibus, ita, ꝙ oẽs hoies sint aliquo tẽpore amici, et in alio tempore inimici, ita, ꝙ tẽpora inimicitiæ sint æqualia temporibus amicitiæ. hoc. n. totũ non inuenit in suo exemplo, et ideo deberet dare aliam rõnem, aut alias rationes ab illis, quas accepit ab hominibus. Et, cum dixit hoc, ꝙ diminuebat̃ et in ipsa positione, dixit Et vlr existimare, &c. t. & vlr existimare ꝙ principium sufficiens in hoc est dicere, ꝙ natura eius est, quæ dat agere res contrarias, non est sermo rectus: nec hoc, quod datur in hoc, sufficit in causa istius positionis. D.d. & hoc est illud, ad quod fecit redire causas in natura, &c.t. & hoc, quod dixit Emped. in principio, cum quæsitum fuit ab eo, qũo agit res cõtrarias, illud idem dixit Democritus in cõtrarietate existente in rebus naturalibus, ſ. ꝙ accidit quęrere cãm in actione primi principij. Et hoc intendebat, cum dixit, ſ. ꝙ aãs etiam est tale. t. quia in causa præcedenti non dicit plus in hoc, ſ. ꝙ agit contraria, nisi hoc, ꝙ talẽ habet naturam. D.d. & non oportet quærere, &c. t. & non oportet quærere cãm actiõis eius, cuius eẽ est nectum. Cãm. n. non debet quæri, nisi in eo cuius esse nõ est necessarium. t. ꝙ nõ oportet q̃rere cãm actionis entis nec̃ij. Et induxit Antiquos ad hoc, qa ponebãt principiũ mundi esse æternum, & mundum esse nouum. Vnde, cum quærebatur ab eis, quare inueniebatur mundus ab eo in tali tempore, & non in alio, cogebantur dicere illud prædictum, ſ. ꝙ non oportet quærere in æterno, quare. Et non est, sicut existimauerũt. verũtamen oportet vt nõ detur causa in actione principij, qñ actio eius fuerit æterna. si aũt actio eius fuerit noua, oportet vt habeat principium in illa actione. Et, cum narrauit sermonẽ Demo. in hoc, incœpit notificare ꝙ iste sermo non est verus, & dixit & illud iudiciũ in quibusdam rebus nõ est verum, &c.t. & sermo Demo. & sequẽtium eius, ꝙ res necessariæ non debent habere causas, est verus in quibusdam rebus, falsus in quibusdam. triangulum. n. habere angulos æquales duobus rectis est necessariũ, tñ habet causam. res vero necessariæ, q̃ sunt principia, non habent causam. et, si nõ, tunc principium haberet principium, & procederet hoc in infinitum. Et intendebat declarare ꝙ multa necessaria habẽt causas: & ꝙ principia æterna, quorum actiones ponuntur nouæ, sicut actiones principiorꝝ non æternorꝝ, sunt digniora vt habeant principia: & sic primum principiũ reuertit̃ non primũ. Et ideo Antiqui dubitabant, vtrum ꝑn̄ corruptibilium sint corruptibilia, aut æterna. &, cum ponebant illa corruptibilia, sequebatur ipsa non esse principia: &, cum ponebant ea esse ęterna, sequebatur oĩa esse æterna: & ideo cogebant dicere illa vana. Cũ autem perscrutatus est ſm cursum naturalem de istis rebus, vidit hoc esse ens medium iter æternum, & generabile, & corruptibile: & ꝙ quodam modo est ęternum, & alio modo generabile, & nouũ: & est corpus, quod mouetur circulariter, quod est generabile, & corruptibile quantum ad vbi, & manens quantũ ad substantiam. & sic dissoluebatur ab eo hęc quęstio, ponendo hunc motum. & sunt possibile vt generabile nouum mediante æterno sit causa rerum generabilium. D.d. hoc igitur sit dictum in hoc, &c.t. iste igitur sermo sit sufficiẽs in hoc, quod declaratum fuit hic, ſ. ꝙ siue non fuerit motor, qui moueat in actu, aut fuerit illic motor, sed non est motus, ꝙ necesse est vt non sit illic tempus oĩno. &, cum non fuerit tempus, non erit ens nouũ oino, motus. n. necessarius est i essendo rẽpus. et iste hoc, quod dixit in tpe, apparet in loco. & ideo nullũ põt generare tp̃s, & locũ. &, si esset, esset valde inuerecundũ.

Quę sequat hoc vide. 8. Phy. co. 8. t. 10 vbi ꝙ nouũ est ens prius, & posterius.

Caput Secundum. Soluit rationum apparentiam, motum non esse construentium.

COntraria autem his non difficile est soluere. Videbitur autem ex hisce consyderantibus contingere maxime motum esse aliqñ, cum non esset omnino. Primo quidẽ, quia nulla perpetua mutatio est. mutatio. n. omnis apta natura est esse ex quodã in quod dam. quare necesse est omnis mutationis terminum esse contraria, in quibus fit. in infinitum autem moueri nihil.

Et non est difficile dissoluere illud, ꝙ quod contradicitur huic. Illa autem, ex quibus existimatur, cum cõsyderatum fuerit de motu, possibile esse ꝙ motus sit qñq; ita, ꝙ ante nõ fuit omnino, sunt ista prima. Quia non erit transmutatio æterna omnino. omnis. n. trãsmutatio est ex aliquo in aliquid. & ideo necesse est vt duo contraria, in quibus est trãsmutatio, sint fines cuiuslibet transmutationis: & nihil mouetur sine fine.

16

Cum compleuit declarare hic esse motum vnũ æternum, vult etiã inducere dubitationes, quæ possunt inducι super hũc sermonem. Et quæstio sic componitur. Ois transmutatio est ex aliquo contrario in aliud contrariũ. et, si non, tunc motus esset otiosus, et supfluus. ſ. si illud, ex quo est motus, est idem, cum eo, ad quod est motus: & contraria sunt finita: & quod est inter ea est finitum: ergo &. oé, quod est in finito, est finitum: ergo omnis motus est finitus. D.d. ois enim trasmutatio est ex aliquo in aliquid. t. ex contrario in contrarium. D.d. & ideo est necesse, &c.t. qñ, cum posuerimus ꝙ motus est ex contrario in contrariũ, necesse erit vt cõtraria sint fines transmutationis. D.d. & nihil mouetur sine fine. t. &, cum posuerimus ꝙ oẽ motum mouetur in contraria, continget ꝙ nihil moueꝛ sine fine. qm̃, si mouetur ad infinitum, mouetur ad non cõtraria: sed positum est ꝙ oẽ motum mouetur ad contrarium: est ergo hoc inconueniens. Et forte intelligit ꝑ hoc, quod dixit, & nihil mouetur sine fine, hoc, ꝙ, si aliquid esset tale, tunc motus eius esset superfluus, & otiosus, & etiã hæc quasi alia ratio ab ea, in qua fuit dictum, ꝙ oẽ motum mouetur inter cõtraria. Et forte ista ratio est sufficientior prima in motu locali. [a] contrarietas. n. naturalis in loco non est nota per se. & ideo, cum voluit Arist. [b] declarare in vltimo Sexti, ꝙ ois motus rectus est finitus, vsus est loco à contrarijs, præterq̃ in declaratione motus localis. Et vsus est etiam i declaratione motus localis alio modo, ſ. ꝙ illud, quod ſpossibile est vt fit, impossibile est vt incipiat fieri.

Pria expõ.

Scda expõ.

Tertia expõ, hoc loco [illegible]

Amplius videmus ꝙ possibile est id moueri, quod neq; mouetur, neq; habet in ipso vllum motũ: vt inanimatus. quorũ neq;

pars

pars vlla, neque totum mouetur, sed quiescens mouetur aliqñ. oportebat aũt aut semper moueri, aut nunq̃, si non fit, cũ non esset. Multo autẽ magis quod tale est in animatis manifestum est. cum. n. in nobis nullus insit motus aliqñ, sed quiescamus, mouemur tñ aliquãdo, et fit aliqñ in nobis ex nobisipsis principium motus, & si nihil extrinsecus moueat. hoc. n. in inanimatis similiter non videmus, sed semper mouet ipsa aliquid aliud eorum, quæ sunt extra: animal aũt ipsum dicimus seipsum mouere. quare, si quiescit aliqñ penitus, in immobili motus vtiq; fiet à seipso, & non ab externo. Si autem in animali hoc possibile est fieri, quid prohibet idem hoc accidere & in vniuerso? si. n. in paruo mundo fit, et in magno, &, si in mundo, & in infinito: si cõtingit quidẽ moueri infinitũ totũ, & quiescere.

Et etiam videmus ꝙ possibile est, vt moueatur illud, quod nõ est motum, neq; in eo est motus omnino, v. g. in non animatis. videmus. n. istas res, ꝙ nec pars rei mouetur, nec totum, sed est quiescẽs, deinde mouetur qñq;. & esset necesse aut vt nõ moueretur in aliqua hora, si motus non sit, postq̃ non fuit, aut moueretur semper. Et hoc magis apparet in hñtibus animas. qñq;. n. sumus quiescentes, & nullus motus existit in nobis omnino, deinde mouebimur, & fiet in nobis ex nobisipsis principium motus, licet nullũ extrinsecum moueat nos. hoc. n. non videtur huiusmodi in vita carẽtibus. sed ista semper mouentur ab aliquo extrinseco alio. vnum autem dicitur mouere se. & ideo, cum qñq; sit quiescẽs complete, necesse est vt fiat in eo, quod mouet, motus ex se, non extrinsecus. Qñ, si hoc possibile est vt fiat i animalibus, quid igitur prohibet vt hoc sit in toto etiam? quoniam, si hoc est in mundo paruo, est etiam in magno. &, si est in mundo, erit etiam in infinito: si sit possibile, vt infinitum moueatur, & quiescat secundum totum.

17 Idest, & etiam videmus quædam, quæ mouentur, postq̃ non mouebantur neq; sm totum, neq; sm partem: sed sm totum, & partes quiescunt, deinde mouentur. D.d. & esset necessarium, &c. i. & esset necessarium, si sit hic motor æternus, & motus æternus, vt nõ esset motus nouus. motus. n. nouus debet habere motorem nouum: immo, & est necessariũ vt omne, quod sentitur quiescere, quiesceret semper: & oẽ, quod sentit moueri, moueretur semper. Et, cũ induxit hanc quæstionem, induxit etiam aliam manifestiorem prima: & est hoc, ꝙ apparet in habentibus animas: quæstio. n. in eis est difficultatis dissolutionis. & dixit Et hoc magis apparet in habentibus animas. i. & hoc. s. eẽ possibile vt motus fiat, postq̃ erat sine motu precedenti, est manifestius in habentibus aias, q̃m in carentibus. Videmus enim semina, & aialia quiescere sine aliquo motu, postq̃ mouebantur, nõ ex motore extrinseco, sed ex se ꝑ principiũ existens in eis, ita, ꝙ existimatur ꝙ per hoc principium, quod est in eis, possunt moueri qñq;, & quiescere sine aliquo extrinseco. Et, cũ dixit ꝙ dubitatio de hoc in rebus aiatis est manifestior, q̃ in rebus inanimatis, dedit causam in hoc, & dixit hoc. n. non vr̃, &c. idest, & habentia aias sunt manifestiora in hoc, quia videmus ea incipere moueri sine aliquo extrinseco mouente, illa aũt non mouenť, nisi qñ mouerit ea aliquod extrinsecum. videmus. n. ꝙ motus, qui fiunt in rebus carentibus aia, ꝙ sunt post motus: in motibus aũt, qui fiunt in habentibus aias, non videmus ꝙ ante ipsos est motus extrinsecus. Et apparet ex hoc, ꝙ quæstio in carentibus aia non ordinatur ex hoc, ꝙ motus eorũ sit à motore æterno, sed quia in quibusdam sentiũtur motus nouꝰ, ablq; eo, ꝙ in eis sentiatur motus extrinsecus. Et vr̃ ꝙ, si hoc est vnum eorum, quod intendit ꝓ hunc sermonem, ꝙ hoc nõ est, nisi de motibus per naturã, s. quæ mouentur per se, per inclinationem, quę est in eis. Sed apparet ex primo sermone ꝙ est quæstio prędicta ex hoc, ꝙ motus eorum fuerit à motore æterno, necesse est. n. ponere motorem æternum esse, & in hoc conueniunt oẽs, sed differunt consyderãtes in hoc, vtrum primus motor possit mouere qñq;, et qñq; nõ, aut est impossibile, sed est necesse vt semper moueat. Et forte Aristo. intendit duos modos quęstionis, & propalauit primum modum, & innuit secundum per hoc, ꝙ dixit, Et hoc apparet magis, &c. apparet. n. ex hoc sermone ꝙ quæstio cõtingens in hoc est eiusdem generis in habentibus aias, & carentibus. sed est manifestior in habẽtibus, s. ꝙ incipiunt moueri sine aliquo motu, q fiat in eis, neq; in toto, neq; in parte. Deinde d. hoc enim non vr̃, &c. i. & hoc magis apparet in hñtibus aias: qa non videmus motum in eis ex extrinseco manifeste, sicut vr̃ in carẽtibus aia. Et hoc apparet magis in carentibus aia, quia ista aut mouentur violente, aut naturaliter: & manifestum est ꝙ motor in eis, quæ mouentur violẽte, est extrinsecus: & nõ accidit in istis quæstio, s. ex modo hoc, s. ex quo accidit in hñtibus aias. In eis autem, quæ mouentur naturaliť, accidit quæstio, si indigẽtia istorũ ad motorem extrinsecum est maior, q̃ indigentia habentium aias. de motis. n. naturaliť apparet ꝙ non mouenť, nisi generentur in locis extraneis, aut patiantur violente quietem, & post recedet violentãs. & vbi motor est generãs in eis, aut auferens violentiã, vt declarabiť post. Et ideo dixit sed ista semp mouenť ab aliquo extrinseco. viuũ autem dicere mouere se. & vtrũq; in rei veritate, vt post declarabitur, indiget motore extrinseco: sed est latentius in habẽtibus animas. Et ista dñr mota ex se, illa aũt non: quia ista existimantur posse moueri, & quiescere ex se. quod nõ inuenitur in eis, quę mouentur naturaliter. Et, cum posuit hanc propositionem, dicentem ꝙ in habentibus animas fit motus sine motu præcedente, dixit possibile est hoc in toto. Deinde induxit similitudinem inter ea, & dixit quoniam si hoc est in mundo, &c. i. quoniam animal, quod mouetur ex se, assimilatur toti in hoc, quòd totũ mouetur ex se, scilicet corpus cœleste. Similitudo enim inter animalia, & corpus cœleste est, quoniam vtrũq; mouetur ex se. & quemadmodum alij motus reducuntur in animali ad primum motorem, qui nõ mouetur, ita est in mundo magno. et ideo dicitur quòd homo est mundus paruus. Et iste sermo est rhetoricus, quãvis iudicium in radice non sit verum, scilicet quòd motus nouus fit in animali sine motu præcedenti: & non dat ꝙ necesse est vt motus nouus sit, sed dat hoc esse possibile. Est igitur quæstio super sermonem prædictum. [a] D.d. &, si est in mundo, &c. & dixit hoc contradicẽdo Antiquis, dicẽtibus mundum generari ex re infinita, sicut plures dicunt in causa materiali sicut Anaxag. in mixto.

Hic dubitat an exponat ꝓpriã ꝓpositionẽ extrinsecum moueri.

Solutio.

a Cur dixit ꝙ primus motor non possit mouere qñq; & qñq; nõ, cum ꝓpositum sit ꝙ semper moueat.

A qbꝰ fiat motus naturalis extorum.

Cur dixit cum ex motis, &c. solutio.

in mixto. Deinde igitur, si est possibile vt finitum moueatur sm totũ, postq̃ non mouebatur oĩno, possibile erit hoc in infinitum, si est possibile vt infinitum recipiat vnum motum in omnibus suis partibus.

Horum igitur id, quod primum dictũ est, non eundem semper, & vnum numero esse motum, qui ad oppositа fit, recte dicitur. hoc enim fortassis necessarium est, si non semper vnum, & eundem esse possibile est vnius, & eiusdem motum. dico autẽ, vt vtrum vnius chordæ vnus, & idẽ sonus sit, an semp alius, ipsa similiter se habente, & mota. Attamen qualitercũq; tandem se habeat, nihil prohibet vnum, & eundem esse aliquem, quo continuus est, atq; perpetuus. manifestum autẽ erit magis ex ijs, quæ posterius.

Dicamus igitur ad hoc, sermo autem, qui primo fuit dictus, s. ꝙ motus ad cõtraria non est semper idẽ in numero, rectus est. dignius est igitur, vt sit necessariũ, si motus eiusdẽ rei non semper est possibile vt sit idem, s. vẽr. g. vtrum sonus eiusdem chordę sit idẽ, aut est semper vnus post alium, licet chorda sit eiusdem dispõnis. Et, licet moueať, sed sm vtrũlibet istorum fuerit, nihil prohibet vt sit hic vnus motus, ex hoc, ꝙ est continuus, & æternus. et hoc declarabitur post magis.

18 Cum induxit has tres quæstiones, incœpit dissoluere eas. & primo de qõne, dicente ꝙ impossẽ est vt inueniatur motus infinitus. qm̃ ois motus est ex contrario ad contrariũ. Et, quia põt aliquis respõdendo dicere ꝙ licet motus sint finiti, quia sunt ex contrario, & in contrariũ, tñ non est remotum vt cõtinuatio, & æternitas sit in eis ex iteratione iter cõtraria, s. iteratione ifinita. Et, quia ista rnsio non est vera, quia post declarabitur in hoc tractatu ꝙ talis motus non est vnus, nec continuus, dixit Dicamus igitur ad hoc, &c. i. & mẽdit ꝙ, cum fuerit iteratus, & quasi d. & ideo non oportet nos rndere hac rnsione m dissolutione istius qõnis. D. tacit quasi dubitationem i hoc, s. vtrum motus eiusdem rei iteratus inter duos fines sit vnus motus continuus, aut non continuus, & dixit dignius est igitur, &c. i. & est dignius vt sit necessarium vt motus iteratus nõ sit vnus motus, & si non est necessarium vt eadem motum moueatur eodem motu, sed põt moueri pluribus motibus. D. dedit exemplum de hoc, et dixit v. g. vtrum sonus, &c. i. ver. g. dicere vtrum sonus eiusdẽ chordæ, super quam iteratur manus percutientis sine pausatione, sit idem sonus, aut plures. Et hoc intendebat, cum dixit aut est semp vnus post alium. i. ꝙ quilibet sonus eorum est alius ab altero, dum percussio fuerit continua. qm̃ non est dubium ꝙ, si percussio non fuerit continua, ꝙ soni erũt plures. D.d. licet chorda, &c. idest & ista quæstio non intelligitur, nisi quando chorda fuerit in tempore percussionis in eadem dispositione fortitudinis: & sit percussio, & chorda in hoc tpe appareat moueri nõ quiescere. m tali igr dispõne dubitať i motu chordæ ad duas partes oppositas, vtrum sit vnus motus, aut plures. D. d. sed sm vtrũlibet, &c. i. & sm vtrumlibet istorum duorum modorum fuerit dispositio de motu iterato, s. siue fuerit vnus, siue non, hoc nõ prohibet, quin hic motus sit vnus motus simplr, propter hoc, ꝙ est continuus, & æternus. D.d. & hoc declarabit post magis, et intẽdit cum locutus fuerit de motu continuo, & declarauit ipsum esse motũ diurnum.

Moueri aũt id, quod non mouet, nullũ est incõueniens, si aliqñ qdẽ sit id, quod mouet, extrinsecus, aliqñ aũt non. Hoc tñ, quõ vtiq; erit, inquirẽdũ est. dico aũt, vt idem ab eodẽ motiuo existente aliqñ quidẽ moueatur, aliqñ autem non, nihil. n. aliud dubitat hoc dicẽs, q̃ propter qd nõ semp eorum, quæ sunt, alia quidem quiescunt, alia vero mouentur.

Aliqd aũt moueri, postq̃ non mouebať, nõ est inopinabile, cũ positũ fuerit ꝙ motus illius est extrinsecus ab eo. Et nõ intendimus hic quęrere quõ sit hoc, s. quõ erit illud, quod mouet, & illud, quod mouet, & est idẽ qñq; mouẽs, qñq; nõ. dicẽs. n. hoc nõ dubitat, nisi in hac intẽtione sola, s. quare quædã entia nõ sunt semp quiescentia, & quędã semp mota.

19 Cum dissoluit primam quæstionem, incœpit dissoluere secũdam, in qua dictum fuit quaľ contingit, si hic fit motus cõtinuus, vt quædam rerum moueant qñq;, & quiescant quandoq;, & dixit Aliquid autem moueri, &c. i. quæstio autem, in qua quæritur, quare plures rerum mouentur, postq̃ non mouebantur, non est difficilis ad dissoluẽdum in rebus, quarum motor est extrinsecus. notum enim est per se ꝙ causa in hoc est aut absentia motoris, aut distantia eius, aut prætentia impedimenti. Et quasi innuit in hoc, ꝙ dissolutio quæstionis in hoc est, quòd corpora simplicia non mouentur ex se. Et, quia ista quæstio inducit quærentem ad dicendum quomodo prouenit motus nouus à motore æterno, quoniam, cum motor extrinsecus moueat ita, ꝙ moueatur, necesse est vt habeat motorem. Si igitur ille motor fuerit extrinsecus, sicut dictum fuit in Septimo, cõtingit vt moueatur à moto, et illud motum etiã à moto, & procedetur in infinitum: aut inuenitur primum motum, quod mouebitur ex se. et quęretur de illo, si mouet semper, quomodo inueniuntur quædam habere motorem quandoq;, & quædam non. & quærere hoc est quasi extrinsecum ab eo, quod declaratum est, i. ꝙ hic est motus æternus. hoc. n. quærere est quærere, quare omnia, quæ mouentur, non mouentur semper, & omnia, quæ quiescunt, non quiescunt semper. Et ideo dixit Et non intendimus hic quęrere, &c. idest quærere quõ inueniuntur motus nouꝰ et quęrere quõ est possibile vt in quibusdam rebus sit motor præsens, & motũ præsens, & tñ quandoq; mouet, qñq; non. & non intendimus ꝑscrutari de hoc in hoc loco, quasi debeamus rndere ad illud. Ista. n. quæstio est cõis dicentibus ꝙ motus est nouus, & dicẽtibus ꝙ motus est antiquus. sed dicẽtes ꝙ motus est nouus sm genus, postq̃ non fuit, non possunt respondere ad hanc quæstionem. D.d. dicens enim hoc, &c. idest quare non diminuitur in hæc duo tantum, sed inuenitur in eis aliquid, in quo succedunt sibi hæc duo, et aliquid, quod ꝓprie habet alterum eorum, s. quietem semper, aut motum semper. & intendebat ꝙ ista quæstio sit alia à prædicta, cum in rei veritate nõ est, nisi perscrutatio de causa eius, quod comprehenditur in istis tribus modis. Videmus enim ꝙ quædam entia mouentur semper sine cessatione, sicut corpora cœlestia, & quædam quiescunt semper, s. terra, super quam mouentur hæc corpora, & quædam mouenť quandoq;, & quiescunt quandoq;, et hæc sunt quæ sunt sub corporibus cœlestibus, & super eam.

Triplex causa motus rerum mutabilium ex extrinseco.

Quidam tenent ꝙ motus ꝓpositi nõ mouentur ab aliquo.

Maxime aũt videbitur Tertium hr̃e dubitationem, ꝓpterea ꝙ fit, cum non esset prius, motus: id videlicet, quod accidit in animatis. quiescens. n. prius postea vadit, mouẽte exteriorũ nullo, vt vr̃. Hoc autẽ falsum est. conspicimus. n. semper aliquid eorum, q̃ coniuncta sunt, moueri in aĩali. huius aũt motus ipsum animal causa nõ est, sed continens forsitan. Ipsum aũt dicimus seipsum mouere non ſm oẽm motum, sed ſm motum ſm locum. Nihil igiť prohibet, magis aũt fortassis necessariũ est in corpore multos fieri motus à continente. horum aũt quibusdam intellectum, aut appetitum mouere: illo autẽ totum iam animal mouere, quale accidit circa somnos. sensibili enim nullo inexistente motu, inexistente tamẽ aliquo rursus excitant animalia. sed manifestum erit & de his ex sequẽtibus.

Sermo autem Tertius proprie existimatur esse locus dubitationis, s. vt fiat motus, q̃ non fuit ante: & est illud, quod accidit in habentibus animas. animal. n. primo quiescit, & post ambulat sine aliquo extrinseco mouente ipsum, secundum ꝙ existimatur. Sed hoc est falsum. semper enim inuenimus aliqd moueri in animali, ꝙ est naturale in eo. & causa istius motus animalis non est anima eius, sed aer, qui continet animal in eo, quod reputo. Et, cum dicimus ipsum moueri à se, non intẽdimus omni motu, sed motu locali. Et nihil prohibet, immo dignum est vt sit necessarium, vt in corpore fiant plures motus à continente, quorum quidam mouent voluntatem, & appetitũ, & tunc ista mouebunt animal ſm totum. v. g. hoc, ꝙ accidit apud somnum. q̃m, licet dormiens non habet motum sensus omnino, tñ animal non expergefit à somno, nisi quia aliquis motus est in eo. sed hoc etiam apparet in sequentibus.

Ista est Tertia quæstio, sicut dixit. Et est locus dubitationis in hoc, s. in ponendo possibile esse vt motus fiat absq; eo, ꝙ i moto præcedat motus oĩno. videmus enim animal, sicut dixit, moueri post quietem, & sine motu præcedenti sentito in eo. Et, quia istud dictum est valde sufficiens, ideo Loquentes nostrę legis posuerunt primum principium ęternum mouere per voluntatem posse. Et totum hoc est existimatio falsa. sicut dixit Arist. semper. n. inuenimus aliquid moueri in animali, quod est naturale in eo. & intendit per hoc alterationem, q̃ est in corporibus aĩalis ex aĩa nutritiua p caloré naturalem, q̃ est in eo. nunq̃. n. cessat actio istius caloris naturalis. cum. n. cessat, tunc est mors. Iste igiť est vnus motuum, ex quibus non fugiunt corpora aĩalium. Secundus autem motus est motus alterationis, qui fit ex continenti extrinseco. Et ideo dixit & causa istius motus animalis, etc. i. ꝙ, cum animal incipit moueri post quietem, non incipit ita, ꝙ primus motor in hoc sit aĩa, ita, ꝙ non præcedat in corpore eius, aut in anima eius alius motor. Et dixit hoc, vt reputo, quia potest aliquis fingere plures motus fieri semper in corporibus animalium, qui non videtur esse causæ in hoc, quod animal mouetur post quietem. Et, quia hoc nomen motus est ę quiuocum, et ista dubitatio non est de motu * locali, dixit Et, cum dicimus, &c. & ista dubitatio est propria motui locali, quia non inuenitur aliquid mouere ex se, nisi in motu locali: in cæteris autem motibus motor est extrinsecus. Et, cum dixit in dissolutione istius quæstionis ꝙ hoc, quod existimatur ꝙ animal mouetur sine motu facto in eo, nõ est, sicut existimatur, sed causa motus eius post quietem est hæc, ꝙ aer cõtinens ipsum extrinsecus mouet ipsum, Et incœpit declarare quomodo sit hoc, et dixit Et nihil prohibet, &c. idest, & necesse est vt principium motuũ animalis sit ex continente: quia nihil phibet vt plures motus fiant in animali à continẽte: imo hoc est necessariũ. Et, quia posuit ꝙ in corpore animalis fiunt plures motus ex continẽte, narrauit quomodo accidit ex istis motibus vt animal moueatur in loco, & dixit quorũ quędã mouentur, &c. idest, & hoc est ita, ꝙ in animali fiet ab eo, quod accidit sibi, opinio voluntas, & appetitus ad motum, aut ad expellendum nocumentum contingens ex continente, aut ad inducendum iuuamentum. Et, intendit hic per opinionem aliquid cõe virtuti imaginatiuę, & rationali, animali. n. non accidit appetitus, nisi ex imaginatione. v. g. ꝙ, cum patitur sitim imaginatur aquam, & appetit eam, & mouetur ad illam: & similiter, cum patitur famem: &, cum timet, fugit: &, cum auferuntur appetitus, quiescit: aut, cum accidit et fatigatio, et appetit quietem. Et Arist. dedit exemplũ in somno. quies. n. animalis in somno est quies perfectissima, quæ fit post motum: & expergefactio ab eo est pfectissimus motus post quietem perfectam. existimatur. n. ꝙ, cum animal dormit ꝙ nõ mouetur omnino: &, cum expergefit ꝙ tunc inuenitur in eo motus, quem non præcedit motus alius. Et dixit ver. gr. &c. & intendit motum actionis virtutis nutritiuæ in cibo. quando enim ista virtus fuerit operata in nutrimento per calorem naturalem, humefaciet ex eo mẽbra, quæ sunt causa somni, s. cor, & cerebrum, & tunc dormiet animal necessario. Et, cum actio virtutis nutritiuæ completur in cibo, et cessauerint vapores, qui fiunt ex digestione cibi, tunc expergefiet animal. & post declarabit hanc intentionem bene, sicut dixit.

Nomen motus ẽ æquocũ ꝙ hoc vt dct. Physi. cõ. 4.

* al. totali.

Non inuenit aliqd moueri ex se, nisi i motu locali. Oppositũ vi dc. 2. de Aia cõmen. 60. Vide cont. Zim.

Aĩali pot accidit appetitus, nisi ex imaginatione.

Quies ait in somno pfectissima, quæ fit post motum: & expergefactio ab eo ẽ pfectissimus motus post quietem perfectam. De cãs somni, & expergefactionis.

In libr. de Somno, & vig.

Summa Secũda. Quòd primus motor sit penitus immobilis, perpetuus, & unus.

Caput Primum. Diuisionẽ examinat rerum omnium, quo ad motum, & quietem: probatq; nec omnia quiescere, nec omnia moueri continue.

Principium autem cõsyderationis íd erit, quod & dictę dubitationis, quare quędam eorũ, quę sunt, aliquando quidem mouentur, aliquãdo autem rursus qescunt. Necesse est autem, aut omnia quiescere semper, aut omnia semp moueri, aut alia quidem moueri, alia autẽ quiescere. Et rursus horum aut ea, quæ mouẽtur, moueri semper, quæ vero quiescunt quiescere, aut omnia apta nata esse ſiſt moueri, & qescere, aut reliquum adhuc & tertium. contingit. n. eorum, quę sunt, alia quidem semper immobilia esse, alia vero semper moueri, alia autem vtraq; participare. quod quidem à nobis dicendum

Vũ accepere, et Lx quæstionẽ legis primũ principium ęternũ posse mouere p voluntatẽ potest.

Cessatio actionis naturalis in aĩalibꝰ est mors. Simile 2. de Aia c. 4. & in fine de mot & vita.

rendum est. hoc. n. habet solutionem oĩum dubitatorũ, & finis nobis est huius negocij.

Et principium istius perscrutationis est, quod dictum fuit in quæstione prædicta, s. quare quædam entia q̃ñq; mouẽtur, & q̃ñq; quiescunt. Dicamus igitur ꝙ necesse est aut vt omnia quiescant semper, aut omnia moueantur semper, aut vt quędam moueantur, & quędam quiescant. Et istorũ etiam aut, vt illa, quę mouentur, moueantur semper, et illa, quę quiescunt, quiescant semp, aut vt omnia sint innata eodem modo moueri, aut qescere, aut tertium remanens. possibile. n. est vt entium quędam non moueantur semper, & quædam moueantur semper, & quædã in eis succedit vtrunq;, quod oportet nos dicere. per illud. n. dissoluet quæstio contingens in hoc, & cõplebitur ista scia, in qua sumus.

21 Cum declarauit necesse esse vt sit motus æternus, et dissoluit quæstiones contingentes in hoc, incepit perscrutari de hoc per viam rerum motarum, quę mouentur ex se apud nos q̃ñq;, & quiescunt q̃ñq;. q̃n ex ista via poterit demonstrare motorem æternũ esse, & motum æternum. & hoc scito perficitur scientia de omnibus, quæ mouentur, & quiescunt. scientia. n. de motu nõ perficitur, nisi cum fuerit declaratum quomodo est cursus de hoc in omnibus partibus mundi, s. in dispositione motus. hoc enim scito perficitur cognitio de motu. Et dixit Et principium istius perscrutationis, &c. idest & principium perscrutationis, quæ cõtinet scientiam de dispositione motus, & quietis in omnibus partibus mundi in nouitate, & antiquitate, est ponere cõsyderationem de hoc. s. de illo, quod dictũ fuit in quæstione prædicta. & est quare quædam entia quandoq; mouentur, & q̃ñq; quiescunt. Et, cum dixit ꝙ principium perscrutationis debet esse de hac perscrutatione, & hoc erit perscrutando vſr de omnibus entibus, quã habent dispositionem in hac intẽtione, incœpit dicere, & dixit Dicamus igitur, &c. i. & diuisio, quæ potest esse in entibus naturalibus in hac intentione est talis, q̃ diuiditur in tres partes primo, quarum vna diuiditur in tres: & sic erunt quinq; conditudentia. Prima igiť pars trium partium est, vt omnia sint quiescentia semper. Secũda autem, vt omnia sint mota semper. Tertia est media inter hæc duo, s. vt quædã quiescant, & quędam moueantur. & hoc tribus modis. Quorum vnus est, vt quiescentia sint semper quiescentia, & mota sint semper mota. Secundus, vt illa quiescentia sint mota, & illa mota quiescẽtia, ita, ꝙ omnia entia moueantur, & qescant q̃ñq;. Tertius est, vt in entibus fuentanẽ istí tres modi, s. vt quędã moueanẽ semp, et quędam quiescãt semp, & quędã moueanẽ q̃ñq;, & quiescant q̃ñq;, vt visum est de rebus. Diuisio aũt determinãs hoc est dicere ꝙ res vna aut erit semp quiescens, aut semp mota, aut q̃ñq; quiescens, & q̃ñq; mota. Et istę tres diuisiones imaginanẽ ſm septẽ modos, s. aut vt oĩa qescant semp: aut vt oĩa moueanẽ semp: aut vt oĩa recipiãt motũ, & quietem, aut vt quędã qescant semp, aut vt quędã moueanẽ semper, & quędam moueanẽ q̃ñq;, et qescant quandoq;: aut vt quædam quiescant semper, & quædam moueantur quandoq;, & qescant quandoq;: aut vt inuentantur in eis tres modi, s. ꝙ quædam moueantur semper: & quædam quiescant semper: & quędam moueantur quandoq;, & quiescant quandoque. Entia. n. aut erunt sicut vna res acceptat & tunc dispo-

nentur per vnum istorum trium, s. aut per motum semper, aut per quietem semper, aut per vtrunq;, s. per motum quandoq;, & quietem quandoq;: aut diuidentur entia in duas partes, aut i tres. Si igitur diuiserimus entia in duas partes, tunc diuisio erit triplex, s. aut vt altera pars sit semper in motu, & altera semper in quiete: aut vt altera pars sit semper in motu, & reliqua quandoq; in motu, & quandoq; in quiete: aut vt altera pars sit temp in quiete, & reliqua quandoq; in motu, quandoq; in quiete. Si igitur entia fuerint diuisa in tres partes, tunc quælibet pars eorum disponitur per vnumquodq; istorum trium, scilicet vt quædam quiescant semper, & quædam moueantur, & quædam faciunt vtrunq;: & sic condiuidentia erunt septem. Sed Arist. contentus fuit in quinq;, & tacuit partem, dicentem ꝙ entia diuiduntur in duo. Quorum vnum est vt altera pars quiescat semper, & reliqua moueatur quandoq;, & quiescat quandoq;. Secundum est vt altera pars moueatur semper, & reliqua faciat vtrunq;. Et non induxit de modis diuisionis entium in duas partes, nisi vnum modum tantum. & est vt altera pars quiescat semp, & altera moueatur semper. Et forte fecit hoc abbreuiando. Quoniam, cum declaratum fuerit entia esse ſm tres partes, s. quod quædam pars semper quiescit, & quædam semper mouetur, & quædã facit vtrunq;, desituentur aliæ diuisiones. Istarum. n. diuisionum semper tres sunt falsæ manifestæ per se, & quatuor ignotæ. Tres autem falsæ sunt, vt omnia sint semper quiescentia: aut vt omnia sint semper mota: aut vt quædam sint semper quiescentia, & quædam sint semper mota. istæ. n. tres diuisiones contradicuntur per sensum: quatuor autem sunt ignotæ. Et hoc, quod quærit hic, declaratum est tam de potentia prędictorũ: sed ipse vult complere perscrutationem de eo in hoc loco. Modus autem declarationis istius intentionis de prædictis talis est. Declaratum est quidem in Septimo ab Arist. hoc esse primũ motum in loco ex se, ad quem perueniunt cæteri motus locales. & est manifestum per se ꝙ cæteri motus inueniũtur per sensum reduci ad motum in loco, s. ad corpus cœleste. Et, cũ hoc fuerit coniunctũ ad illud, quod declaratum fuit primo i hoc tractatu, s. ꝙ primum motum est æterni motus, erit necesse hic esse aliquod quiescens æternum, super quod moueatur hoc primũ motum, & hoc motum ęternum, quod declaratum est, est illud, quod videtur sensu moueri semper: & est corpus cœleste. & quiescens, quod videtur sensu semper quiescere, est terra. et est illud, quod declaratum est ratione. nihil. n. est hic, quod posset conuenire ei, quod declaratum est ratione, nisi istud. Et forte illud, quod videtur semper quiescere, est primus motor istius motus: et est illud, quod post declarabitur. sed istud non dicitur esse quiescens, nisi æquiuoce. Et propinquitas istius motus ad quædam quandoq;, & remotio eius à quibusdam q̃ñq; est causa tertiæ diuisionis, s. vt quędam moueantur q̃ñq;, & quiescant quandoq;. Sed in hoc tractatu vult perscrutari à principio de istis propositionibus, & complere sermonẽ de hoc cõ. Et quasi illa, quæ generaliter prædixit, vult modo distinguere, & determinare, & potuit principium perscrutationis de hoc in hac diuisione, in qua diuisit entia in septem.

Primus motor est quiescens æternum & vnum.

Dicere igiť omnia quiescere, & huius rõnem quærere, dimittẽtes sensum, infirmitas quędam est intellectus. & de toto aliquo, sed non de parte ambiguitas est. neq; solum contra Physicum, sed ad omnes scientias, vt ita dicam) & omnes opiniones, ꝓpterea ꝙ motu vtuntur omnes. Amplius autem de prim

Phy. cũ cõ. Auer.

cipijs instantiæ, vt in ijs, quę circa Mathemata sunt, rationibus nihil sunt ad Mathematicum, similiter autem & in alijs, sic neq; de eo quod nunc dictum est, ad Physicum. suppositio. n. est ꝙ natura principium motus est.

Dicere autem omnia esse quiescentia, & quærere rationem super hoc, et dimittere testimonium sensus in hoc, est debilitatio discretionis. et dubitatio in hoc est in toto, non in parte. & hoc etiam non solummodo contradicit scientiæ Naturali, sed & oĩbus scientijs, & omnibus opinionibus. omnia enim ista vtuntur motu. Et etiam, quemadmodũ negare principia in Mathematicis, non est contradicere Mathematico, & similiter in alijs scięntijs, & similiter negare hoc, quod diximus modo, non est contradicere Naturali. fundamentum enim positum est ei, quòd natura principium motus est.

22 Cum numerauit illos modos, vult modo declarare quis eorum est manifestę destructionis, & quis non, et incœpit à modo, qui est valde improbabilis, & est dicens ꝙ oẽs res sunt quiescentes. iste. n. sermo valde cõtradicit sensui. & iste sermo est sermo Zenonis. Et dixit Dicere autem omnia esse quiescentia, &c. t. & qui ponit hoc, facit opinionem vincere sensum, apparet. n. sensui plures res moueri, & motum eẽ. & q facit hoc, s. qui quærit rationes, quibus destruat illud, quod apparet sensui, est debilis discretionis. Verę. n. conclusiones non declarantur, nisi à propositionibus, & propositiones a sensu: et experimentum sermonum verorum non est, nisi vt conueniat sensatis, non econuerso, sicut isti faciunt. Et, cũ posuit quomodo ista opinio est cõtra naturã, & ꝙ causa positionis illius est debilitas capitis, ꝙ facit vincere res apparentes res sensibiles, aut sermones sophisticos accidentales in res sensibiles veras, incœpit notificare locũ, in quo est dubitatio in hac intentione, & dixit & dubitatio in hoc, &c. t. & dubitatio de motu est i omnibus entibus, quoniam omnia entia mouentur. & qui dubitat de motu dubitat de principio motus. &, si de principio dubitat, dubitat de omnibus entibus. Et, cum dixit ꝙ ista propositio est extra naturam, incœpit declarare ꝙ ista opinio cum hoc est extranea à fundamentis naturalibus, & nõ naturalibus, & ꝙ est in fine improbabilitatis, et cum hoc non debet Naturalis cõtradicere ei. Naturalis. n. non debet contradicere ei, qui negat sua principia. hoc. n. debet facere primus Philosophus, aut Dialeticus. Et tam dixit hoc in primo tractatu huius. Et dixit & hæc non est solummodo contradictio scientiæ naturalis, &c. & intendit poẽs scięntias, scientias voluntarias, & artes mechanicas. oes. n. istæ vtuntur motu: &, cum motus destruitur, destruuntur omnia ista. Et, cum dixit improbabilitatem, quæ est in hoc sermone, incœpit declarare ꝙ non est de numero opinionũ falsarum, quas Naturalę oportet destruere, quũ nõ est cõtradictio essentialis, & dixit & etiã quẽadmodum negare ꝓncipia, &c. qñ, cum vnũ principiorũ, quæ ponit artifex huius sciæ est motum esse & nullus artifex alicuius sciæ, ſm ꝙ est artifex alius, debet cõtradicere et, q negat principia illius sciæ, vt declaratũ est in posterioribus, v.g. ꝙ Mathematicus nõ debet cõtradicere ei, qui negat aliquod principium mathematicum, vt magnitudines diuidi in infinitum, aut punctum esse, & sic in alia scientia manifestum ꝙ Naturalis nõ debet cõtradicere ei, qui negat motum esse. D.d. fundamẽtum. n. positum, &c. t. & motum esse est principium in hac arte. quia qui negat motum, negat naturã. dictum. n. est in definitione naturæ ipsam eẽ principium motus, & quietis: & qui negat naturam, negat naturalia. & qui negat subiectum alicuius artis, nullum habet sermonem cum eo artifex illius artis, cum non habeat principia, per quæ loquatur cum eo: quia negat principia, ex quibus fundantur contradictiones negationis subiecti.

Qui negat subiectum alicuius artis, nullum habet sermonẽ cum eo artifex illius artis.

Ferè autẽ & omnia dicere moueri falsum quidem est, minus autem hoc præter methodum. posita. n. est natura in naturalibus principium sicuti motus, et quietis: tamen physicum magis est motus. Et dicunt quidam moueri eorum, quæ sunt, non aliqua quidẽ, alia vero nõ, sed omnia, & semper, sed latere hoc nostrum sensum. Ad quos, quãuis non determinent, quo motu dicant, an omnibus, non est difficile occurrere. neq;. n. augeri, neque minui possibile est continue, sed est & medium. Est autem sibi ratio illi, quæ est de eo, quod est guttam conterere, & enascentia lapides discindere. non. n. si tm̃ expulit, aut remouit gutta, & dimidium in dimidio tempore prius. sed vt nauis tractio, ita & guttæ tot tantum mouent: pars autem illarum in nullo tempore tantum. diuiditur. n. quod remotũ est in plura, sed nihil eorum motum est seorsum, sed simul. Manifestum est igitur ꝙ non est necessariũ semper aliquid abire, quia diuiditur ipsa diminutio in infinita, sed totum aliqñ abire. Sibi autem & in alteratione qualibet. non. n. si partibile est in infinitũ id, quod alteratur, ob id et alteratio, sed simul vniuersa fit sæpe, sicut congelatio. Amplius, cum ægrotauerit aliquis, necesse est tempus fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari. necesse est autem in sanitatẽ mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continue alterari valde manifestus est aduersari. in contrarium enim alteratio est. Atque lapis neq; durior fit, neque mollior.

Nec augeri, nec minui posse est continue, sc. et & medium. Vide com. Zim.

Et ferè sermo, dicens etiam ꝙ omnia mouentur, est falsus, sed minus extra naturã. natura. n. est in rebus naturalibus principium quietis, sicut & motus. et secundũ hunc modum non est res naturalis. Sed quidam dixerunt ꝙ entia mota nõ sunt quædam, & quædam non mota, sed omnia mouentur, & motus eorum est semper, sed hoc etiam absconditum est à nostro sensu. Et isti homines, & si non determinant quem motum intendant, aut si intendunt omnes motus, tamen nõ est difficile cõtradicere eis. impossibile est enim aliquid augeri, aut diminui semper: sed inter ea est medium, s. illud, ad quod peruenit augmentum, et à quo incœpit diminutio. Et iste sermo

sermo est similis ei, quod dicitur de distillatione super lapides, & diuisioni lapidis à planta posita. est enim quæstio similis prædictæ. Si igitur nos dissoluerimus istam quæstionem, statim dissoluemus hanc quæstionem, in qua sumus. & bonus verificator dixit ꝙ distillatio continua perforat lapidem. Quærendum est igiť, si acciderit vt lapis perforetur hoc modo à centum guttis distillatis. non enim est necesse, si guttę cadentes faciunt aliquam quantitatem, vt medium fiat in medio illius. sed ita est de guttis, sicut de motu nauis, s. ꝙ aliquãtulum guttarum mouet aliquã quantitatem. pars enim illarum non mouet tempore omnino illam quantitatem. illud. n. quod diuiditur per distillationem, diuiditur in multas partes. sed nulla illarum partiũ mouetur per se, sed infimul mouentur. Manifestum est igitur ꝙ nõ est necesse ex hoc, ꝙ diminutio diuiditur in infinitum, ꝙ ex diminuto recedat semper aliquid, sed forte recedet ipsum totum. Et ſm hunc modum est cursus de alteratione etiam, quæcunq; alteratio sit. quoniam nõ est necesse, si alteratum diuiditur in infinitũ, vt propter hoc diuidatur etiã alteratio in infinitum, sed multotiens erit subito, sicut est congelatio. Et etiam processus infirmi ad sanitatem debet esse in tempore. & non erit transmutatio eius in extremo tẽporis. & transmutatio eius erit ad sanitatem; non ad aliud. Sermo igitur dicentis in habente hanc dispositionem, ꝙ semp alteratur, est dubitatio in eo, quod est valde manifestum. alteratio. n. nõ est nisi ad cõtrariũ. Et ẽt lapis non fit magis durus, & magis mollis ꝙ fit.

23 Cum declarauit improbabilitatem, quæ est in sermone dicentis ꝙ omnia quiescunt, & ꝙ dicens hoc negat principia Naturalium, incœpit etiam declarare errorem dicentis ꝙ omnia mouentur, et dixit Et ferè sermo, &c. t. & dicere etiam ꝙ omnia mouentur, et negare quietẽ in entibus naturalibus est falsum, sicut est falsum dicere ꝙ omnia quiescunt, sed minus extraneum à via naturali: & ideo dixit Et ferè. t. ferè est æqualis et in falsitate. D. incœpit declarare quomodo conueniunt ista opinio, & prædicta in hoc, ꝙ non debet contradici à Naturali, & dixit natura enim, &c. t. et causa i hoc, ꝙ sermo dicentis ꝙ omnia mouentur, est sermo non naturalis, sicut sermo dicentis ꝙ omnia quiescunt, est quia [a] Naturalis ponit naturã esse quasi pro fundamẽto: & dictum est in definitione naturæ ꝙ est principiũ quietis, sicut motus. quia igitur quies, & motus accipiuntur in definitione naturæ, ideo ponere quietem, & motum esse est fundamentum naturale: & Naturalis nõ habet propositiones, per quas possit cõtradicere negantibus alterum istorum. Dicere autem ꝙ oĩa mouentur est sufficientius ꝙ dicere ꝙ omnia qescunt. [b] qa motus apud nos est manifestior quiete: quies. n. est priuatio, & motus est habitus. Et similiter illi, qui fingunt ꝙ omnia mouẽtur, possunt habere aliquam rationem: & est, quũ quemadmodum sunt hic res motæ, quæ non apparent moueri, nisi in longo tẽpore, sed existimantur quiescere, ita non est remotum in rebus, quæ existimant quiescere vt appareat motus earum in temporibus, s quibus pertranseunt multæ vitæ humanæ. Et hoc intendebat cum dixit Sed quidam dicunt, &c. Et, cum dixit hãc opinionem, & rationem istorum hominũ, dixit Et isti homines, &c. t. & isti homines, & si non determinant: qui motus abscondunduntur à sensu, ita ꝙ non cõprehenduntur ab ipso propter tarditatem eorum, vtrum sint quædam genera motuũ, aut omnia, tamen non est difficile contradicere eis. Et dixit hoc, vt reputo, quia ista dubitatio in motibus augmentationis, & alterationis est fortior. existimatur enim quòd isti motus sunt continui: sed continuatio eorum latet sensus. Et ideo posuit contradictionem eorum in his duobus generibus, & dixit impossibile est enim, &c. idest. & impossibile est vt aliquis fingat ꝙ motus contrarii cõtinuantur admiscem: immo inter quoslibet duos motus contrarios est medium quiescens: & est illud, ad quod peruenit alter duorum motuum contrariorum, & ex quo incœpit reliquus motus. qñ inter augmentum, & diminutionem est medium: et est illud, ad quod peruenit augmentum, & ex quo incœpit diminutio. Et, cum dixit istam contradictionem, incœpit etiã dicere ꝙ ista opinio est ſm opinioni ponenti ꝙ res, quę sunt agentes, aut existentes in potentia, sunt agentes in actu, aut existentes, quiescens enim in actu est motum in potentia: & deceptio in hoc est de genere deceptionis in hoc alio. Qui igitur posuerit quòd illud, quod est in potentia, est illud, quod est in actu, & nõ distinxerit inter ea, ponit ꝙ omnes res semper mouentur. Et, quia intendit declarare hoc, dixit Et iste sermo est similis ei, &c. t. et qui dixit ꝙ omnia apud quietem mouentur, sed motus eorum latent sensum, est similis dicẽti in distillationibus[a] aquæ super lapidem, quòd quælibet gutta aquæ habet operationem existentem in actu in illo lapide. & similiter etiam qui dicit in planta, quæ oritur in lapide, donec diuidit illum, ꝙ in qualibet parte tẽporis, in qua oritur, diuidit partem lapidis, donec compleatur diuisio in illo tempore, in quo diuiditur in actu. Et secundum hoc, quando aliquid creuerit secundum quãtitatem digiti in vno anno, augmentabitur etiam in qualibet parte existente in actu partium illius temporis pars existens partium illius digiti in actu, ita, ꝙ digitus diuiditur in partes in actu, quarum numerus erit, sicut numerus partium, in quas diuiditur annus, quod est impossibile. Et, cum narrauit quod termo dicens ꝙ res, quæ apparent moueri post quietem in tẽpore quietis, mouentur etiam, sed latent sensum, est similis sermoni dicentis, quod quælibet guttarum aquæ, quæ operantur in lapidem, habent in illa operatione aliquã partem, incœpit narrare corruptionem istius sermonis, & dixit non enim est necesse, &c. idest non enim est necessarium, quando vna collectio guttarum operatur in lapide primam operationem, quæ apparet in actu in alio tempore, vt illæ guttæ faciant medietatem illius operationis in medietate illius temporis. Et dixit hoc, quia, si operantur in medietate illius temporis, operabuntur in medietate istius temporis mediętatem illius passionis, & in mediętate illius mediętatis mediętatem mediętatis, & sic in infinitum. &, cum ita sit, tunc non inuenitur illa, nisi post destructionem passionum infinitarum. et iam declaratum est hoc eẽ impossibile in Quinto huius. scilicet vt factio motus sequatur essentialiter alium motum. & ideo necesse est vt prima pars, quæ fit in actu ex motu, partes eius sint [illegible] dicet. Et, cũ narrauit ꝙ non sequi[tur], si cõgit[ur] tarii descendentiũ in illo tpe, in quo apparu[it] latum in lapide, facit aliquã passionẽ, [illegible] vt quælibet gutta eius operetur [illegible]

Phy. [illegible]. Aue.

Dicunt Philosophi, aut dicitur esse tradicere [illegible] pia. Idẽ Phy. [illegible]. 8. [illegible] Hẽbit. in 6. 26.

Verę con[clusiones] [illegible] & experiũ sermo[nes] veroꝝ [illegible] & si [illegible] Aue. 2.

[a] Nõ duarũ [illegible] adu[ersarium].

[a] Nulis po[nit] naturam [illegible] quasi pro [fundamẽto]. [illegible] 2. Ph. c. 8. t. cõ. 6. [illegible] 1. Cœ.

[b] Motus a[equalis] nos est [manifestior] quietę n. est [priuatio], & [habi]tus. vide ꝙ [illegible] Phy. [illegible] et. 120 [illegible] de Aia [illegible] 16.

est de guttis, &c. i. sed ita est de guttis, quarum congregatio operatur in lapide, sicut de multis hominibus, qui mouẽt nauem. qm̃, si quemadmodum vnusquisq; eorum solus non mouet nauem, & omnes mouent, ita, si congregatio illarum guttarum operatur in lapide, non sequitur vt quælibet gutta operetur per se in lapide. Et hoc intendebat, cum dixit q aliquantulum, &c. idest & quantitas terminata guttarum mouet quantitatem terminatam lapidis, quemadmodum numerus terminatus hominum mouet nauem terminatã. pars autem illarum guttarum nõ mouet in tempore omnino ex illa quantitate aliquid, cuius proportio ad totam passionem sit sicut proportio illius partis ad congregationem guttarum operantium in lapide, quemadmodum non mouet vnus hominum nauem, quam mouebant omnes in tempore omnino. Deinde dixit illud enim, quod diuiditur, &c. i. qm̃ illud, quod diuidi per distillationem à lapide, s. illud, quod recessit ab eo, diuiditur in multas partes. sed non quælibet illarum partiũ recessit per se ab aliqua parte illarum guttarũ: sed omnes partes recedunt insimul à cõgregatione guttarum determinatarum. sequeretur enim vt vnaquæq; partium guttarum perforantium lapidẽ moueret, si quælibet pars partis recedentis recederet à lapide per aliquam partem partium guttarum. &, si ita esset, tũc recederet aliqua pars lapidis per primam guttam descendentem super illum. Et quasi intẽdit inuenire p hunc sermonem q, licet illa passio sit diuisibilis, tamen non sequitur vt quælibet pars illius passionis fiat à quacunque parte guttarum descendentium, sicut posset existimari. immo illud, quod fit ex eo i actu, fit subito. & hoc intẽdebat, cum dixit sed insimul mouẽt. Et ratio super hoc est illud, quod dixit, scilicet, quoniam impossibile est, vt passio manifesta, quæ apparet in multis annis, diuidatur per tẽpus illorum annorum, ita, q quælibet pars sensibilis illius temporis habeat partem sensibilem illius passionis. & hoc intendebat, cum dixit Manifestum est igitur, &c. idest manifestum est igitur q nõ est necesse, si posuerimus q diminutio diuiditur in infinitum, fm q est transmutatio in tempore, vt apparuit in Sexto, vt recedat ex diminuto in tempore diminutionis aliquid in actu in infinitum, quoniam fm hoc contingeret vt nunq; diminutum consumeretur: sed nos videmus ipsum consumi fm totum. Et intendebat per hoc, q diuisio fm hunc modum est finita in transmutatione, quæ est in quanto, & quali, & in vbi. qm̃ illa diuisio infinita motus, quę declarata est in Sexto, est diuisio in potentia. ista autem est diuisio in actu. Et, si diuisio infinita esset in actu, non inueniretur motus generatus, neq; corruptus. declaratum est enim q id, quod transmutatur, transmutabatur tam, & quod transmutatur, transmutatur semper. Et intendebat p totum hoc, q, si passio, quæ fit a guttis aquæ, diuideretur in actu, fm diuisionem partium guttarum, contingeret vt fieret in actu à quacunq; parte cadente super illum ex guttis aquæ. Sed dicimus q in passione, quæ fit in lapide, est quædam pars, quę est prima pars facta in actu, & non fit à quacunq; parte in actu cadente super illum ex guttis, sed partes in eis terminatæ. &, si nõ, tunc quælibet pars moueret quodlibet. & similiter in omni transmutatione. Et fm hunc modum est de alteratione, quæ cunq; alteratio sit, non enim est necesse, si alteratum diuiditur in infinitum, vt propter hoc diuidatur etiam alteratio in infinitum, s. inquantum sit ab alter ante ita, q, si imaginati fuerimus alterans alterare, continget vt illic sit alteratio, & si nõ apparet sensui: immo prima pars, quæ fit ex alteratione in actu est determinata, & alterans agens ipsum est determinatum. Et, si prima pars, quæ fit ex trãsmutatione, non esset determinata, & agens transmutans ipsum non esset determinatæ virtutis, tunc omnia, sicut illi fingunt, essent in continua transmutatione, & cõtingeret vt inter duas transmutationes sensibiles non esset quies omnino. D. d. sed multotiens erit subito, sicut est congelatio, idest sed prima pars in actu motuum, qui fiũt, siue fuerit transmutatio in loco, aut in qualitate, aut in quantitate fit subito, idest in instanti, non in tempore. &, si non, tunc ante transmutationem esset transmutatio, & non inueniretur trãsmutatio noua omnino. Et existimatur, q totum hoc contradicit ei, quod dictum fuit in Sexto, scilicet quòd transmutatio non habet partem, quæ sit prima, sed omne, quod transmutatur, tam transmutabatur. Ioannes autem dubitauit in hoc loco, & expositores dubitauerunt in Sexto in alteratione, & dixerunt quòd, si prima pars fit in eis subito, non sequitur tunc vt alteratio non habeat primum: & ipse concessit hic quòd prima pars alterationis fit subito. Dicamus nos quòd prima pars, quæ fit ex motu, quodammodo est in actu, & quodammodo in potentia. Quoniam secundum q illud, quod erit in actu, est determinatum, secundum hunc modum est indiuisibile. & secundum q motus est continuus, est diuisibilis, & non est in eo primum naturaliter in actu, nisi quiesceret motum. Cum igitur consyderauerit illic de motu, fm q est continuus, dixit quòd nõ habet primam partem. &, cum consyderauerit hic secũdum quòd est generatus, postquam non fuit, & generatum est determinatę quantitatis, dixit quod habet primum. D. d. Et etiam processus ægri ad sanitatem, &c. i. & oportet secundum sermonem, dicentem q omnia mouentur, vt ægritudo transmutetur in sanitatem in tempore ægritudinis, ita, q in eo existant cõtraria insimul. omne. n. transmutatum transmutatur in tempore, non in extremo temporis, s. in instanti. si igitur tempus, in quo æger transmutatur ad sanitatem, nõ fuerit aliud à tempore, in quo transmutatur de sanitate in ægritudinem, continget vt transmutetur ad sanitatem, & infirmitatẽ insimul. Et sic continget vt in tempore sanitatis quiescat in sanitate, & in tempore ægritudinis quiescat in ægritudine. &, si non, tunc in sanitate mouebitur ad sanitatem, & ad ægritudinem. quod est impossibile. & similiter contingit q à dispositione ægritudinis moueatur ad sanitatem. & ideo dixit & transmutatio eius erit ad sanitatem, & nõ ad aliud. idest & necesse est vt res quescat in eo, ad quod est transmutatio. &, si non, nihil moueretur ad finem. & manifestum est quòd omnes sunt à contrarijs ad contraria. D. d. Sermo igitur, &c. t. & intẽdit per valde manifestum, illud, cuius destructio est valde manifesta per se, et ex prędictis. per se autem, quia manifestum est apud nos hic esse res quiescentes, & motus factos post quietem. ex sermone vero, quia motus est ex contrario in contrarium, & quòd res debent quiescere in contrarijs, ad quæ mouentur, & ex quibus mouentur. & hoc intendebat, cum dixit alteratio enim, &c. D. d. Et etiam lapis, &c. idest q alteratio, per quam generatur lapis, est transmutatio proueniens ad rem quiescentem, & est durities. ver. gr. lapis enim impossibile est vt fiat magis durus, aut magis mollis. Dicamus igitur q est in motu continuo. Et omne hoc negat intellecta prima, & contradicit huic opinioni secundum Dialecticam, vt declararet ex eo intentionem, quæ non erat nota: & est quòd non est hic motus continuus in rei veritate, nisi motus localis, * quia est velocissimus motuum. Et hoc est ita, quia illud, quod augmentatur, verbi gratia digitaliter in vno anno, non possumus dicere, quòd in qualibet parte temporis demonstrata inuentamus partem magnitudinis fieri, sicut accidit hoc in motu in

Obiectio.

Solo alteri.

Solo Commẽtatoris.

Quõ in motu datur primum, & quo non.

Digressio.

* Vel qa. Nullus motus localis est velocissimus, non enim potest localis. Infra 6. 12. 91. & 92. & infra.

Secundum Auer. potest dici primum motus localis. & in motu alterationis, & augmenti.

tuis vbi. Et causa in hoc est, quia minima partium magnitudinis factarum est determinata in intellectu in actu, & quælibet earum fit in instanti, cum sit indiuisibilis in factione. vnde necesse est vt istę partes nõ continuentur in motu, nisi continuentur instantia adinuicem. Et etiam non possumus diuidere istas partes secundum numerum partium temporis sensibilium ita, q generatio istarum partiũ continuetur per continuationem generationis partium temporis, i quo dicimus rem augeri digitaliter, s. vt sint non distinctę abinuicẽ. Non. n. potest aliquis fingere hic esse partes, quæ fiunt in actu, non distinctæ abinuicem, quarum esse non cõprehenditur à sensu. Terminus. n. entis in actu est vt sit tangibile, cum sit impossibile inuenire corpus non tangibile: & omne tangibile comprehenditur per sensum tactus: ergo omne ens in actu est * cõprehensibile. Et, cũ ita sit, sicut narrauimus, bene apparet q illud, quod dixit Alfarabius in principio sui libri de entibus transmutabilibus, s. q de definitione motus in vniuersali apparet continuatio, est sermo non verus. Sed non apparet hoc, nisi in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. in alijs autẽ motibus, in quibusdam est possibile vt appareat continuatio, s. vt partes eorum inueniãtur indistinctæ abinuicem, & in quibusdam non apparet hoc, quia partes eorum nõ inueniũtur fm illum modum. Et similiter illud, quod dicit Alfarabius in prędicamentis de definitione eius, quod est agere, & pati, non est verum. ex illa enim definitione apparet q omnis actio, & passio est cõtinua, in quo attribuitur illa res actioni, & passioni.

Descriptio entis i actu ẽ vt sit tangibile. * a. d. tangibile.

De rõne motus non ẽ vt sit continuꝰ. vide. 3. Phy. c. 6.

Et de ipso ferri mirabile est, si latuit lapis qui deorsum fertur, aut manẽs in terra. Amplius autem terra, & aliorum vnumquodq; ex necessitate manẽt quidẽ in proprijs locis, mouentur aũt violente ex his. Si igitur quædam ipsorũ sunt in proprijs locis, necesse est neq; fm locum omnia moueri. Quod igitur impossibile sit aut semp omnia moueri, aut semper omnia gescere, ex his, & alijs silibus crediderit vtiq; aliquis. At vero neq; alia quidẽ cõtingit semper quiescere, alia vero semper moueri: aliquando autem quiescere, & aliqũ moueri nihil. Dicẽdum est autem q impossibile sit, quemadmodũ & in dictis prius, & in his videmus. n. in eisdẽ fieri dictas mutationes. Et ad hęc, quia aduersatur manifestis q concedit. neq; n. augmentatio, neq; violentus erit motus, si non mouebit ꝑ naturã quiescens prius. Gñationem igit auferet, & corruptionẽ hic sermo. ferè aũt & ipsum moueri, fieri qppiã, & corrũpi vr omnibus. in quod enim mutat, fit hoc, aut in hoc. ex quo autem mutatur corrumpitur hoc, aut hinc.

Et mirum est etiam vt lapis in suo motu tradatur ignorantiæ in suo descensu ad inferius, aut in sua quiete super terram, ita q non percipiatur. Et etiã terra, & vnaquęq; aliarũ rerum sunt gescẽtes in suis locis proprijs, & mobiles ab eis violente. Si ergo quædã res sunt in suis locis proprijs, sequitur vt nõ omnia moueant. Ex istis igitur, et alijs similibus creditur q impossẽ est vt omnia moueantur semper, aut vt omnia quiescant semp. Neq; etiam est ponẽ vt quędam sint semp gescẽtia, & quędã semp mota, ita, q nulla res moueat qñq;, & quiescat qñq;. Et dicendũ est, in destruẽdo hoc, illud, quod diximus in destruẽdo illud, quod fuit ante dictum. inuenimus enim modos transmutationis, quos prædiximus, fieri in eisdem rebus. Et cum hoc, q dubitat in hoc non contradicit, nisi rebus manifestis. qm̃, si non mouetur extra suã naturã, & ante erat gescens, non erit hic augmentũ, nec motus violẽtus. Ille igit sermo destruit gñationem, & corruptionẽ. & ferè destruit motũ etiam. oẽs. n. homines opinabantur q gñatio, et corruptio cuiuslibet rei est motus. illud. n. ad quod transmutat aliquid ipsum generatur, aut id in eo. & illud, ex quo transmutatur, ipsum corrumpitur, aut ex illo.

Cum destruxit sermonem dicentem q omnia mouentur, qui est similis sermoni dicentium q quælibet guttarum facientium aliquam passionem in lapide habet aliquam passionem exultentem in actu, sed nõ comprehenditur à sensu, & contradicit huic sermoni fm posse, & destruxit ipsum etiam ex hoc, q motus perueniunt ad contraria, in quibus debent quiescere, & q, si hoc non esset, oporteret vt eadem res moueretur duobus motibus contrarijs insimul, & cõtradixit etiam ei tertia contradictione: qm̃ plures qualitates transmutabiles videntur non recipere magis & minus: vnde necesse est quòd illud quiescat, quando peruenerit ad eas: incœpit notificare impossibilitatem, & improbabilitatem, et dixit Et mirum est, &c. i. et qui dicit q quiescens existimatur moueri, & motum existimat quiescere, contingit et vt nullam certitudinem habeamus in motu eius, quod mouetur, aut in quiete eius, quod quieuit, sed oẽ, quod sentimus moueri, põt esse eorum, q quieuit, & oẽ, quod sentimus quiescere, põt eẽ eorũ, quæ mouent. & hic, qñ sentimus lapidẽ moueri de superiori ad inferius, nõ hẽmus certitudinẽ in hoc, q moueri, sed forte non percipimus quietem illius. & ẽt, qñ sentiremus ipsum quiescere iterũ, nõ habemus certitudine in hoc, quod quieuit, qñ forte mouetur. D. d. dixit quintam rationem, & dixit Et etiam terra, &c. idest & etiã manifestum etiã per se q nos videmus terram, & alia elementa, s. aquam, & aerem moueri ad sua loca propria, & moueri, & quiescere in eis naturaliter. &, si mouentur ab eis, non mouentur nisi violente non naturaliter. Et, cum notum sit q quædam rerum quiescunt naturaliter in suis locis proprijs, & q mouentur ab eis violente, & q iste motus est contrarius quieti, necesse est vt non omnia moueantur. D. d. Ex istis igit, & alijs similibus, &c. &, quia ista, per quæ contradicit sermoni dicenti omnia moueri, & sermoni dicenti omnia gescere, sunt eadem cum eis, per quæ cõtradicitur sermoni dicenti omnia diuidi in duas partes, quarum altera semp quiescit, & reliqua semper mouetur, dicit ex istis igitur, & alijs similibus, &c. apparet enim hic esse plura, quæ mouentur quandoq;, & quiescunt quandoq;. & iste sermo potest cõtradici etiam per illas contradictiones prædictas, s. sermo dicẽtis q quædam pars eius semper mouetur, & reliqua pars semper quiescit, quia dicens hoc negat quietem, quæ apparet in quibusdam entibus qñq;, & motum quãdoq;. ista etiam, quæ

Pl̃es qualitates transmutabiles videntur non recipere magis & minus. Vide 1. de Cœlo. 2. com. 22. 3. de Anim. 22. com.

nos ſentimus moueri qñq;,et quieſcere quãdoq;, neceſ
ſe eſt vt ponat dicens hunc ſermonem in alteram dua-
rum partium, in quas diuidit omnia entia, ſ. q; neceſſe
eſt ei opinari ipſa eſſe in eis, quæ quieſcunt ſemper, aut
in eis, quæ mouentur ſemper, aut quædam in iſtis, &
quędam in illis. et quocũq; modo ſit, ponit hic eſſe res,
quæ videntur moueri, & in rei veritate quieſcunt: &
videntur quieſcere, & in rei veritate mouentur. qñ, ſi
iſtam partem entium, q̃ mouentur quandoq;, & quie-
ſcunt quandoq;, numerauit in eis, quæ mouentur ſem-
per, ponit q; quieſcentium ſunt quædam, quæ apparẽt
quieſcere, et mouentur in tempore quietis apparentis.
&, ſi poſitum fuerit ipſum eſſe ex quieſcentibus, tunc
ponitur q; quieſcentium ſunt quædam, quæ apparent
moueri, tamen quieſcunt: et ſimiliter, ſi fuerit poſitum,
q; quædam ſunt in quieſcentibus, & quædam in mo-
bilibus, tunc ponitur vtrunq;. Et omnia iſta vniuer-
ſaliter ſunt poſitiones ſophiſticæ. Nullam enim ratio-
nem poteſt dicere dicens hunc ſermonem, niſi aſſimi-
lauerit ſenſibilia vera ſenſibilibus falſis, & eſt primum
principiorum Sophiſtarum, qui negant ſcientiam, &
q; nullum verum comprehenditur, ſicut dixit Epicu-
rus, & alĳ. Quomodo autem mutabuntur contradi-
ctiones dictæ in duobus modis vniuerſalibus contra-
rĳs ad ſermonem, qui eſt inter illos duos modos, dicen
tem q; quædam entia quieſcunt ſemper, & quędã mo-
uentur ſemper, non eſt difficile ei, qui voluerit conſy-
derare in hoc aliquantulum. Quod enim eſt vniuerſale
ex illis contradictionibus prædictis poteſt aliquis di-
cere ex eo huic opinioni particulari. & quod eſt ex eis
particulare, non poteſt aliquis ex eo contradicere huic
opinioni. ver. gr̃a, quoniã contradictio, dicẽs q;, ſi omnia mouentur, ſequitur vt terra moueatur ſemper in
ſuo loco proprio, non contradicit huic opinioni, quia
eſt particularis. & iſta opinio eſt particularis. Cõtra-
dictio autem dicens q; motus ſunt in cõtrarĳs inſimul,
ſi ſunt hic res, quæ mouentur ſemper, eſt ſermo cõmu-
nis ad deſtruendum ſermonem dicentis q; omnia mo-
uentur, & ſermonem dicentis q; illa, quæ exiſtimantur
quieſcere quandoq;, & moueri quandoq;, ſunt ſemper
mota. & hoc intendebat, cũ dixit Et dicendũ eſt in de-
ſtruendo hoc, &c. D.d. inuenimus enim modos trãſ-
mutationis. t. & ſenſus contradicit iſtis tribus opinio-
nibus, ſcilĉ et dicentibus omnia quieſcere, aut oĩa mo-
ueri: aut quædam moueri ſemper, & quędam quieſce-
re ſemper. nos enim inuenimus ſenſu q; modi trium mo-
tuum fuerint in eadem re, poſtquam non fuerint, inue-
nimus enim aliquid mouerĩ in loco, poſtq; non moue-
batur, & alterari, poſtq; non alterabatur, & augmen-
tari, poſtq; non augmentabatur. D.d. Et cum hoc,
quĩ dubitat in hoc, &c. t. qñ, ſi hic non fuerint res, quæ
mouentur quandoq;, & quieſcunt quandoq;, nihil erit
hic, quod moueatur extra ſuam naturam, ſ. violente.
quod enim mouetur violente, non mouetur, niſi quie-
ſcit in naturam. & ſimiliter non erit hic etiam augmen-
tum, poſtq; nõ erat. Deinde d. Iſte igitur ſermo de-
ſtruit generationem, & corruptionem. t. ſermo dicen-
tis q; nihil mouetur quandoq;, & quieſcit quandoq;.
Et dixit et tere deſtruit motum, qñ, cum generatio fue
rit, erunt ĩb motus & quaſi eſt finis eorum, & qui de-
ſtruit finem vere deſtruit ea, quæ ſunt ante finem. aut,
quæ ſunt et motibus fuerunt generatio, & corruptio.
Ideo dixit omnes enim homines opinantur, &c. Et
cum d. q; omnis generatio, & omnis corruptio eſt mo
tus, dedit ſuum in hoc, & dixit illud enim, ad quod
tranſmutatur aliquid, etc. t. et generatio eſt cum motu,
& corruptio eſt cũ motu, quia omnis tranſmutatio eſt
de aliquo in aliquid & trãſmutato ret ad illud, ad quod
tranſmutatur, eſt generatio illius rei: & tranſmutatio
eius ex illo, in quo erat, eſt corruptio illius rei. ver. gr̃a,
q; tranſmutatio rei ex albedine in nigredinem eſt cor-
ruptio albedinis, & generatio nigredinis. D.d. illud
enim, ad quod tranſmutat, &c. et dixit hoc, quia trans-
mutationum quædam eſt in vbi, & quædam in quale.
Illud enim, ad quod eſt trãſmutatio in qualitate, ipſum
erit tranſmutatum. verbi gratia q; illud, quod tranſmu
tatur ex albedine in nigredinem erit nigrum. illud au-
tem, quod tranſmutatur de vbi in vbi, nõ erit vbi, ſed
in vbi. Et hoc eſt ita. quia tranſmutabilium quædã di-
ſponuntur ſimpliciter, & quædam ſecundum ad aliq̃d.
& ideo dixit & illud, ad quod eſt tranſmutatio, aut erit
ipſum, aut in eo. Deinde d. & illud, ex quo eſt tranſ-
mutatio, &c. ideſt et illud, ex quo eſt tranſmutatio, aut
corrumpetur in ſe. ideſt in ſubſtãtia illius, aut in aliqua
diſpoſitione ſuarum diſpoſitionum. verbi gratia quan
do tranſmutatio fuerit de quali in quale: aut corrum-
petur in ſuo vbi, ex quo tranſmutatur, quando trans-
mutatio fuerit in loco.

Illud, ꝗd nĩ mutatur de vbi in vbi, nõ erit vbi, ſed in vbi.

Primũ priĉ per Sophiſtas eſt aſſimilare ſenſibilia vera ſenſibilibus falſis.

Quare manifeſtum eſt q; alia quidem mo
uentur, alia vero quieſcunt. cenſere autẽ om
nia aliquando quidem quieſcere, aliquando
vero moueri, hoc iam coniungendum eſt ad
olim dictas rationes. Principium autem rur-
ſus idem faciendum eſt à nunc determinatis,
à quo quidem incœpimus prius.

Declaratum eſt igitur ex hoc q; quædam
res forte mouentur, & quædam forte quie-
ſcunt. Dicere autem q; omnia quandoq; mo
uentur, & quandoq; quieſcunt oportet mo-
do habere ſolicitudinem de ipſo ſecundum
ſermones prædictos: & ponere principium
illius etiam de illis intentionibus, quos mo-
do determinauimus, ſcilicet illud idem prin-
cipium, à quo incœpimus prius.

Cum narrauit q; principium perſcrutationis natu-
ralis de motus depoſitione in hac intentione eſt conſy-
derare de ipſo in oibus entibus, numerando primo oĉs
modos diuiſionis in entibus ſm conſyderationem mo
tus, & quietis in eis, & nouitatis, & antiquitatis, incœ-
pit primo, & determinauit illas diuiſiones. Deinde cõ-
tradixit ex eis opinionibus improbabilibus. Deinde
reuertetur ad id, quod primo intendit de perſcrutatio-
ne: poſtq; fecit rememorationem de illo, quod declara-
tum eſt de contradictione Anaxĳ, &c. in illis opinioni-
bus. Et dixit Declaratũ eſt igitur ex hoc, &c. et hoc,
quod dixit, manifeſtum eſt. & non contradixit eis, ſi-
cut diximus, niſi ad confirmãdum ſermonem ſm Dia-
lecticam: qñ hoc non eſt proprium huic arti. D.dixit
Dicere aũt q; oĩa qñq; mouẽtur, &c. t. qñ hoc eſt igno
tum naturaliter: & eſt illud, ex quo oportet perſcruta-
ri, & hãc ſolicitudinẽ circa ipſum: & eſt vtrum oĩa en-
tia naturalia mouentur qñq;, et quieſcunt qñq;. aut in-
uenitur in eis aliquid, quod ſemper mouetur, aut ſemp
quieſcit. Qñ hoc, q; quædam quieſcunt qñq;, & mo-
uentur qñq;, eſt manifeſtum per ſe. ſed eſt quærẽdum
vtrum hoc, quod apparet ĩ parte, eſt poſſibile in toto,
aut impoſſe. Deinde dixit & habere ſolicitudinẽ, &c.
ideſt, & perſcrutari de eo per illa principia, quæ decla-
rata ſunt ſuperius, & innuit ea, quæ declarata ſunt in
Quinto, Sexto, & Septimo de motu. Deide dixit &
ponere prinm illius, &c. t. ex illa diuiſione determinan-
te diſpoſitiones entium in motu & quiete. &, cum di-
xit hoc, incœpit iterare illam diuiſionem.

Vide ſupra cõ. 22.

Aut

Aut enim omnia quieſcũt, aut omnia mo
uẽtur, aut eorũ, quæ ſunt, hæc qdem qeſcũt,
hæc aũt mouentur. Et ſi eorũ, quæ ſunt, alia
q̃dẽ qeſcunt, alia vero mouẽt, neceſſe eſt aut
oĩa aliq̃n qdẽ qeſcere, aliq̃n vero moueri: aut
ipſorũ quædã qdem ſemp quieſcere, alia ve-
ro ſemper moueri, alia autem aliq̃n quidem
quieſcere, aliq̃n vero moueri. Quod igitur
non poſſibile ſit omnia quieſcere dictum q-
dẽ eſt, et prius: dicamus autem & nunc. Et ſi
enim ſm ueritatem ſic ſe habet, ſicut quidam
dicunt, eſſe id, quod eſt infinitum, & immo-
bile, attamen nõ videtur aliquid ſm ſenſum,
ſed mouẽtur multa eorum, quæ ſunt. Si igit
ſit opinio falſa, aut oĩno opinio, & motus ẽ.
& ſi imaginatio ſit, & ſi aliq̃n quidem ſic vi-
deatur eſſe, aliq̃n autem aliter. imaginatio. n.
& opinio motus quidam eſſe videntur. Sed
de hoc quidem cõſyderare, & quærere ra-
tionem eorum, quæ melius habemus, q̃ ſi ra
tiõe indigeremus, male iudicare eſt id, quod
melius eſt & peius, & credibile & non credi
bile, & principium & non principium. Simi
liter autẽ impoſſibile eſt & oĩa moueri, aut
alia quidem ſemper moueri, alia vero ſemp
quieſcere. Ad omnia enim hæc ſufficiens eſt
vna fides. videmus enim quædam aliquãdo
quidem moueri, aliquãdo autem quieſcere.
Quare manifeſtum eſt, q; impoſſibile ſit ſimi
liter omnia quieſcere, & omnia moueri con
tinue, ∗ eò q; alia quidem ſemper mouẽtur,
alia vero quieſcunt ſemper.

Imaginatio, & opio motus, qdẽ vtdem eſſe.

∗ 2.1.&.

Dicamus igitur q; omnia entia, aut erunt
quieſcentia, aut omnia mota, aut quædã qe-
ſcentia, & quædam mota. Si igitur quæ-
dam ſunt quieſcentia, & quædam mota, ne-
ceſſe eſt, aut vt omnia qñq; quieſcãt, & qñq;
moueantur: aut vt quædam quieſcant ſemp,
& quædam moueantur ſemp, & vt quædã
qñq; qeſcant, & qñq; moueant. Qm autem
impoſſibile eſt, vt omnia entia ſint quieſcen-
tia, tam dictum eſt ſuperius: & nos dicemus
etiã ipſum nunc. Qm, ſi in rei veritate eſſet,
ſicut quidam dicunt, q; totum ens eſt infini-
tum, & non motũ, ſed tm hoc nõ apparet ſen
ſui. ſed videmus ſenſu q; plures rerum entiũ
mouentur. Si igitur ſit hic exiſtimatio falſa,
& vſr exiſtimatio, erit hic motus. & ſimilr, ſi
fuerit hic imaginatio, &, ſi fuerit hic exiſti-
matio qñq;, quod res eſt talis diſpoſitionis,
& qñq; econtrario. exiſtimatio enim, & ima
ginatio exiſtimantur eſſe motus. Sed per-
ſcrutari de hoc, & quærere rõnem in eo, cu-
ius ſcientia apud nos eſt ita firma, q; non in-
diget rõne, eſt de opere eius, qui non poteſt
diſtinguere inter nobilius & ignobilius, &
inter certũ & incertũ, & inter principiũ, & il
lud, qđ nõ eſt principiũ. Et ſm hũc modũ ĩm
poſſibile eſt ẽt vt oĩa entia moueanť, aut q̃dã
moueantur ſemp, quædam quieſcant ſemp.
Quod enim ſufficit in contradicendo totum
hoc vłr eſt vnum certum. & eſt, qm quædã
entia videnť moueri quandoq;, & quieſcere
quandoq;. Manifeſtum eſt igitur q; impoſſi-
bile eſt vt quędam quieſcant ſemper, & quę-
dam moueãtur ſemper, quemadmodum ap
paruit q; impoſſibile eſt vt omnia qeſcãt ſem
per, aut vt omnia moueãtur ſemper.

Iſta diuiſio, quam hic incœpit dicere, iam prædicta 26
eſt. & ipſe tacuit duo condiuidẽtia: Quorum vnum eſt Tex. cui ſ
vt omnia entia ſint duobus modis, modus, qui ſemper diuiſa.
mouetur, & modus, qui qñq; mouetur, & qñq; quie-
ſcit: Altera aũt pars eſt, vt quædam quieſcant ſemper,
& quædam alia moueantur qñq;, & quieſcant qñq;.
Verũtamẽ, ſicut diximus, ſufficit in perſcrutatione de Quomodo
his duobus modis perſcrutatio de modo, dicente quòd ſufficiens vt
quædam moueri ſemper, & quędam quieſcunt ſemp, de cõ. ſeqn
& quædam faciunt vtrunq;: quĩ, cum declaraũt hunc t. & ſupra
modum eſſe, deſtruentur iſti duo modi eſſe. Et, cum com. 21.
induxit prędictas diuiſiones, quas prius induxerat ſm
modum, quem determinauimus, incœpit dicere illud,
quod dr̃ de eis prius, & vult addere in contradictione
eorum alia, quę prius non dixerat, & dixit Qm autem
impoſſibile eſt, &c. t. & dictũ eſt quid exiſtit in eis de
errore, & modo erit dictum. D.d. Qm, ſi in rei verita
te eſſet, &c. ĩ. qñ, & ſi ratiocinatio dicentis mortĩ non
eſſe eſt ſimilis ratiocinationi, quæ dr̃ in rei veritate, p-
pter difficultatem ſuę diſſolutionis: & eſt dicens q; ens
non mouetur, quia opinatur q; ens eſt infinitum: & q;
infinitum impoſſibile eſt vt moueatur, quia nõ habet
locum, in quo moueatur, vt narrauit in primo iſtius li-
bri de Meliſſo: tũ ratio iſta eſt contraria ſenſui. Et hoc
intendebat, cũ dixit ſed tñ hoc non apparet ſenſui, &c.
ideſt q; iſta opinio contradicit ſenſui. & omnis opinio, Opinio cui
cui contradicit ſenſus, non eſt bona opinio. Apparet contradicit
enim hic res, quæ mouentur in rei veritate: & iudica- ſenſui non
tenſus præcipit eas moueri in rei veritate propter cõpre eſt bona.
gationẽ qñq; ſenſuũ in teſtimonio econtrario ei, quod
apparet vſui, q; aliqua apparent moueri ſed non mo-
uentur. Et ideo opmandum eſt q; quædam ſenſibilia Sensibilia
ſunt, quæ pcipe iudicantur eſſe vera, & quædam ſunt, vera ſunt
quæ pcipe iudicantur eſſe falſa, licet ſentiantur, vt appa- quæ pcipe
rẽt in deceptionibus viſus, & quædam ſunt ignota, do iudicantur
nec ſurgat demõſtratio, ſicut apparet de parũtate cor falſa, ſed
poris ſolis. qui enim neſcit demõſtrationem de magni- apparent
tudine illius dubitat, & dicit qm hoc forte erit propter ſecundum
remotionem, & forte eſt in rei veritate. Deinde indu- diſpoſi-
xit demonſtrationem, quam non induxit prius, & eſt tiones.
de genere contradictionum falſarũ opinionũ, ſicut ſer-
mo dicentis nihil comprehenditur, ex quo ſequitur ali
quod comprehendi. Et dixit Si igitur ſit hic exiſtima
tio falſa, &c. t. & ponens hanc opinionẽ non poteſt eua
dere, quin ponat aliquid moueri. Exiſtimare enim hic
nihil mouerĩ, eſt exiſtimare poſtq; non fuerit: & exiſti-
mare motum eſſe, eſt falſum apud eos: & falſum poteſt
tranſmutari ad verum. &, ſi fuerit exiſtimatio aliqua
falſa, aut vera, poſtq; non fuit, erit motus. qm eſſe hanc
exiſtimationem eſt generatio: & ois generatio eſt mo
tus, aut ſequens motum. D.d. & ſimiliter, ſi fuerit hic
imaginatio, t. & ſequitur eſſe imaginationem, eſſe mo-
tũ. imaginatio enim eſt generatio & ois generatio eſt
motus, aut ſequens motum. Deinde, d. &, ſi fuerit hic
exiſtimatio,

existimatio quandoq; aliquid esse talis dispõnis, &c.t. & hoc apparet magis in existimationibus, quæ mutãtur in re ſm tempora, qñ, cum apud nos fuerit aliqua existimatio de aliquo, quod sit talis dispositionis in tali tẽpore, & alterius dispõnis in alio tpe. mutatio enim nostra de existimatione in existimationem est trãsmutatio necessario. & intendebat q;, quia omnia sunt gẽscentia, contingit vt nunc; mutentur existimationes in eadem re, ſ. vt in eadem re non existimẽt existimationes diuerse in temporibus diuersis ita, q; eadem existimatio sit de Socrate esse in domo, aut exire à domo. quod est valde improbabile. Et, quia existimationẽ, & imaginationem esse motum, aut sequi motum non est manifestum per se, d. existimatio enim, & imaginatio existimãtur esse motus, i. aut sequi motum. Et, qa oẽs istæ rõnes sunt ꝓbabiles, & nulla fides est in eis, ni ſi ſm q; ꝓpositiones sunt magis probabiles q; conclusio, non quia sunt manifestiores cõclusione apud intellectum, dicit Sed perscrutari de hoc, &c.t. sed perscrutari de hoc, cuius scientia est manifesta per se, & quærere rõnem super illud, cuius scientia apud nos est ita certa, q; non indiget rõne, est de opere eius, qui nõ habet discretionem in distinguendo. Et, cum compleuit cõtradictionem istius opinionis, reuertitur ad contradicendũ opinioni secũdæ, & dixit Et ſm hũc modũ, &c. idest &, cum sit manifestum apud nos q; quædam entia mouentur quandoq;, & quiescunt qñq;: & sumus certi q; ista comprehensio non est ex fallacia sensus: tõ istud principium sufficit nobis q; nõ mouentur omnia semper, aut quiescunt semp: aut omnia entia diuidi in duas partes, quarum vna quiescit semp, & reliqua mouentur semper. Et, cum destruxit istas tres diuisiones prædictas, fecit rememorationem de hoc, & dixit Manifestum est igitur, &c.t. & tam igit apparuit q; entia non diuiduntur in duas partes, quarũ vna quiescit semper, & reliqua mouetur semper: quemadmodum apparuit q; impossibile est vt omnia sint quiescentia, & oĩa sint mota. & omne hoc apparet ex hoc, q; quædam quiescunt quandoq;, & quædam mouentur qñq;. iste enim modus opponitur tribus modis prædictis.

Caput Secundum. Omne, quod mouetur, ab aliquo moueri.

RElinquum est igitur cosyderandũ, vtrũ omnia sint huiusmodi vt moueanť, & quiescant: an aliqua qdẽ sic, aliqua vero semper quiescant, aliqua aũt semper moueãtur. hoc enim demonstrandũ est à nobis. Mouẽtium igitur, & eorũ, quæ mouẽtur, alia quidem per accidens mouent, et mouentur, alia aũt per se. Per accidens quidem, vt quæcũq; ex eo, quia sunt in mouentibus, aut ijs, quæ mouentur, & quæ per partem. Per se autem, quæcunq; non ex eo, quia sint in mouente, aut in eo, quod mouetur, neq; ex eo, qa pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur. Eorũ autem, quæ per se, alia qdem à seipsis, alia vero ab alio. Et alia qdem natura, alia vero violentia, & ꝑter naturã. quod enim ipsum à seipso mouetur natura mouet, vt vnumq;q; animalium. mouetur enim animal ipsum à seipso. quorũcunq; aũt motus principium in seipsis est hæc natura dicimus moueri. quapropter animal qdem totũ natura ipsum seipsum mouet: corpus tñ contingit & natura, & ꝑter naturam moueri. refert enim & quali motu mouеatur, & ex quali elemento constet. Et eorum, quæ ab alio mouẽtur, alia qdem mouentur natura, alia vero ꝑter naturam. Præter naturã qdem, vt terrea sursum, & ignis deorsum. Amplius autem partes animalium sæpe mouẽtur præter naturam iuxta positiones, & motus modos.

Vide cõtrã dictionẽ Zimar.

Remanet nunc igitur consyderare, vtrũ omnia entia sint talis dispõnis vt moueãtur, & quiescant: aut quædã sint talis dispõnis, et quædam quiescunt semper, & quædã mouẽtur semper. hoc enim est, quod oportet nos nunc declarare. Dicamus igitur q; mouẽtia, & mota mouent, & mouentur quædam per accidens, & quædam per se. Per accidens autem sicut omnia existẽtia in motis, aut mouẽtibus, & sicut illud, quod est quasi pars. Per se vero sunt omnia, quæ mouent, aut mouentur, nõ quia existunt in motore, aut in moto, nec qui à pars eorum mouet, aut mouet. Eorum aũt, quæ mouent per se, quædam mouẽtur ex se, & quædam ex alio. Et istorũ quædam naturaliter, & quædam violente, & extra naturam. quod enim mouetur ex se, mouet naturaliter, sicut vnũquodq; animaliũ. animal enim mouetur ex se. & omne, cuius principium motus est in eo, dicitur moueri naturaliter. & ideo animal ſm totũ naturaliter mouet se: suum corpus autem possibile est vt moueatur naturaliter, & extra naturã. hoc enim diuersat ſm motum, cui contingit vt moueatur ſm ipm, & ſm elementum, ex quo contingit vt constituatur. Et illa, quæ mouent ex alijs, quædam mouentur naturaliter, & quædam extra naturam. Extra naturã vero est sicut motus corporũ terrestriũ ad superius, & motus ignis ad inferius. Et membra animalis etiam multotiens mouent extra suam naturam ꝓpter modos sui situs, aut ꝓpter partes sui motus.

Cum declarauit q; impossibile est vt motus primus 27
sit, si motus æternus nõ fuerit, ſ. vt primus sit æternus: &, si non, nõ erit primus: et declaratũ est de dissolutione qõnum contingentium, q; necesse est ut ista perscrutatio sit vtis, ita, q; cognoscatur qũo est dispositio omnium entium in hoc, ſ. in motu, & quiete, cœpit pscrutari de hoc à principio, & iterare pscrutationem de rebus declaratis prius. perscrutatio enim de eis in hoc loco est magis propria. & istæ res, qñ fuerint adiũctæ ei, quod declaratum est in primo istius tractatus, apparebit q; est hic motus, & q; est hic vnus motus æternus. Et sunt, sicut diximus, duæ propositiones. Quarũ vna est, q; omne motum habet motorem. Secunda, q; omnia, quæ mouentur in loco, reducuntur ad rem motam per principium existens in ea, nõ motum oĩno. Et primo incœpit pscrutari de prima propositione, dicente q; omne motum habet motorem: & fecit rememorationem

Ꝑpilogus.

tionem de hoc, quod declaratũ est in principio Quinti de diuisione motoris, & moti ad illud, quod est ꝑ se, & ad illud, quod est per accidens. & narrauit primo de modo modorum diuisionũ entium in motu, & in quiete, quẽ vult quærere in hoc loco. Et Arist. qui primo processit in doctrina istius intentionis de motu, ſ. in declarare motum æternũ esse, ita, q; est res manifesta ex suis sermonibus in congregationibus tractatuum suorum, vidit q; ista doctrina est diminuta, & ideo iterauit ipsum. et quidam expositores ignorauerunt hoc, et opinati sunt q; illud, quod declaratum est in principio Septimi, est superfluum, et ideo absciderunt illud à suis libris. Et, quia ista est intentio eius, incœpit diuidere dispõnes entium in motu, & qete de illo, quod est ignotum ex eis, & dixit Remanet igitur, &c.t. &, quia manifestum per se q; non oĩa entia quiescunt, nec; oĩa mouentur, nec quędã mouentur semp, & reliqua quiescũt semp, cum quædam videãtur quiescere quandoq;, & moueri qñq;, remanet igitur perscrutari de hoc, ſ. vtrũ est possibile vt oĩa moueantur qñq;, & quiescãt qñq; vt sentitur in qbusdam, aut sunt aliqua, in quibus hoc est impossibile, ſ. quæ semper mouentur, aut quæ semper quiescunt. Et ideo non curauit de duobus modis, qui dantur intelligi à diuisione, ſ. vt entia sint duobus modis, modus, qui semp mouetur, & modus qui qñq; mouetur, & qñq; quiescit. Aut vt oĩa sint duobus modis, modus, qui semp quiescit, & modus, q quandoq; mouetur, & qñq; quiescit. Et, cũ dixit illud, de quo intendit perscrutari, incœpit diuidere motorẽ, & motũ, & dixit. Dicamus igitur, &c.t. q; qđlibet istorũ, ſ. motoris, & moti est res, aut ꝑ se, aut ꝑ accns. Erũt igitur quatuor, motor ꝑ se, et motor ꝑ accns, et motũ ꝑ se, & motũ ꝑ accns. Et incœpit distinguere illud, qđ est ꝑ se, ab illo, quod est per accns: quia illud, quod est per accns, decipit in pscrutatione, qñ fuerit admixtũ cum eo, quod est per se. Et vtitur in hoc, quod dixit per accidens in principio istius diuisionis accidẽtis, quod dicit vtr. posuit enim ipsum, oppositum ei, quod est per se, quod dicitur generaliter. Deinde diuisit illud, quod est per accidens, in illud, quod est per accidẽs, quod dr principaliť, & illud, quod mouet per suã partem, quod dr secundario, & dixit Per accidens vero. t. illud, quod dr * principaliter est sicut omne, quod existit in mouẽtibus, & motis, t. q; illud, quod mouet per accidens, est omne, quod dr mouеri, quia est in moto. Et hoc est duobus modis: modo, qui est impossibile vt moueat oĩno, vt aĩa in corpore: & modo, q; est possibile vt moueat, vt hoies sedentes in nau. Et similiter ẽt motor ꝑ per accidẽs est illud, quod est in motore, sicut rubedo, quæ est in igne, quæ est cõburens per accidens. Et, cũ diuisit illud, quod est per accidens generale, in illud, qđ est per accidens principaliter, & in illud, quod mouet per suam partem, quod dr secundario, dedit exemplũ de hoc, & dixit & sicut illud, quod est qñ ps, t. q; illud, quod mouet per accidens, quod dr generaliter, quoddam est per accns, quod dr principaliter, & quoddam secundario: & est illud, quod mouetur per partẽ, ſ. illud cui attribuitur mouere, aut moueri ꝑpter partem. v.g. sicut dicimus in illo, cuius manus mouetur, ipsum moueri. & similiter accidit in motore, sicut dicimus, iste homo percussit istum, licet nõ percussit eum, nisi cum manu. Et, cum descripsit duos modos eius, quod est per accidẽs generaliter, incœpit describere illud, quod est per se, quod opponitur ei, & est illud, quod principaliter dr per se, per negationem duorũ modoꝝ eius, quod est per accidens. Et fecit hoc, qñ illud, quod est per accidens, est notius illo, quod est per se. & ideo accidit [a] in quibusdã locis describere habitum ꝑ negationem priuationum. & dixit Per se autem, &c.t. mouen-

* Vel vtr.

Qui sint isti expositores vide infra cõ. 55.

Idẽ. e. physica. cõ. primi.

a In qbusdã accidit dscribere habit? ꝑ negationẽ, priuationũ.

tia aũt, & mota per se sunt illa, quæ mouent, aut mouẽtur, nec; per accidens, nec; per partem. Et accepit in descriptione eius, quod est per se, negationem duorum modorum eius, quod est per accns generaliter. Et, cũ distinxit illud, quod est per se, ab illo, quod est per accidens, & intẽdit cõsyderare in eo, quod est per se, incœpit diuidere ipm, & dixit Eorũ aũt, quæ mouenť per se, quædam mouent ex se, & quędam ex alio, t. & eorum, quæ mouenť per se, non per accidẽs, nec; per partem, quædam mouentur per principium exns in eis, vt habentia aĩas, & quædam mouentur ab aliquo extrinseco, vt carentia animabus. D. diuisit ista in duo, & dixit Et istorum quædam naturaliter, &c. D. incœpit declarare q; aĩal, ſm q; mouet ex se est motũ naturaliť, & dixit quod enim mouetur ex se, &c. Et, cum narrauit q; aĩal mouetur naturaliť, quia mouetur ex se, dedit causam in hoc, & dixit, aĩal enim mouet ex se, &c. Et potentia istius sermonis est similis tali modo. aĩalia mouẽtur ex se: & quod mouet ex se mouetur à principio in eo: & omne, quod mouetur per principiũ in ipso mouetur naturaliter: qñ omne, quod mouetur ꝑ principiũ in eo, mouetur ꝑ naturam. dictũ est enim in definitione naturę, quòd est principiũ in re, per quod mouet, & quiescit: vnde necesse est vt illud, quod mouet ꝑ principium in ipso, moueatur per naturã. [a] definitiones enim conuertuntur necessario cum definito. Et, cum declarauit q; aĩal mouetur naturaliter, dixit & ideo aĩal ſm totum naturaliter mouet se, t. &, cũ dicimus q; animal mouetur naturaliter, intendimus q; aĩa mouet corpus per suam naturam, & corpus mouetur per suam naturam ab ea: sed mouetur ſm quod est corpus suo motu naturali. & ideo dixit corpus aũt suum est possibile vt moueatur naturaliť, & extra naturã, t. q;, cum mouet à sua aĩa naturaliť, mouet qñq; naturaliť, & qñq; extra naturã: motꝰ aũt eius ſm q; est aĩal est naturalis: cũ nõ moueatur, ſm q; est aĩal, nisi ab aĩa: & aĩa mouet corpꝰ naturaliter. Et dedit has oẽs rationes, quia põt aliquis dicere, q; motus corporis ab aĩa, ver. g. ad superius, est motus extra naturam, cum moueat ipsum eontra motum suo motu naturali. corpus enim aĩalis innatum est moueri ad inferius, sed tñ, quia aĩa aĩalis est forma tui corporis naturaliter, necesse est vt motus eius à tua aĩa sit naturaliter. sed, si fuerit muentum aliquod motum per principium in eo, ita q; in suo corpore non sit principiũ contrarium motui animæ, tunc illud motum erit motum naturaliter simpliciť, ſ. per aĩam, et per corpus, vt declaratum erit de corpore cœlesti. Et, cum dixit q; possibile est vt aĩal moueatur naturaliter, & extra naturã, dixit hoc enim diuersat, &c.t. et causa in hoc, q; corpus animalis qñq; mouet ab aĩa ipsius naturaliter, & qñq; extra naturam, est diuersitas partium, ad quas mouet aĩa ad illas partes locales, ad quas mouent elementa. Si igitur cõtingit q; aĩa mouet corpus ad partem, ad quã mouetur corpus ſm motum elementi dñantis in ipso, tunc motus corporis ab anima erit naturaliter, & tunc contingitur in eo naturalitas ex motore, et moto. v.g. q; qñ animal mouetur ex se deiecendo, tunc motus eius erit naturalis: si aũt motus eius erit ecõtrario huius elementi, tunc motus corporis ab aĩa erit non naturalis. v.g. qñ homo saltat in sursum. Et, cum declarauit q; illud, quod mouet ex se, mouetur naturaliter, nõ violente, nisi cõsyderatus fuerit motus sui corporis in respectu quorundam motuum aĩæ, incœpit notificare ẽt q; in eo, quod mouetur ex alio, inueniuntur isti duo modi, ſ. motum naturaliter, & motum extra naturam, & dixit Et illa, quæ mouentur ex alijs, &c. & intendit per illud, quod mouetur naturaliť, motũ lapidis ad inferius, & motum ignis ad superius, & potuit ista moueri ex alijs, quia ista non mouentur ex se, donec moueant

ex

Oẽ. qđ mouetur ex se, mouet ꝑ principiũ existens in eo. & ex. qđ mouet ꝑ principiũ existens in eo. & ex. qđ mouet naturaliter. Definitiones conuertuntur cum definitis.

Motus aĩalis in ſm totum, ſ. corpus, pẽt esse naturalis, & extra naturam motꝰ eius ſm q; aĩal. Vide oppositum 2 cõ. 55. Vide cõtra 57 tm.

Motus est ꝑ accns in his, & extra naturã, & ꝑter naturã, & ex parte agẽtis, et ex parte corporis. Vide oppositum 2 cõ. 55. Vide cõtra 57 tm.

Nota q; in motu violẽto q; ꝑ accns, & ꝑter naturã ex parte motoris, & moti, & ex parte agẽtis, & ex parte corporis.

ex alijs, vt declarabitur post. Et intendit p illud, quod mouetur extra naturam, motum istorum ad contrariã partem debitam. v.g. sicut dixit motum corporũ terrestrium ad superius, & motum ignis ad inferius. D.d. Et mẽbra aialis multotiẽs, &c. ac si diceret, corpus aũt eius possibile est vt moueatur naturaliter, et extra naturã. Et intendit per situm modum motus. Et intẽdit per partes motuum superius, & inferius.

quæstio, de qua perscrutatus est in principio Septimi: cum sit prima quæstio, de qua deberet perscrutari ille, qui vult quærere vtrum sit hic motus æternus. Et fecit hoc, quia voluit declarare dispõnem in hoc de corporibus simplicibus sermone proprio. ista enim fecerunt dubitationem in hoc, p omne motũ habet motorem. Et iterauit omnia p̃dicta, quibus est vsus in declarando hanc quæstionem, quia voluit incipere pscrutationem à principio de illis rebus p̃dictis: & complet sermonem in eo. omne enim, quod fuit declaratum de eo, fuit declsum in locis diuersis: & modo vult congregare illud, & complere pscrutationẽ de illo. Et, qa prius diuisit illa, quæ mouentur p se in tres modos, in motum violente, & motum naturalr, & diuisit ea, quę mouentur naturaliter in duo, s. in habentia animam, et in ea, quæ mouentur p declinationem, s. per grauitatẽ, & leuitatẽ, incœpit dicere in quibus istorum apparet motũ habere motorem, & in quibus latet, & dixit Et in rebus, quæ mouentur extra naturam, &c. i. &, cum res motæ sint tribus modis, manifestum est q illa, quę mouentur violẽter, & extra naturam, sicut terra ad superius, & ignis ad inferius, mouentur ab alio, s. manifestum est in istis q motor in eis aliud est à moto. D.d. Deinde post illa, quæ mouentur, &c. i. & post ista apparet hoc in eis, quæ mouentur naturalr ex se, sicut in modis animalium, s. q motor in eis apparet esse aliud à moto. Et d. Deinde post illa. quia ista intentio magis apparet in eis, quæ mouentur violente, & post ista apparet in animalibus. nullus enim dubitat q aĩal mouetur ab aĩa, & q anima est motor, & corpus est motũ. & ideo dixit non enim latet, &c. & in hoc modo dicimus q motor differt à moto, quia nõ latet aliquem in aĩalibus q corpora sua mouentur à principio existẽte in eis alio ab eis. sed latet de eis hoc, qũo est existentia motoris in eis, s. vtrum est distinctus ab eis ecntrario eis, quæ mouentur à motore extrinseco, s. quia in istis apparet manifeste q motor est distinctus à moto. Et intendit per hoc expergetacere hoies ad appetendum quærere de partibus aĩæ, & dixit. Videtur enim ferè q quẽadmodũ in nauibus, &c. & intelligendum hic p distinctionem distinctionẽ in esse, non distinctionẽ in definitione, motorẽ [a] enĩ in aĩalibus esse distinctum à moto p definitionem est manifestum p se, sed est ignotum vtrũ distinguaĩ, aut nõ distinguatur, nisi p accẽs. & hoc intẽdebat, cũ dixit sed qũo oportet determinare, &c. i. determĩare q̃lis ẽ dispõ motoris ad motũ. Et, cum dixit q̃ de hoc est perscrutandum in aĩalibus, dedit dubitationem, quæ facit credere q motor in aĩalibus põt distingui sm eẽ, & dixit Videt enim ferè, &c. ideſt & hoc est dubium. quia põt aliquis dicere q forte ita est in dispõne motoris ad mot̃ũ in aĩalibus, sicut in rebus artificialibus, quæ mouentur per principiũ intrinsecum, sicut in nauibus, & in alijs artificialibus. Qm̃, cũ dixit hoc, reuersus est ad distinguendũ illud, quod est manifestum de aĩalibus, & dixit & sm hũc modũ, &c. ideſt & sm hanc opinionem de aĩali, s. ipsum componi ex motore, & moto, quorum vtrũq; distinguitur à reliquo naturaliter, intelligendum est qñ dicimus q aĩal mouet se sm totum, s. sm q componitur ex motore, & moto, & nõ ita, q motor, & motum sint in eo idem in actu. D.d. Sed illud, in quo est dubitatio, proprie est illud, quod remanet ex diuisione. i. & dubitatio non est nisi in tertio modo. Iam enim diuisimus ea, quæ mouẽtur essentialiter, & diximus q quædam mouentur violente, & quædam naturaliter, & eorum, & quæ mouẽtur naturalr, quędam videntur moueri ab aliquo alio, & sunt animalia, & in quibusdam latet hoc, & sunt corpora simplicia. [b] In istis enim nõ apparet alietas motoris à moto, sicut apparet in habentibus aĩas, immo in eis non est alietas omnino, & fuit sicut dixit graue, & leue. [a] Ista enim inueniuntur moueri ad sua loca naturalia ex se, & ad loca oppositа suis locis naturalibus ex alijs, v.g. quia lapis ad inferius mouetur per se naturaliter, & ad superius per violentiam, & ecõtrario ignis. & hoc intendebat, cum dixit ista enim mouentur ad duo loca opposita duob[9] suis locis naturalibus, & mouentur naturaliter ad sua loca propria.

Et maxime moueri ab aliquo id, quod mouetur, in ijs, quæ præter naturam mouẽtur, est manifestum, propterea q manifestũ est ab alio moueri. Postea autẽ quæ sunt præter naturam eorum, quæ sunt sm naturam, ipsa, quæ à seipsis, vt animalia. non enĩ hoc est immanifestum an ab aliquo mouentur, sed qũo oportet accipe id ipsius, quod mouet, & id, quod mouetur. * Videtur enim vt in nauibus, & in ijs, quæ non natura constant, sic & in animalibus esse diuisum id, quod mouet, & id, quod mouetur, & sic totum ipsum seipsum mouere. Maxime autem dubitatur reliquum dictæ vltimæ diuisionis. eorũ enim, quæ ab alio mouentur, hæc quidem præter naturam posuimus moueri, alia autem relinquuntur opponi, quia natura. Hæc aũt sunt, quæ dubitationem afferunt, à quo moueanĩ, vt leuia, et grauia. hęc enim ad oppositа quidem loca violentia mouentur: ad propria autẽ, leue quidem sursum, graue autem deorsum natura.

Et in rebus, quę mouentur extra naturã, apparet proprie q illud, quod mouetur, mouetur ab aliquo, qm̃ in illis, quæ mouẽtur ab alijs manifestũ est. Deinde post illa, quę mouentur extra naturã, illa ex illis, quæ mouentur naturaliter, quæ mouentur ex se, vt modi animalium. non enim latet de istis moueri ab aliquo, sed qũo oportet determinare i animalibus motorẽ à moto. Videtur enim ferè quod quemadmodum in nauibus, et in alijs, quorum cõstitutio non est naturalis, ita & in animalibus motor distinguiĩ à moto, & sm hunc modum erit ipsum sm totum mouens se. Sed illud, in quo est dubitatio proprie, est illud, quod remanet de diuisione prędicta. diximus enim q eorum, quæ mouent ex alijs, quædam mouentur extra naturam. ponendũ est igitur q quædã mouenĩ naturaliter. Et ista faciunt dubitare, si mouentur ab aliquo. v.g. leuia, & grauia. ista enim mouentur ad duo loca opposita violente: & mouentur ad sua loca propria, leue quidem ad superius naturaliter, graue aũt ad inferius naturaliter.

28 Cum diuisit motorem, & motũ in illud, quod est p se, & in illud, quod est per accẽs, incœpit considerare in modis eorum, quæ mouenĩ per se, & pscrutari vtrũ omne motum eorum habeat motorem, aut non. Et est

a Grauia, & leuia mouentur ad suaq; loca naĩlia ex se, & ad loca opposita suis locis naturalibus mouentur ex alijs.

Moueri ex se animatorũ est proprũ.

Quod ex se mouet non tm̃ vno motu mouetur.

Moueri ex se animatorũ est proprium. Et sistere possent seipsa. dico aũt, vt si ambulandi causa sit sibi, & non ambulandi. quare, si in ipso igne est sursum ferri, manifestum q in ipso & deorsum. irrationabile aũt est illud, vno motu moueri solum à seipsis, si ipsa seipsa mouent.

A quo aũt mouentur non est manifestum in eis, sicut est manifestum, qñ mouenĩ extra naturam. dicere enim ea moueri ex se impossibile est. hoc enim est proprũ animalibus, & est proprium habẽtibus animas. Et, si ita esset, tunc esset possibile eis quiescere ex se, & dico, ver. g. q, si aliquis est causa suipsius in ambulatione est etiã causa suipsius in dimittẽdo sui ambulationem. & ideo, si ascensus ad superius est ex ipso igne, manifestum est q descensus ignis etiam ad inferius est ex ipso igne. & dicere etiam quòd res, quæ mouentur ex se, vno motu tantum mouentur, non est de ratione, si mouent se.

29 Ideſt in corporibus aũt simplicibus nõ apparet ipsa moueri à motore alio moto, sicut apparet hoc in eis, * quæ mouenĩ ab extrinseco. Deinde d. dicere enĩ, &c. ideſt & non possumus ẽt dicere in eis, quæ mouentur à principio in eis addito et, quod mouet ex eis absq; eo, q indigeant causa extrinseca, sicut dicimus in eis, quæ mouenĩ ex se, q mouentur à principio in eis sine indigentia causæ extrinsecæ: sicut est dispositio in habentibus aias. hoc enim impossibile est. Deinde icœpit declarare qũo est impossibile, & dixit qm̃ hoc nõ est, nisi in aialibus, i. quæ mouentur à principio in eis sine indigentia causæ extrinsecę. D. dedit rõnem super hoc, et dixit Et, si ita esset, &c. i. v.g. si ignis esset causa in se, p quam posset moueri sine indigentia causæ extrinsecæ, tunc per istam causam posset quiescere sine indigentia causæ extrinsecæ. Res enim, in qua est causa, qua põt moueri sine indigentia causæ extrinsecæ, sicut aĩal, in quo est aĩa, per illã põt quiescere. Deinde d. & dicere ẽt, &c. i. & dicere in eo, quod mouet per principiũ in eo sine indigentia alicuius extrinseci, quod mouet vno motu, non est sm rõnẽ. principia enim, quę sunt hmõi, innata sunt mouere motibus diuersis.

Amplius qũo contingit continuum aliqd, & compositũ ipsum seipsum mouere? Quatenus enim vnum, & continuũ, nõ tactu, catenus ipassibile est. sed quatenus separatũ ẽ, eatenus hoc qdem aptũ natura est facere, illud vero pati. Neq; ergo horum vllum ipm seipsum mouet (cõsita enim sunt) neq; aliud continuum vllum: sed necesse est diuidi moueri ab aliquo, donec moueant ex alijs. Idẽ infra. 29.

Documẽtũ.

a Motorẽ aĩalibus esse distinctum à moto demonstrat ex hoc, quod ignotum est vtrũ sit distinctus.

Vel in eis.

[b] In corpõ simplicibus nõ apparet alietas motoris à moto, sicut apparet in habentibus aĩas. Vide 4 phy.

* a. l. ad hoc vtrũ vt separata à natura, & loco, aut alio modo quodã.

* a. l. quãdo. Aialia nõ indigẽt in principio sui motus cã extrinseca, sicut in aĩata. Idẽ supra cõ. 27.

uens in vnoquoq; ab eo, quod mouetur: vt in manimatis videmus, cum aliquod animatorum mouet illa.

Et etiam qũo est possibile vt aliquid continuum naturaliter cõuenientiũ moueat seipsum? Secundum enim q est vnum, continuum, non cõtiguum, est irreceptibile passionum. & sm q est segregatum erit tale, q quiddam eius est innatum recipere, et quiddam agere. Nullum igitur istorũ mouet seipsum, cum sit cõueniens, neq; aliquid omnino cõtinuum: sed necesse est vt motor in quolibet eorũ sit distinctus à moto: sicut videmus in carentibus anima, quando mouerit illa aliquod habentium animas.

20 Cum declarauit q illa, quæ mouenĩ naturaliter, nõ mouentur per principiũ in eis, quia non mouenĩ ex se, induxit ẽt secundam declarationem, p quam declarat q illa ẽt non mouentur p principium in eis. Et abbreuiatio eius, quod dicit, est. Et, quia illa, quæ mouenĩ p principia in eis, necesse est vt diuidantur sm definitionem in motorem, & motũ, & vt non sint idem sm definitionem, & essentiam: motor enim debet esse distinctus à moto, aut sm definitionem, & esse insimul, sicut illa, quæ mouentur ab extrinseco: aut sm definitionem tm̃, sicut est dispositio in habentibus aĩas. Anima enĩ, quæ est motor in eis, distinguitur à corpore, quod est motum sm definitionem: licet non distinguaĩ sm eẽ, s. q impossibile est aĩam esse sine corpore, nisi equiuoce. Et, quia corpora simplicia sunt vna sm definitionem: & nullum eorum põt diuidi in motorem, & motum: necesse est vt non sint mota ex se: nisi esset possibile vt motor esset ipm motum. Sr igitur aliqs dixerit q sunt corpora simplicia cõposita ex materia, & forma, quorum vtrũq; est distinctum sm definitionem à reliquo, dicemus ad hoc, q prima materia nõ est exis in actu, et illud, quod mouetur ex se, debet diuidi in motorem, & motum in actu. [a] qm̃ illud, quod est in potẽtia, neq; mouetur, neq; mouet. Sr igĩ lapis. v.g. moueretur ex se, contingeret vt esset mouens, & motũ eodẽ modo [b] sm formam: qm̃ nõ est existens in actu, nisi sm formã, quod est impossibile. D.d. & ẽt qũo est possibile, &c. & intendit p continuum illud, quod est vnum non per contiguitatem: & intendit per conueniens illud, quod est cõsimilium partium, cuius definitio partis, & totus est vna, s. illud, quod nõ est diuersæ substantiæ. D.d. Secundum igitur q est continuum, &c. i. q res continuæ, sm q sunt cõtinuæ, nõ contigue, impossibile est vt recipiat passionẽ, s. motum ex se: cũ nõ diuidani in motorem & motum: nisi essent continuæ copulatæ sm continuitatem. Et d. hoc. quia illud, quod mouetur ex se, aut erit diuisibile sm definitionẽ in motorẽ, & motũ, aut erit diuisibile in partes sm contiguitatem: sicut qd congregatur ex aliquibus, quod est cõtinuum sm contiguitatẽ. Omne igitur, quod mouet ex se, aut erit distinctum, aut diuisibile sm definitionem, aut sm quantitatem, ideſt partes. &, cum corpora simplicia non diuidantur altero modo istorum, sequitur q nõ moueantur ex se oĩno. D.d. & sm q est segregatum, &c. i. ista aũt, quæ diuiduntur aut sm definitionẽ, aut sm quantitatem, possibile est vt diuidani in motore, & in recipientem motum. Et, cum posuit q res continuæ cõsimiles impossibile est vt moueantur ex se: ostẽdit eam, quod mouetur per illud, p quod mouetur res, mouet se, nisi sm illud, qđ est non continuis, i. sm q

Impossibile aĩam esse sine corpore, nisi æquiuoce.

Obiectio.

Solutio.

in motorem, & motum, dicit Nullũ igitur istorũ, &c. & ista est conclusio, quam intendit p hunc sermonem. Et iste sermo sic componitur. Corpora naturalia sunt consimilũ partium simplicium: & illa, quæ sunt consimilium partium simplicium, impossibile est vt moueant se: ergo corpora naturalia nõ mouẽt se. Et, cum dedit conclusionem, induxit terminum medũ istius conclusionis, & dixit cum sit cõueniens, &c. i. cũ ista sint conuenientia, & nullũ conueniens mouet se. Et quasi incœpit primo, & verificauit maiorem ppositionem, s. p impossibile est vt aliquod moueat se, ſm p est vnũ cõtinuum, sed ſm p est segregatum discretum. D. induxit cõclusionẽ, & post induxit syllogismũ, s. vtrãq propositionem minorem, & maiorem, cum dixit cum sit cõueniens, et nullum aliquod, ſm p est continuum, mouet se, i. cum corpora naturalia sint continua, & nullum vnũ continuũ mouet se. Et, cũ declarauit p nõ moueri ex se, incœpit declarare p necesse est vt moueri ex alijs, & dixit sed necesse est, &c. i. &, cum sit declaratum p nõ moueri ex se, sequitur necessario vt moueãtur ex alijs extrinsecis. Et hoc intendebat, cum dixit & motor in quolibet eorũ sit distinctus à moto in quolibet eorum. Deinde dedit exemplum in hoc, & dixit sicut inuenimus in carentibus anima, &c. i. dest p motor in eis est necessario extrinsecus, sicut motus lapidis ad superius ab homine.

Nullum continuũ, ſm p est diuisibile. Idem probat de generatione. i. c. 3 & 4. phys. t. c. 8. 48.

Sed accidit et hęc ab aliquo semper moueri. fiet aũt vtiq; manifestum diuidẽtibus causas. Est aũt et in mouentibus accipere quę dicta sunt, Alia enim p̃ter naturam ipsorũ motiua sunt, vt vectis non natura ponderis motiuus est: Alia vero natura, vt actu calidum motiuum est calidi potentia, similiter aũt & in alijs hmõi. Et mobile quoq; similiter natura, quod est potentia quale, aut quãtum, aut vbi, cum habeat principium tale in seipso, & non ſm accidens. erit enim idẽ, & quantũ, & quale, sed alterum alteri accidit, & non secũdum se inest. Ignis itaque, & terra mouentur ab alio, violentia quidem, cum præter naturam, natura autem, cum ad suos ipsorũ actus potentia existunt.

Sed sequitur in istis, si mouentur naturaliter, vt semper moueantur ab alio. & hoc apparet diuidendo causas. Et debemus accipere in motoribus ẽt motas intentiones, quas diximus, Quẽadmodũ enim quædã sunt mota extra naturam, v. g. qm̃ sagittam mãganellæ mouere lapidem nõ est naturale. Et quędam naturaliter, v. g. p calidum in actu mouet calidũ in potentia. & ſm hunc modũ est dispositio de alijs similibus. Et similiter etiã illud, quod mouetur naturaliter, est illud, quod est in potentia quale, aut quãtum, aut vbi, cũ principium, quod est tale, fuerit in eo non accidentaliter. idẽ enim est quale, & quantum, sed alterum eorũ est in altero p accidens, nõ per se. Ignis igitur, & terra mouentur ex alio, aut violente, quando mouentur extra naturam, aut naturaliter, quando mouentur ad suas actiones, quas habent in potentia.

Cum declarauit p illa, quæ mouentur naturaliter, quę sunt carentia animabus, s. corpora simplicia non mouẽtur ex se, fuit necesse vt mouerentur ex aliquo extrinseco. omne enim motũ ab aliquo necesse est aut vt motor sit in eo: & tunc erit motum ex se: aut extra illud. Et forte hoc non sequitur, nisi cum declarabitur p oẽ mõtum habet motorem: & p nihil mouet se ita, p motor sit ipsum motũ. Cum igitur declarauit, sicut diximus, p illa, quæ mouentur naturaliter, & carẽt aĩabus, nõ mouentur ex se, dixit Sed segtur in istis, &c. i. & segtur ex sermone p̃dicto vt non moueãtur nisi ab aliquo extrinseco, cum non moueant à principio in eis. D. incœpit declarare hoc alio modo, & dixit & hoc apparet diuidẽdo causas, &c. i. & apparet ẽt p ista, quæ mouentur naturaliter, & nõ aĩata, sunt mota naturaliter ab aliquo extrinseco, diuidẽdo causas in suas primas spẽs. deinde accipiemus sitia illis in motoribus. mouentia enim sunt vnus modorũ causarum. Et intendebat p, quia causę diuiduntur primo in duas partes, quarũ vna est vt sint causę ſm violentiã, secunda vt sint causę ſm naturam, necesse est vt mouẽtia diuidanr in has duas partes. Et hoc intẽdebat, cũ d. Et debemus accipere, &c. i. & debemus diuidere etiam mouentia in istos duos modos, in quos diuisimus cãs ſm naturã, & extra naturã. D. d. quẽadmodũ. n. quædã mouent extra naturam, &c. & hoc intellectum est per se. D. d. & quædam naturaliter, &c. i. & quædam mouentia mouent p suam naturam: sicut calidum in actu, quod habet naturã mouẽdi illud, quod est calidũ in potentia, ut fiat calidum in actu. D. d. & ſm hunc modum, &c. i. & alię virtutes actiuę, quæ habent naturam facere ea, quæ sunt in potentia, sibi similia in actu. Et, cum dixit motorem ſm naturã, incœpit dicere de moto ſm naturam, & dixit Et simul ter ẽt, &c. i. & quẽadmodũ illa, quæ mouent naturaliter sunt illa, in quibus natura est mouere aliquid, & ad aliqd, donec faciat illud in actu, ita ẽt illud, quod mouetur naturaliter, quod est in potentia aliqua intentio p̃dicamentorum decem, v. g. ut sit in potentia quale, aut quantum, aut vbi. Et, cum oẽ, quod est in potẽtia motum, est illud, in cuius natura est recipere aliquod prædicamentorũ decẽ, sequitur p motor naturaliter sit omne, quod põt mouere illud, quod est in potentia aliqũ prædicamentorũ decem, vt faciat illud p̃dicamentum in actu. Et ideo dixit necesse est esse in hoc, p motũ naturaliter sit hoc, p principium mouens sit. & dicit cũ habeat principiũ, &c. & dicit hoc, qm̃ res mouet ab alio essentialiter. Cum igitur mouetur ab aliquo essentialiter, tunc mouet ab eo per suam naturã: &, cum mouet accidentaliter, non mouetur ab eo p suam naturam. D. declarauit hoc, & dixit idẽ enim est quale, & quãtũ. i. & exemplũ eius, quod mouet per accidens est vt aliquis motor moueat aliqd, quod est in potentia, ver. g. quale. &, cum facit ipsum quale in actu, sequtur illud habere quantũ, quod prius nõ habebat. v. g. p, qm̃ aqua mouet aerem ad frigus, sequitur illud minor quãtitas. & similiter ẽt forte mouet aliquid in quantitate essentialiter, & sequitur illud qualitas p accidẽs, v. g. ex quo nutriri aĩal.[a] multotiẽs eni sequitur quantitatẽ in eo aliqua qualitas. & dixit idem enim fit quale, & quantũ. i. ab eodem motore. Et, cum ita sit, necesse est vt alterũ fiat ab eo essentialiter, & alterum accidentaliter, s. p, si quantitas fuerit ab eo essentialr, qualitas erit accidentaliter, & ecõuerso. et ideo dixit sed alterũ eorum est in altero per accidens. i. sed alterum eorum sequtur necessario vt inueniatur ab illo agẽte vno per accidẽs. [b] vnũ enim agens non habet naturã largiendi, nisi vnũ tm̃. Et, cum declarauit p omne, quod in quolibet prædicamẽto

Causæ diuidunt in duas partes.

a Aliqd qđ p se im ad quãtũ & p ad qualr & eorum.

b Vnũ agẽ nõ habet naturã largiendi nisi vnum. Idẽ pro generatione corruptione & motu.

mẽto, mouetur naturaliter ab eius motore extrinseco naturaliter, cum fuerit in sua potentia vt moueatur naturaliter ad illud, ver. g. ad quale, & quantum, & vbi, & posuit p illud, quod mouetur accidentaliter, & violenter, est illud, quod mouet cõtrario illi, quod in sua potẽtia est vt moueatur, & simiłr est de illo, quod mouet, concluſit ex hoc p terra, & ignis, & alia corpora simplicia habent istos duos modos vt moueãt, & moueãtur, habent enim virtutem naturalẽ, & violentã, s. accidentalem. Et dixit Ignis igitur, & terra, &c. i. p ista mouenti violente, qñ mouẽtur p virtutẽ violentã, quæ est in eis: & mouẽtur naturaliter, qñ mouenti ab eo, quod generat ipsa. Et intẽdebat declarare ex hoc sermone p motus corporũ naturalium in loco ẽt in rei veritate ab eo, quod generat ipsa, sicut alia accidẽtia, quæ inueniuntur generari in re per generationem ipsius: & p ista sunt magis digniora esse de numero eorũ, quæ mouẽtur ab extrinseco, quàm de numero eorum, quę mouẽtur p principiũ in eis: & p nulla est contradictio in eis in ponẽdo illa moueri naturaliter, & ex extrinseco: cũ plura generabilium naturalium generent naturaliter ex extrinseco. Et, cum declarauit in istis p necesse est, vt numerẽtur in eis, quæ mouentur ex extrinseco, & tam posuit ea moueri naturaliter, declarauit secũdum quot modos dicitur in eis moueri naturaliter, cum eo, quod mouetur ex extrinseco: cum apparet in primo aspectu p omne motum ex extrinseco mouetur violente.

Documẽtũ. Motus corporũ naturalium in loco ẽt ab eo, p generat ipsa, sicuti ẽt de alijs accidẽtibꝰ. p hoc vide. 18. tertij de cœlo.

Potentia est multifariam dicta.

Quoniam aũt quod potentia est multipliciter dicitur, hæc causa est, vt non sit manifestum à quo hęc moueantur. vt ignis, sursum, & terra deorsum. Est autem potentia aliter sciens qui discit, & qui habet iam, & nõ contemplatur. semper aũt, cum simul actiuũ, & passiuum sint, fit aliquãdo actu, quod est potentia, vt ipsum discens. & ex eo, quod potẽtia est, alterum fit potentia. qui enim habet scientiam, non aũt contemplatur, potẽtia est sciẽs quodãmodo, sed nõ vt & antea q̃ disceret. cum aũt sic se habet, si aliquid nõ prohibeat, operatur, & contẽplatur, aut erit in cõtradictione, & ignorantia. Similiter aũt hæc se habent & in physicis. frigidum enim potẽtia calidum est. cum aũt fuerit mutatum, iam ignis est: vrit autẽ, nisi quid prohibeat, et impediat. similiter aũt se habet & circa graue, et leue. leue enĩ fit ex graui, vt ex aqua aer. hoc enim potẽtia primum, & iam leue est, & operabitur confestim, nisi quid prohibeat. actus autẽ ipsius leuis est alicubi esse, & sursum. p hibetur autẽ, cum in cõtrario loco est. & hoc similiter sese habet & in quanto, & in quali, Attamen quæritur hoc, quare ad suum locũ mouentur leuia, & grauia. Causa autem est, quia apta natura sunt aliquò. et hoc ineſt ipsi graui, & leui eẽ, hoc qdem ipso sursum, illud aũt ipso deorsum determinatum. Potẽtia autẽ est & leue, & graue multipliciter, sicut dictum est. cum enim est aqua potẽtia quodã modo est leue: et, cum aer est, adhuc potẽtia est. cõtingit enim impeditum, et nõ sursum esse. sed, si auferatur impediens, agit, & semp

Actus ipsius leuis ẽ alicubi esse, & sursum.

superius fit. Similiter autem et quale, vt actu sit, mutatur. illico enim cõtẽplatur sciẽs, nisi aliquid prohibeat: & ipsum quantũ extendi tur, nisi quid prohibeat. Qui aũt id, quod sustinet, & prohibet, mouit, est vt moueat, est vero vt nõ. vt qui colũnam diuulsit, aut qui lapidem remouit à vase in aqua. secũdum accidens enim mouet: sicut reflexa sphæra non à pariete mota est, sed à proiciẽte. Quod igit nihil horum ipsum mouet seipsum manifestum est, sed motus habet principiũ, nõ mouendi, neq; faciendi, sed patiendi.

Et, quia illud, quod est in potentia, dr̃ multis modis, hæc fuit causa vt illud, ex quo mouentur ista, & similia, est non manifestum, ver. g. p ignis mouetur ad superius, & terra ad inferius. Et addiscẽs est in potentia sciens alio modo ab eo, ſm quem illud, quod habet scientiam, sed non scit, est sciens in potentia. et illud, quod est in potẽtia, forte erit in actu, qñ fuerit semper cõgregatum agens, & reciens, ver. g. p addiscens fit sciens ab eo, cuius scientia in potentia erat aliud in potẽtia. quod enĩ habet scientiã, sed non scit, est sciẽs in potẽtia quoquo modo. sed iste modus potentiæ non est ille modus, in quo erat prius, anteq̃ addisceret. cum igit fuerit in hac dispositione, aget suam actionẽ, & sciet tunc, nisi aliquid impediat. &, si nõ, cõtingeret vt esset in opposito scientiæ, s. ignorãtiæ. Et ſm hũc modum currit dispositio de rebus naturalibus ẽt. frigidum enim est in potentia calidũ. &, cum fuerit transmutatum, erit tunc ignis, & comburet, nisi aliquid impediat. & similiter est de graui, & leui etiam. quãdoq; enim ex graui generatur leue, ver. g. ex aqua aer, primo enim erat tale in potentia, & tunc fiet leue, & faciet statim suam actionem, nisi aliqd impediat. actio enim leuis est vt sit in aliquo vbi, & superius. impedimentum aũt accidit ei, qñ fuerit in contrario loci eius. & ſm hoc est cursus in quantitate ẽt, & in qualitate. Quamuis hoc debet quæri, s. quare leuia mouenti ad vnum locum, et similr grauia. Et causa in hoc est, qa sunt nata vt sint in aliquo vbi. & cẽntia grauis, & leuis ẽ ista, illud vbi tari inferius, & istud superius. Sed leue, & graue in potentia sunt multis modis, sicut diximus. aqua enim, dum est aqua, est in potẽtia leuis quoquo modo: &, cũ fuerit aer, possibile est vt impediatur, quin sit supius. sed. si illud impedimẽtum auferr̃, statim auget suã actionem. & erit semper superius. et ſm hũc modum trãsmutatur quale ẽt ad illud, quod est in actu. sciens enim statim sciet, nisi impediatur: & ipsum etiam quantum extendit, si

rũal

nihil sit, quod ipediat. Illud aũt, quod aufert impedimentũ, quoquo modo est motor, & quoquo modo non est motor. ver.g. quod, si aliquis homo auferat columnam sustinentem pondus, aut auferat lapidem positum sup vtrem in aqua, tunc mouebit ista, sed per accidens: quẽadmodũ pila, quæ à pariete reflectit, non mouet à pariete, sed à proiciente. Declaratũ est igitur ꝙ nullum istorũ mouet se ita, ꝙ in eo sit principiũ motus, ut moueat, aut vt agat, sed vt recipiat actionem.

32 Cum declarauit ꝙ lapis, & vlr corpa naturalia simplicia non mouent ex se, cum non diuidantur in motorem, & motum, & ꝙ propter hoc necesse est vt motor eorum sit extrinsecus, et declarauit ꝙ motor eorũ est extrinsecus, cũ hoc ꝙ sunt mota naturaliter, & ꝙ hoc in eis est per potentiã naturalem, quæ est in eis vt moueantur ad sua loca propria, sicut potẽtia existens in re generata in substantia ad recipienda alia ꝑdicamẽta, s. ꝙ motor in eis est naturalis, & extrinsecus, et ꝙ hoc, ꝙ mouẽt in loco, prouenit eis à generante, sicut prouenit qualitas propria, & alia accidentia, vult declarare ꝙ latentia motoris istorũ est essentialiter, ꝑpter mixtionem potentiæ, quam habet accidentalr cũ potẽtia, quam habet essentialiter, & ideo habet duos motores, motorem accidẽtaliter, & motorem essentialiter. & iõ motor, qui est essentialiter, admiscetur cum eo, qui est accidentaliter, ita, ꝙ existimatur ꝙ ista mouent se. & hoc intendit declarare in hoc cap. Et dixit Et, quia illud, quod est in potentia, &c. i. et nõ est manifestum illud mouens, ex quo mouẽti essentialiter corpora simplicia, quia potentia ad motũ dr duobus modis. Quorum vnus est de potentia essentiali, quæ est materia, ex qua generata sunt, & est naturalis. Alius autẽ est de potentia violenta, quæ est accidẽtalis. Deinde dedit exemplum, & dixit & potẽtia violenta, &c. ver. g. ꝙ ignis mouetur, &c. i. & exemplũ potentiæ essentialis, quæ non exit in actum, nisi à motore essentialiter, est potentia, quæ est in igne vt moueatur ad inferius, cum reuertitur terra: & potẽtia, quę est in terra, vt sit ignis, & vt moueatur ad superius, quæ est similis potentiæ, quæ est in addiscẽte, vt sit sciens. Exemplũ vero potentię, quę est accidentalr, est potẽtia, quę est in ipso igne, qñ impeditur à motu ad supertus: & potentia, quæ est in ipta terra, vt moueatur ad inferius, qñ impeditur. & ita potentia est filis potentiæ, quę est in sciente, qñ nõ scit. i. non vtitur sua scientia, & est violenta. Et, qa altera istarũ est essentialis, & altera accidentalis, attimida ut essentialem potentiæ, quæ est in addiscente, vt fiat sciens, & potentiã accidentalẽ et, quæ est in sciente, qñ non vtitur scia, propter aliquod impedimentum. Et hoc intendebat, cum dixit Et addiscens est in potentia, &c. i. & addiscens, anteq̃ addiscat, dr esse sciens in potẽtia alio modo ab eo, quo dr in eo, quod habet scientiam in tpe, in quo non vtitur sua scia, quod ipsum est sciens in potentia. prima enim est de genere potentiæ essentialis, secunda vero de genere potentię accidentalis, & ideo potẽtia essentialis indiget in hoc, ꝙ exeat in actum, a gente essentialr. secunda aũt non indiget agente in hoc, ꝙ exeat in actum, nisi per accẽs. qñ nõ est in potentia, nisi ꝓpter impediens, aut propter defectum subiecti, in quo agit. ver. g. qñ ignis est comburens in potentia, qñ non inuenit materiam, quam cõburat. cũ igitur inuenit materiam, quam cõburat, tunc fit cõburens in actu sine indigentia motoris extrinseci. & similiter ignis habet duas potentias, potentiam essentialẽ, & est potentia, quæ est in corpore, ex quo generatur, & potentiam accidentalem, & est potentia, quæ est in igne, qñ impeditur: & ista, ſm ꝙ est accidentalis, indiget motore accidentali, ecõtrario priæ potẽtię. Et, cũ ita sit, quęstio igitur dicens, vtrum ista corpora simplicia moueãtur in loco à motore extrinseco, aut ex se, distinguendũ est in rũsione ad illã. Qm̃ motus, ꝙ est in potẽtia vera nãliter ẽ potẽtia, ꝙ est in re, ex qua ġnatur corp⁹ simplex, in quo inuenit motus, nec̃io indiget motore essentialiter: & est illud, quod est extrinsecũ; s. generans. generans enim est illud, quod dat corpori simplici generato formã suam, & oĩa accidentia contingẽtia formę: quorum vnũ est motus in loco. & ideo, cum forma fuerit completa in eo, cõplebitur vbi suum debitum, & alia accidentia, nisi aliqd impediat. Potentia vero ad motum, quę accidit inuenirı in corpore simplici, qñ impeditur in tpe suæ generationis, quin moueat ad suum locum naturalem ab aliquo impedimẽto, qñ generatur in loco extraneo, aut qñ exit à suo loco naturali ab aliquo extrahente, non indiget in hoc; ꝙ exeat in actum, motore extrinseco essentialr, cum sit potẽtia accidentalis. Et, cum ita sit: & illud, quod mouet essentialiter, est illud, quo est potentia vera ad motum, s. potentia receptionis motus: tunc illud, quod mouetur in rei veritate hoc motu, est materia, ex qua generatur corpus simplex. v. g. ꝙ aer, qui est in potentia ignis, & supius, est illud, quod mouetur in rei veritate essentialiter ad superius, qñ fit ignis. Et, cum distinxit potentiam accidentalem à potẽtia essentiali, incœpit proprie dicere potẽtiam essentialem, & dixit & illud, quod est in potentia, forte erit in actu, &c. i. & proprium est potentię essentialiter, vt non fiat in actu, nisi propter motorem essentialem, & ꝙ nõ venit ad actum, nisi qñ cõgregantur duo, s. recipiens, & agens, ecõtrario potentiæ accidẽtali, quæ nõ indiget ad hoc, ꝙ exeat ad actũ, motore extrinseco, nisi per accidens, & est recessus impedimẽti. Et dixit torte. qñ qñcp congregantur agẽs, & recipiens, & nullus fit motus. Deinde dedit exemplum potẽtiæ essentialis naturalis, & dixit v. g. ꝙ addi scens fit sciens. i. ab eo, quod est in potentia vera, facit ipsum scirẽtem in rei veritate. Deinde d. illud enim, qđ habet scientiam, &c. i. tile enim, qui est sciens, quando non vtitur sua scientia, dr esse sciens in potẽtia, alio modo ab eo, quo dr in addiscente esse sciens in potẽtia anteqũ addiscat, s. qñ illa est potentia accidentalis, & ista est potentia essentialis. Deinde d. cum igitur fuerit talis dispositionis, &c. i. & qñ sciens fuerit sciens in actu, tunc non indiget in sua actione motore extrinseco in actu, sed aget sua actione, nisi aliquid impediat. Et, si aliquis diceret ꝙ, si sciens, qñ non vtitur sua scirẽtia, est sciens in potentia eo modo, quo dicimus in addiscente esse sciens in potentia, contingeret vt sciens, qñ nõ vtitur sua scientia, esset ignorans, sicut addiscens, qui est sciens in potentia. et hoc intẽdebat, cum dixit &, si nõ, cõtingeret, &c. Et, cũ declarauit ꝙ potẽtia dr duobꝰ modis, s. de potentia accidẽtali, & eẽntali, & ꝙ accidẽtalis non indiget motore extrinseco, nisi per accidens, incœpit notificare ꝙ potentia, quæ existit in lapide ad inferius est de hoc genere, i. accidentalis. &, cum ita sit, tũc ista nõ mouetur ex se, i. essentialiter. Et dixit Et ſm hunc modum, &c. i. & ſm modum duarum potentiarum, quæ existunt in addiscente, & sciente, inueniunt istæ duæ potentiæ in corporibus simplicibus naturalibus ẽt. Quemadmodũ enim discens est sciens in potentia, &, cum fuerit sciens in actu, operabitur sua scirẽtia. nisi aliqd impediat, similiter corpus, quod est in potẽtia ignis, aut calidum, aut motum ad supertus, cum fiet ignis in actu, fiet supius in actu, nisi aliquid impediat. Deinde d. & similiter est de graui, & leui, s. ꝙ potentia in eis

Generis cũ illud, qđ de corpi impoci ġnus sui formã, &c. i. accẽtia vel tigẽtia sig. qñ vrã el motus ipso. Idem, cõ. 31. corpi hoc vide i. cœli. 28.

A quo ꝓcedit ista, ab eodẽ accidẽte consequente formã ꝓpriam.

Potẽtia essentialis naturalis.

Vide cõtra. 2. de ala. t. 5. de ala. t. 6. c. 10. scientia definit.

quando fuerit positum ꝙ mouentia, quæ mouẽtur ſm hunc modum, neceſſe eſt vt reducantur ad primũ motorem, qui eſt cauſa inueniendo motum in eis, & ſine ipſo non moueret, dixit manifeſtum eſt enim quod omne motum, &c.t. & neceſſe eſt ꝙ in iſtis ſequaẽ impoſſibile prædictum: & eſt aliquid moueri illo modo motus, quo mouet. quia manifeſtum eſt ꝙ oẽ motum cuiuſcunq; generis ſit generum motus, ſi mouet quando mouetur, non mouetur niſi à motore, qui eſt ante ipſum. & hoc intẽdebat per motorem ſupertorem. Et dixit & maxime à primo mouentiũ. qm̃, cũ mouentia mouentur ex aliꝭ, poſtremum eorum non mouet, niſi per motorem, qui eſt ante ipſum, ſ. qui mouet ipſum: et ſimiliter iſtud ſecũdum nõ mouet, niſi per tertium, qđ eſt ante ipſum, & omnia nõ mouent, niſi per primum motorem. Sitigitur poſuerimus v.g. ꝙ generans generat, qñ alteratur, & alterans alterat, quando transferi, ſequitur neceſſario vt transferens ſit principium iſtoꝝ motuum, & motor iſtius motus eſt primus motor, & ſimiliter illud, quod mouetur ab eo. Et, cum ita ſit, & poſuerimus vt trãſferens, quod eſt primum. v.g. tranſferatur, qñ generat, & generatum non poteſt eſſe, niſi qñ transferens fuerit, qm̃ ita fuit poſitum, ſequitur neceſſario vt transferens non ſit transferens, niſi transferatur. Sed, quia impoſſibile non apparet in hoc loco bene in moto in loco: exiſtimatur enim ꝙ motor in loco mouet ſe: induxit modũ motus, in quo apparet impoſſibile ſequens hanc propoſitionem vſr, & dixit ſequitur enim vt ſciens addiſcat, &c.i. ſequitur enim ex hac poſitione vt primus motor, ver.g. in alteratione, vt ſciẽs doceat idem numero, & addiſcat ipſe inſimul, ita, quòd qui docet angulos triãguli eſſe æquales duobus rectis, addiſcat demonſtrationem eius, quando docet ipſam. ſequitur enim hoc vt idem ſciatur, & ignoretur inſimul. addiſcere enim eſt ſm ignoratiam, & docere ſm ſcientiam. Et deinde d. Et magis improbabile eſt, &c.t. & vſr qui dicit ꝙ motor non mouet, niſi ſm ꝙ mouetur, ſequitur et incõueniens, quod contingit dicenti, ꝙ ſanans non ſanat, niſi ſm ꝙ ſanatur. D. incœpit dicere quõ contingit hoc inconueniens, et dixit aut ex primo, aut per media plura vno. ideſt aut ex primo, quando mouetur illo modo motus, quo mouet. ſi autẽ poſuerimus ꝙ mouetur alio modo motus ab eo, quo mouet, veniet idem impoſſibile, ſ. mouere per mediũ. Et iſte ſermo, & prędictus ſunt idem, & eadem demõſtratio: ſed induxit primum in forma demõſtrationis, & ſecundum in forma ducentis ad impoſſibile improbabile. in hac enim poſitione adunata ſunt hæc duo, ſ. impoſſibilitas, & improbabilitas.

Non ergo neceſſe eſt ſemper moueri qđ mouet ab alio, eoꝝ moto. ſtabitur ergo. quare aut à quieſcente mouebit id, quod mouet primũ, aut ipm̃ ſeipſum mouebit. At vero, ſi oportet etiã cõſyderare vtrũ cauſa motionis ſit, & principiũ ipm̃ ſeipſum mouens, an id, quod ab alio mouet, illud omnis vtiq; ponet. id enim, quod p ſe eſt cauſa, ſemp prius ẽ eo, quod ſm alterum, & ipſo exiſtente.

Non igit̃ eſt neceſſariũ vt motum mouea tur ab aliquo ſemper, vt iſtud aliud moueat. ceſſabit hoc igit̃. & primum igit̃ motum aut mouebitur a geſcente, aut ipm̃ mouebit ſe. Sitigit̃ eſt neceſſariũ cõſyderare quod iſtorũ duorũ eſt cã, & principiũ motus, vtrũ illud, quod mouet ex ſe, aut ab alio. quilibet enim homo feſtinat ad ponẽdum hoc. illud enim, quod p ſe mouet in aliqua diſpoſitione, ſemper eſt cauſa prima eius, cuius tranſmutatio eſt in illa diſpoſitione etiam.

Ideſt. et, cum declaratum eſt ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid moueatur ab aliquo extrinſeco moto, & ꝙ aliud etiam moueatur ab alio extrinſeco moto, & ſic in infinitum: ſed neceſſe eſt vt hoc ceſſet, ſicut declaratũ fuit prius apud primum motum, quod non mouetur à motore extrinſeco moto. D.d. primum igit̃ motum, aut mouebitur à quieſcente, &c.t. neceſſe eſt igitur vt primum motum in loco moueatur à motore, qui non eſt innatum moueri, aut moueatur à motore, qui mouet ſe: vt intendit Plato ſm ſuam poſitionem, ꝙ oĩs motor de neceſſitate mouetur. D.d. Sitigitur neceſſe eſt conſyderare, &c.t. &, ſi neceſſariũ eſt in hac perſcrutatione conſyderare quæ iſtarũ rerum motarũ eſt dignior ut ponatur primum, vtrum illud, quod mouetur ex ſe, aut illud, quod mouetur ex alio extrinſeco. qlibet enim homo cõuenit nobiſcum in hoc, ꝙ illud, quod mouet ex ſe, eſt dignius vt ſit primum principiũ q̃ illud, quod mouetur ex alio. Et, cum dixit quilibet enim homo ſeſtinat ad ponẽdum hoc, dedit cãm in hoc, & dixit illud enim, quod per ſe mouet, &c.t. & hoc manifeſtum eſt oĩbus, & conceſſum eis. qm̃ illud, quod p ſe eſt in diſpoſitione, per quam eſt mouens, ſemper eſt cã p̃cedens illud, per quod aliud eſt in illa diſpoſitione, ſ. per quã eſt mouens. Et dixit hoc. qm̃, ſi hoc eſt neceſſariũ in hoc, ꝙ aliquid moueat, vt moueatur, tũc motor, qui habet in ſe iſtam diſpoſitionem, eſt dignior vt ſit motor, q̃ illud, quod habet hanc diſpoſitionem ex alio.

Caput Quartum. Quod, & ſi peruenia mus ad primũ ſeipſum mouens, neceſſe tamen ſit deuenire ad mouens penitus immobile.

QVare hoc conſyderandũ eſt, ſumpto alio principio, ſi qđ mouet ſeipſum, quo modo mouet, & ſm quẽ modum. Neceſſe igitur eſt omne, quod mouet, eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia. hoc enim oſtẽſum eſt prius in ꝛis, quæ vniuerſaliter de natura, ꝙ omne, qđ per ſe mouetur, cõtinuũ eſt. Impoſſibile igitur eſt ipſum mouens ſeipſum penitus mouere ipſum ſeipſum. feretur enim totum, & feret ſm eandem lationẽ, vnum exiſtens, & indiuiduum ſpecie, & alterabit̃, & alterabit: quare docebit vtiq;, & docebit̃ ſimul, & ſanabit, & ſanabit̃ ſm eãdem ſanitatem. Amplius aũt determinatum eſt ꝙ mouetur id, quod mobile eſt. hoc aũt eſt potentia, cum mouetur, non actu. quod aũt potentia eſt ad actum pergit. eſt autem motus actus mobilis imperfectus: mouẽs autem iã actu eſt: vt calefacit calidũ, & omnino id, qđ habet formam, generat. quare ſimul idem, et ſm idem calidum erit, & non calidum. ſimiliter autẽ & aliorum vnumquodq; eorum, quæ neceſſe eſt mouens habere vniuocum. eius ergo, quod ſeipſum mouet, hoc qdem mouet, illud autem mouetur.

Oportet

39 Secũdũ Platonẽ oĩs motor de neceſſitate mouetur.

Oẽ, qđ mouet, eſt diuiſibile. 6. phyſi. 12. & 8. phy. 62.

Quod per ſe eſt, ſemper prius eſt ea, q̃ ſm alterum.

Oportet igit̃ nos conſyderare nũc de hoc, incipiendo alio modo, ſ. ſi aliquid mouet ſe, qualiter mouet, & quo modo. Dicamus igitur, qm̃ neceſſe eſt vt oẽ motum diuidatur in diuiſibilia. hoc. n. declaratum eſt prius in noſtro ſermone de ſummis de natura. oẽ. n. motum per ſe eſt continuum. Et impoſſibile eſt vt illud, quod mouet ſe, moueat ſe ſm totũ. qm̃ tunc ſm totum transferret, & trãsferreẽ eodem modo tranſlationis, & eſt vnum indiuiſibile in ſua ſpecie, et tunc idem alterabitur, & alterabit: & ſic ſciet, & addiſcet illimul, & ſanabit, & ſanabitur eadem ſanatione. Et iam determinauimus etiam quid intẽdimus, cum dicimus, ꝙ aliquid mouetur, ſm ꝙ mouetur: & eſt ꝙ in potentia mouetur, & non in actu: & illud, quod mouetur, ſemper nititur ad perfectionẽ. & motus eſt perfectio non cõpleta ei, quod innatũ eſt moueri: & motor autem iam exiuit in actum: v.g. ꝙ calefaciẽs eſt calidum, & vlr eſt illud, quod iam habet formam. & ſic idem in codẽ modo erit calidũ, & non calidũ inſimul. & ſm hunc modũ eſt de qualibet aliarum rerum motarum, quarum motor eſt vniuocum ſecundũ formam.

40 Cum declarauit ꝙ oẽ motum in loco reduceẽ ad motum ex ſe, et ꝙ illud, quod ſequitur de hoc in motis poſtremis particularibus, ſequi ſiſr i motis ꝑmis vlibus, ſiue fuerit vnum, ſiue plura, & declarauit ꝙ neceſſe eſt vt motor, per quem mouetur motum ex ſe primũ, non moueatur oĩno, neq; eſſentialiter, neq; accidẽtaliter, et declarauit ꝙ idem impoſſe eſt vt moueat, & moueatur eodem modo, vult perſcrutari de moto ex ſe, ſm ꝙ eſt motum ex ſe, quo mouetur, et à quo mouetur. & intendebat hoc. qm̃ videbatur Platoni ꝙ motum ex ſe componitur ex moto, & motore, q mouet ſe. Et ideo dixit Oportet igitur nos nunc conſyderare, &c.t. et intendit per hoc, illud, quod mouet ex ſe, quod manifeſtum eſt eſſe motũ ex ſe. D.d. Dicamus igit̃ ꝙ neceſſe eſt, &c. & intẽdit ꝑ hoc, illud, quod declaratum fuit prius, ſ. ꝙ oẽ motum eſt corpus, & ꝙ oẽ corpus diuiditur in corpora diuiſibilia ſemper, & ꝙ impoſſe eſt corpus diuidi in indiuiſibilia, ſicut dicũt Platonici. Et, cum dixit ꝙ eſt continuum, inuit cauſam, quæ facit motum eſſe cõtinuum. motus. n. quia eſt continuus, fuit neceſſe vt ſubiectum eius ſit de natura continui, & non de natura diſcreti. Et, cum poſuit hanc propoſitionem, dicẽtem ꝙ oẽ motum eſt diuiſibile, ſequitur vt oẽ motũ ſit corpus, ſiue ponatur moueri ſe, aut moueri à motore alio. Et, cum verificauit hanc conſecutionem, & iam declarauerat ꝙ impoſſe eſt vt idẽ, ſm ꝙ eſt corpus, moueat ſe ita, ꝙ moueat ſe, & moueatur eodem modo, poſuit etiam hãc propoſitionem, & dixit & impoſſe eſt vt illud, &c.t. & iſte ſermo eſt intellectus ex prædicto, ſ. ꝙ impoſſe eſt ꝙ aliquid moueat, ſm ꝙ mouet. et hoc eſt in motis, & mouentibus, q̃ dr̃ vniuoce. & dixit hoc, qa hoc non eſt impoſſe, niſi in motoribus, quæ ſunt corpora, aut virtutes in corporibus. Et ideo exiſtimauit Plato ꝙ mota ex ſe mouẽtur à motoribus abſtractis, ſ. quia ponebat ꝙ mouẽs ſe eſt abſtractum, & ꝙ abſtractum eſt mouens ſe. Sed, ſi hoc fuerit ita, tũc motus, & mouere illic dicentur æquiuoce cum motu, qui eſt hic. Et error contingit Platoni ex hoc, quod opinabatur ꝙ primus motor in corpore, q mouetur ex ſe, nõ eſt corpus, & eſt vera opinio. & opinans eſt cũ hoc, ꝙ oĩs motor, ſiue fuerit corpus, ſiue non, nõ mouet, niſi moueaẽ vno modo motus, dicto vniuoce. & fuit impoſſe apud ipſum vt motor, qui eſt corpus, moueat ſe, & ſiſr q eſt virtus in corpore. et tunc concluſit ex hoc, ꝙ aĩa nõ eſt in corpore, & ꝙ eſt ętterna, cum moueat ſe. Et hoc eſſet verum, ſi aĩa moueret ſe eſſentialiter, & moueret ſe motu proprio abſtractis, ſ. vt intellectus, & intellectum in ea eſſent idem, vt declaratum eſt de primo motore, & de cæteris motoribus abſtractis. ſed iſte motus dicitur q̃uuoce cum motu, qui eſt à motoribus, qui ſunt corpora, aut virtutes in corporibus. & omne hoc manifeſtum eſt exercitantibus ſe in iſtis ſcientiis.

Mot⁹ aĩæ. & intelligentiarũ ſ. ſpeciebus diuerſis cum motu, qui a motoribꝫ, quæ ſunt corpora, aut virtutes in corporibus.

Quod autem non eſt ipſum ſeipſum mouens ſic, vt vtrũq; ab vtroq; moueaẽ, ex his manifeſtũ eſt. neq;. n. erit primũ mouens vltimum, ſi vtrũq; vtrũq; mouebit. quod. n. prius magis cauſa eſt mouendi, q̃ ſequens, & mouebit magis. Dupliciter. n. mouere eſt, aliud quidẽ id ipſum, quod ab alio mouetur, aliud autem ſeipſo. proximus aũt eſt quod lõgius eſt ab eo, quod mouetur à principio, quam quod in medio eſt. Amplius non neceſſe eſt mouẽs moueri, niſi à ſeipſo. ſecundũ accidẽs ergo contra mouet alterum. at ſumpſi cõtingere nõ mouere. erit ergo aliud quidẽ, quod mouetur, aliud aũt mouens immobile. Amplius non neceſſe eſt mouẽs contra moueri, ſed aut immobile aliqd mouere neceſſe eſt, aut ipſum à ſeipſo moueri: ſi neceſſe qdẽ eſt ſemp motũ eſſe. Amplius ſm qđ mouet motũ ẽt vtiq; mouebit. quare calefaciens calefit.

Quod prius & magis eſt mouendi, q̃ ſequens, & mouebit magis. 20

An ꝙd mouet moueri ſit neceſſe.

Neceſſe eſt igitur vt illud, quod mouet ſe, ſit quidda motor, & quidda motum. & apparet ex hoc, quod nos dicemus, ꝙ illud, quod mouet ſe, non mouet ita, ꝙ vtraq; pars eius mouetur ab vtraq; parte. tũc. n. neutra pars erit motor primus, cũ vtraq; pars moueat ſe. qm̃, vt ſit cauſa motionis illud, quod ẽ prius, eſt dignius q̃ vt ſit cã motionis cõſequẽtis, & ſuũ mouere ad illud eſt magis. Mouere aũt ſit duobus modis, quorũ vnus ẽ vt motũ moueatur ab alio, & alius eſt vt moueat per ſe. et illud, quod eſt remotius à moto eſt propinquius principio. Et etiam non ſequitur neceſſario vt motũ ſic moueat, ſi motũ ex ſe nõ fuerit. per accidens igitur mouet vtrũq; eorũ reliquum. ergo poſſibile eſt vt vtrũq; eorũ nõ moueat alterum. alterũ igitur eorum erit motum tm̃. & alterũ motor non motum. Et etiã non eſt neceſſariũ vt motor reuertatur, & moueatur, ſed eſt neceſſariũ vt ſit aliquid, quod moueat, & nõ moueaẽ, aut aliqd, quod mouetur ex ſe, ſi eſt neceſſariũ vt ſemper ſit motus. et, ſi non, tunc moueretur motu, quo moueret, & ſic calefaciens calefieret.

Ideſt. &, cum motũ ex ſe impoſſibile eſt vt moueat ſe, ita, ꝙ motor in eo ſit motum idem. neceſſe [illegible]

compositum ex motore, qui nõ mouetur, & ex moto. Qm̃, si motor in eo fuerit motum, tunc ipsum erit primum motum ex se: & reuerteretur quæstio, vtrum motum in eo sit motor, aut quiddã est motor, qui non mouetur, & quiddam motum. Et est manifestũ ꝙ motor, à quo mouetur motum p se, nõ est corpus. qm̃, si esset corpus, non moueret, nisi moueretur. Si Arist. igitur esset cõtentus i hac declaratione de dispõne motus ex se, esset sufficiens in hoc, quod intendit. sed, quia aliqs potest defendere Platonem dicendo, quid prohibet ꝙ vtraꝙ pars moti ex se moueat reliquam, ita, ꝙ motus eius sit quasi reciprocatus i se, dixit & apparet ex hoc, quod nos dicemus, &c. & intendit essentialiter, & non accidentaliter. D.d. tunc enim, &c. i. sed, cum hoc fuerit positum, sequitur vt neutra earum sit primum motum ex se. D.d. cum vtraꝙ moueat se, &c. i. & sequit vt vtraꝙ earum non sit primum motum. qm̃ vtraꝙ earum est dignior, vt sit causa eius, quod est se mouere seipsum, ꝙ vt sit causa se mouere aliud. qm̃, si mouere aliud est consequens mediante se, mouere seipsum est præcedens. & ratio est econtrario. & est, qm̃ vtriuſꝙ earum mouere seipsum est se mouere aliud. Prior igit̃ duarum motionum est mouere aliud, et consequens, et posterius est mouere se: quod est econtrario ei, quod mouet ex se. D.d. Mouere. n. fuit duobus modis, &c. & demõstrat destructionem istius positionis, s. vt duo mota, aut plura vtrũꝙ eorum moueat reliquum essentialiter ex hoc, quod declaratũ est ꝙ motum, quod inuenitur in eis, quæ mouentur insimul, quæ sunt duo, & plus, est duobus modis. quorũ vnus est motum, quod mouetur ab alio, & alterum motum, quod mouetur p se & est aliud, ad quod perueniunt mota ex aliis. & illud, quod est remotius à postremo moto: & est illud, quod est propinquius principio, quod est motum ex se: est dignius mouere ꝙ̃, ppinquius ei. Et fm hoc erit impossibile vt vtrũꝙ duorum motorũ moueat reliquum essentialiter. tunc. n. vtrũꝙ erit motum, & motor insimul eodem modo, & non erit ille primus motor, primum motum ex se, nec postremum motũ, nec media.

* 2 l. moto. Et totum hoc est ecõtrario ei, quod positum fuit de dispositione in * loco. Sed quia hoc nõ prohibet hoc esse per accidẽs, i. vt illud, quod mouet per se, accidat ei, vt moueat aliud, dixit Et etiam non sequitur nẽcio, &c. i. &, cum in motis, quæ sunt hmõi, s. quorum vtrũꝙ mouet reliquũ essentialr, non fuerit motũ ex se, non sequit vt motũ eorũ moueat aliud. hoc. n. nõ est necesse, nisi in medio, q̃d est iter motũ ex se, & postremũ motũ, quod nõ mouet, vt declaratum fuit prius. Et, cum oẽ hoc est, sicut narrauimus, tunc nõ est pone vt vtrũꝙ eorũ moueat vtrũꝙ, nisi p accns, & ꝙ vtrũꝙ eorũ sit motũ ex se. & hoc est ecõtrario ei, qd̃ posuit aduersarius. D.d. ergo pone ẽ, &c. i. et, cũ vtrũꝙ eorũ nõ mouet reliquũ, nisi per accidens, pone est vt neutrũ moueat reliquum ita, ꝙ ex ambobus non fiat motum ex se nisi per accidens. & aduersarius ponit ꝙ motum ex se mouet se essentialiter, & semper. Deinde induxit conclusionem, quæ demonstrata est prius, & dixit alterum igitur erit motum, &c. i. &, cum motum ex se nõ potest componi ex duabus partibus, quarũ vtraꝙ moueat reliquũ, sequitur nẽcio vt cõponatur ex duabus partibus, quarum altera est motor tm̃, non mota, & alia mota tantũ. D.d. & etiam non est nẽcium, &c. i. & etiam nõ est necessarium, si motor nõ moueat, nisi reuertat, et moueatur à se, & tunc moueat, siue moueat se per medũ, aut sine medio. contingit. n. vt calefaciens calefaciat se. &, cum hoc est impossibile, necesse est, si motus est semp, vt sit hic primus motor, ꝙ non mouetur, & motum ex se. & si nõ, cõtingeret, sicut dixit, ꝙ calefaciẽs calefacere se, & tunc calefaceret aliquid. quod est impossẽ.

At vero neq; ipsius primõ seipsum mouentis aut vna pars, aut plures mouebũt ipsa seipsam vnaquęq;. totum. n. si mouetur ipsum à seipso, aut ab aliquo eorũ, quæ sunt ipsius, mouebitur, aut totum à toto. Si igit̃, quia mouetur aliqua pars ipsa à seipsa, hæc vtiq; erit illud primum ipsum seipsum mouens. separata. n. hęc quidem mouebit ipsa seipsam, totum autem non amplius. Si vero totum à toto mouetur, secundum accidens hæ mouebunt ipsæ seipsas. Quare, si non necessario, accipiantur nõ moueri à seipsis. Ipsius igitur totius aliud mouebit, cũ immobile sit, aliud autem mouebitur. solum. n. sic pone est aliquid per seipsum motiuum esse. Amplius, si tota ipsa seipsam mouet, hoc quidem mouebit ipsius, illud autem mouebitur. Quæ igitur A B, & à seipsa mouebitur, & ab A.

Et impossibile est etiam vt nulla pars eius, quod primo mouet se, nec plures vna, moueat seipsam. qm̃ ipsum totũ, si mouetur ex se, aut mouetur ab aliqua parte suarum partium, aut ipsum totum mouetur à seipso toto. Si ergo mouet̃ ita, ꝙ aliqua pars eius mouetur ex se, tunc illa pars est primum, quod mouet seipsum. qm̃ illa pars singulariter mouet seipsam, illud autem fm totum non. Et, si illud totum mouetur a seipso toto, tũc ista, s. partes, etiam mouentur per accidens. Et, si hoc non est necessarium, neq; ponatur eas non moueri ex se, tũc igitur quiddam totius mouet, & non mouetur, & quiddam mouetur. Et etiam, si aliquid fm totum mouet se, & quiddam est motor, & quiddam motum, A B ergo mouetur ex se, & ex A.

A mouens. B motum.

Tota linea ex seipsa moueť, & ab A primo.

Ista est declaratio, in qua sustentatus est Aris. 42
ꝙ motum ex se componitur ex motore, qui non mouetur, & ex moto: nõ ex moto, & motore, qui innatus est mouere se, vt Plato dicebat. Expositores aũt, s. Themistius, & Alexander inducunt demonstrationem super hoc alio modo, existimãdo ipsam esse breuiorem, & certiorem demonstratione Arist. Dicunt. n. ꝙ motum ex se non potest euadere a quinq; partibus cõtradicẽtibus, s. Aut diuidit̃ in duas partes, motorẽ non motum, & rem motam, Aut vt totum moueat se, Aut vt vtraꝙ pars moueat vtraꝙ, Aut vt pars moueat totum, Aut vt totum moueat partẽ. Et ducunt ad inconueniẽs in oibus eis eadem via. & est, quia motor est ipsum motum. Dicunt. n. ꝙ, si totum mouet totum, erit mouens idem cum moto. quod est impossẽ. Et, si pars mouerit totũ, tunc eadem pars erit in eo motor, et motum. Et sil'r, si vtraq; pars mouerit vtraq; partem, tũc vtraq; earum mouebit se. non. n. est dfia inter hoc, ꝙ aliquid moueat se cum medio, aut sine medio. Et sil'r dicunt, si totum mouerit partem, sequitur vt totum moueat se. Et totum hoc est error, & deceptio. Primo. n. decipiuntur, ar,

Digressio cõtra Themistium, & Alexan.

Primꝰ error eorum.

decipiuntur, pccãtes in hoc, ꝙ existimant, ꝙ diuisio, qua vtitur in hac declaratione, est diuisio in contradicentibus: et ꝙ demonstratio complebitur, qm̃ quatuor cõtradicentia destruentur, & remanebit quintũ, quod est, ꝙ motum ex se componitur ex motore non moto, quod non est corpus, & ex moto, quod est corpus. Et non est, sicut existimauerunt. qm̃, cum posuerimus, ꝙ impossẽ est vt motum sit ipse motor, tũc necesse erit vt motum ex se diuidatur in duas partes, s. in motorem, ꝙ non mouetur, & rem, quę mouetur tm̃ modo. sed quia Arist. vidit ꝙ sunt hic alij modi ab his duobus modis, & põt aliquis existimare, ꝙ motũ ex se forte est fm aliquem eorũ, ideꝛpit destruere eos ad confirmandũ suam demõstrationem. & ideo induxit in vnoquoq; eorũ cõclusionẽ, quam induxit in pma demõstratione, &, si demonstratio eius esset fundata super modũ contradictionis, non induceret conclusionem, nisi semel. Et, quia existimatio magis apparẽs est, ꝙ vtraq; pars moti ex se mouet reliquam fm reciprocationem, ideꝛpit destruere hoc, dicendo, hoc aut erit essentialr, aut accidentalr. Et, si fuerit essentialiter, continget vt non sit in eis motum ex se, & etiam vt aliquid moueat se, fm ꝙ mouet. et, cum destruxerit duas diuisiones, destructum erit vt illud, quod mouet ex se, sit tale. Expositores autem, cum destruxerunt diuisionem, quę est essentialr, existimauerunt ꝙ posito esset destructa. & hoc est secundũ peccatum. Et hoc etiam, quod dicunt, ꝙ, si totum mouetur à parte, continget vt pars, quę mouet, moueatur essentialiter, immo sequitur etiã vt illa pars moueatur ex se, necessarium est vt destruat ista positio, dicendo, ꝙ quæstio reuertitur in hoc, quod mouetur ex se, qũo mouetur. & cõtingit etiam, ꝙ illud, quod sunt positum motum primum, non sit primum motum. & etiam totum moueri à parte est per accidens. Responsio igit̃ remanebit in modo, qui est per accidens ipsum esse. impossibile est. n. in rei veritate de modo, fm quem pars mouet partẽ, cum nullo modo imaginatur ꝙ pars mouet totum, nisi per accidens: & remotius est imaginari ꝙ totum mouet partem essentialr. Non est igitur vtendum istis duobus modis, donec diuidani fm eũ essentialiter, & accidentaliter, sicut fecit Arist. Sed hoc non fecit in his duobus modis, neq; habuit curã de eis, cum nullus existimet in primo moto ex se ꝙ pars illius mouet totum, aut ꝙ totum mouet partem: cum pars mouens debet distinguit a parte mota fm esse, aut fm definitionem. Et, cum ita fuerit, tũc motum ex se diuidet in duas partes, i motum ex se, & motum à moto ex se: & tunc non imaginabitur ꝙ pars mouet totum, aut ꝙ totum mouet partem, nisi per accidẽs. Et, quia isti duo modi, qui sunt per accidens, sunt manifesti, non habuit curam de eis Arist. sed habuit curam destruere eos, in quibus nõ bene apparet eos esse per accidens, sicut fecit in partibus, quæ mouent se admixtem, et imponendo ꝙ quælibet pars mouet se, in quo dixit ꝙ, si motum ex se fuerit tale, continget vt illæ partes moueant, sed p accidens. Aris. igitur non vtitur de istis modis, nisi eis, in quibus latet eos esse per accidens: & sunt illi modi, de quibus põt aliquis existimare ꝙ aliquis eorũ est motum per se. De eis autẽ, de quibus apparet accidentalitas, non habuit curam Arist. & sunt ꝙ totum mouet partem, aut ꝙ pars mouet totum. Si igitur aliquis dixerit ꝙ Arist. deberet destruere istos modos, s. totũ mouere partem, et partẽ mouere totum, fm ꝙ sunt per accidens, dicemus ad hoc, ꝙ Arist. dimisit eos propter hoc, ꝙ accidentalitas est manifesta in eis: & non voluit destruere, nisi eos, in quibus accidentalitas nõ est manifesta per se, cũ hoc, sicut diximus, ꝙ nullus existimat vt motum ex se sit tale. s. de eis, in quibus accidentalitas est manifesta per se.

Totũ mouetur a parte, & pars accns: & remotius est imaginari ꝙ totum mouet partem essentialiter.

Secundus error.

Dubium.

Solutio.

Qm̃ autem mouet aliud quidẽ, quod mouetur ab alio, aliud aũt immobile existens, & mouet hoc quidem mouens, illud autẽ nihil mouens, ipsum seipsum mouens, necesse est ex immobili esse, mouẽte tm̃, & adhuc ex eo, quod mouetur, non mouet aũt ex necessitate, sed qualiter cũꝙ euenit. Sit enim A mouens quidem, & immobile, B vero id, quod & mouetur ab A, & mouet id, in quo C, hoc aũt motum quidẽ ab ipso B, mouens autem nihil. si. n. & per plura veniat aliqñ in C, sit p vnum solum. totum ergo A B C ipsum seipsum mouet. sed, si aufero ipsum C, ipsum qdẽ A B mouebit ipsum seipsum: ipsum enim A est mouens, B vero, id quod mouetur. ipsum autem C non mouebit ipsum seipsum, neq; penitus mouebitur. At vero neq; B C mouebit ipsa seipsam sine ipso A. nã B mouet ex eo, quia mouet̃ ab alio, nõ quia à seipso parte aliqua. ipsum igitur A B solum seipsum mouet. Necesse est igit̃ ipsum seipsum mouens habere mouens immobile tm̃, & id, quod mouetur, nihil aũt mouet ex necessitate, tangenta aũt aut vtraq; seinuicem, aut alterum alterum. Si igitur continuum est id, quod mouet: (quod. n. mouetur continuum eẽ necessarium est:) manifestum est ꝙ totum ipsum seipsum mouet, non eò, ꝙ ipsius aliqd huiusmodi sit, vt ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum seipsum, & mouens, & motũ, eò, ꝙ ipsius aliquid est ipsum mouẽs, & id, quod mouetur. non. n. totum mouet, neq; totũ mouetur, sed mouet quidẽ ipsum A. mouetur aũt ipsum B solum. ipsum aũt C ab ipso B non amplius. impossẽ enim est.

Et, qa aliquid mouet, aut ita, ꝙ moueatur ab alio, aut ita, ꝙ non moueatur, & aliqd mouet, aut ita, ꝙ moueat, aut ita, ꝙ non moueat omnino, necesse est, vt illud, quod mouet se, sit ex nõ moto, sed est motor & ex moto, sed nõ necessario est motor, sed currit fm vtrũlibet. Si igitur A motor, sed non motum, & B motum ab A, & mouens C, & C moueat ex B, & nihil moueat omnino. qm̃, cum ad hoc perueniemus cum mediis pluribus vno, ponatur vnum medium tm̃ esse. A B C igitur totũ mouet se. sed, si abstulerimus C, remanebit A B mouens se: A enim est motor, & B motum. & C non mouet se: immo non erit omnino motor. Neq; B C mouebit se sine A. B enim mouet, quia mouetur ab alio. non à parte aliqua ipsius A. B enim totum mouet se. Necesse est igit̃ vt illud, quod mouet se, habeat in se motorem. m. sed est non motum, & motum. sed est nõ motor secundus necessario, dum vtrũꝙ con

aut tangit ipsum. Si igitur motor fuerit continuus: motũ vero necessario est continuũ: manifestum est ꝙ tota res erit mouens se, nõ, quia quiddam ipsius est tale, s. mouẽs se, sed tota res mouet se, sed est motum, & motor, ita, ꝙ quiddam eius est motor, & quiddã est motum. non.n. ipsum ẜm totum mouetur, neq; ipsum ẜm totum mouet, sed mouet ẜm A, & mouetur ẜm B tantum.

Motor tm̃. A	Motum, & mouens. B	Motum tm̃. C
Anima.	Calor naturalis.	Corpꝰ musculi.

43 Cum declarauit ꝙ moti ex se quædam pars est motor, qui non mouetur, & est forma, & quædã pars mouetur, vult declarare ꝙ oẽ motum ex se primũ, & essentialiter componitur ex parte, quę mouet tm̃, & ex parte, quæ mouetur, & ꝙ pars mota non est de necessitate propter hoc, vt sit motor alterius partis, sed in quibusdam motis ex se erit motor, s. in eis, quæ sunt non prima, & in quibusdam non erit, s. in primis. Et intendebat declarare per hoc, ꝙ necesse est vt in motis ex se, in quibus sunt plura vno moto sit motum ex se primum. qm̃, si pars mota esset semp motor, contingeret vt motum ex se diuideretur in plures partes duabus. Ipse igit̃ ponit has partes esse finitas, & declarat ꝙ motum primum ex se in talibus componitur ex motore, & moto tm̃. Et, cũ voluit declarare hoc, incepit diuidere modos motoris, & dixit Et, quia aliquid mouet, &c.i. & quia motor est duobus modis, aut motor, qui non mouetur oino, qm̃ mouet: & est illud, ad quod inducit nos sermo: aut motor, qui mouetur, qm̃ mouet: illud autẽ, quod mouetur, & tunc mouet, non est necesse semp vt sit motor, sed forte erit motor, & motum, & forte erit motum non motor alicuius rei: necesse est vt motũ ex se componatur ex motore nõ moto, & ex moto, sed ꝙ nõ de necessitate est motor. et hoc est, quod est motum ex se primũ, s. quod non mouetur à sua parte. Illud aũt, quod mouetur ex se propter aliquam partem ipsius, sicut est dispõ in aĩali ẜm totum. Et primum motum in eo est motor necessario. sicut calor naturalis, q est motor, et motum in aĩali nec͂io. qm̃, cum fuerit separatus à membris, quæ mouentur, corrumpetur. Hoc igitur est illud, quod intendebat declarare in hoc sermone, s. ꝙ motum ex se componitur ex duabus partibus tãtum, quarum vna est motor tm̃, & alia motum, & ꝙ motũ ex se continuum naturaliter, si primitus non fuerit tale, nec͂io est in eo motor talis. Et, cũ d. hoc, dedit exemplũ de litteris & d. Si igitur A, &c.i. sit igitur motum ex se, compositum ex motore, qui nõ mouetur, s. A, & ex motore, qui mouetur ex A, plus vno, v.g. vt sit cõpositum ex A, & B, & C. A autem mouebit B, & non mouetur, & B mouet C, et mouetur ab A, & C mouet ex B, & nihil mouet. D.d. qm̃, cum ad hoc perueniemus, &c.i. & indifferenter siue istud motum ex se compositum ponatur cõponi ex motis, & motoribus multis, ita, ꝙ primus motor mouet postremum motũ cum pluribus medijs, aut cũ vno medio, in hoc, quod intẽdimus declarare, s. ꝙ ĩ omni moto ex se tali est motum ex se primum, quod componitur ex duabus partibus tm̃, & ꝙ illud est motum ex se, non aliqua alia par partium, quæ sunt in illo. D.d. ponatur igitur esse per vnũ medium tm̃ i. &, cum talis dicta est in hoc, ꝙ ponatur mouere cum pluribus medijs finitis, aut cum vno medio, ponatur mouere cum vno medio, s. ponatur componi ex tribus. medium.n. vnum existit in tali numero. D.d. A B C igitur totum mouet se.i. &, cum posuerimus ꝙ mouens se mouet partem postremam ipsius, s. A, manifestum est ꝙ istud ex se motum componitur ex A, & B, & C. v.g. ꝙ musculus est motum ex se, & cõponitur ex tribus, i. ex corpore musculi, & est postremum motum, & ex calore naturali, qui est motor, & motũ, qui transit in neruis, & aĩa mouente, quæ est forma in illo calore naturali. D.d. sed, si abstulerimus C, &c.i. sed, si abstulerimus C, ex hoc moto ex se, quod componitur ex A B C, tunc remanebit illud, quod componitur ex A B, motum ex se. Et, cum dixit ꝙ illud remanẽs, cõpositũ ex A B, est illud, quod in rei veritate mouet se, dedit causam in hoc, et dixit A enim est motor, &c.i. & sequitur nec͂io vt illud, quod mouet se, sit cõpositum ex A B. quia A est motor, cũ sit necessarium vt mouens se habeat motum, & B est primum motum ab A. C autem non est motum. quod est necessarium inueniendo motum ex se, s. quia C non est pars, quæ mouetur ab eo. & hoc intendebat, cũ dixit & C non mouet se.i. & C nõ est illud, qđ mouet se, nec est motum, quod est in illo, quod mouet se, cum sit declaratum ꝙ illud, quod mouet se, cõponitur ex duobus, s. A, & B. & C forte non erit oino motor, & remanebit residuum motum ex se, s. illud, quod cõponitur ex A, & B. D.d. Neq; B C etiam mouet se sine A. i. neq; possumus etiã dicere ꝙ B, & C est illud, quod mouet se sine A. Et intendebat cõcludere diuisionẽ. qm̃ nõ possumus dicere, ꝙ illud, quod ponitur ex A, & B, & C, est illud, quod mouet se. qm̃, si aufertur C, remanebit A B mouens se. neq; etiam possumus dicere hoc in solo A: A enim non mouetur sine B: neq; in solo B, sine A: qm̃ necesse est vt B habeat motorem: remanet de necessitate vt illud, de quo dicimus mouere se, sit cõpositum ex A, & B. Et, cum narrauit ꝙ B nõ est mouens se, dedit causam in hoc, & dixit B enim mouet, qa mouetur, &c.i. & B nõ est motum ex se, quia positum fuit moueri ex alio, s. ex A, non ab aliqua parte in ipso. qm̃, si moueretur ab aliqua parte in ipso, tunc illa pars esset mouens se. D.d. qm̃ A B solum est illud, quod mouet se, i. qm̃ illud, quod cõponitur ex A B, est illud, quod est necesse vt moueatur ex se. & intendebat ꝙ B non fuit positum in positione diuidi in parte, q̃ est motor, non motum, & in parte, quę est motum, sed posuimus A motorem, & B motum. Et, cum posuit omnia ista, dedit cõclusionem, & dixit Necesse est igitur, &c. declaratum est igitur ex hoc, ꝙ illud, quod est motum ex se, in rei veritate componitur ex motore, qui nõ mouetur, & ex primo moto. Iam igit̃ conclusit illud, quod intendebat declarare, & est, ꝙ motum ex se cõponitur ex duabus partibus, s. ex motore non moto, & ex moto, quod non mouet de necessitate. D.d. dum cõuenit vtrũq; reliquo, aut tangit ipsum. i. ꝙ nõ sequit̃ vt motum moueat de necessitate, dum mouetur à suo motore. ista.n. concomitantia erit ex duobus. in primo autẽ moto erit, dum fuerit cõuenientia inter ipsum, & motorem: in medio autem dum tangit tertium. medium autem necesse est vt tangat corpu. primu autem motor necesse est vt conueniat. D.d. Si igitur motor fuerit cõtinuus, &c.i. si igitur primus motor est de natura continui, quia est in continuo in rei veritate, quod est motum, manifestum est ꝙ totum est in toto continuo moto, non in quodam eius. qm̃ non possumus ipsum propter suam continuitatem cum aliqua parte eius, sed cum toto. &, cum ita sit, motum ex se est secundum totum, sed non eodem modo, sed motor ꝓpter A, & motum ꝓpter B. Et dixit Si igit motor fuerit continuus, quia primus motor non est virtus in corpore, ita, ꝙ diceretur continuũ propter naturam cõtinui cum ipso, i. corpore.

Aĩa ẽ forma ĩ calore naturali. [illegible] Met. co. 31.

Calor naturalis est motor & motũ [illegible] Physi. co primo.

corporis. D.d. sed est motũ, & motor, &c.i. non continuum, s. ꝙ in eo est motor, & motum insimul, sed est, sicut d. mouens ẜm A, & mouetur ẜm B tantum.

Dubitationem autem habet, si auferat aliquis aut ab ipso A, si continuum est, id, quod mouet quidem, sed immobile est, aut ab ipso B, quod mouetur, an reliquũ vtiq; ipsius A mouebit, aut reliquum ipsius B mouebitur. si.n. hoc, non vtiq; erit, quæ primo mouetur à seipsa, quæ A B. remota.n. ab A B adhuc mouebit seipsam reliqua A B. An potentia quidem vtrũq; nihil prohibet, aut alterum, id scilicet, quod mouetur, diuisibile esse, actu autem indiuisibile. si autem diuidatur, non vlterius esse eandem habens potentiã. quare nihil prohibet ĩ ijs, quę diuidi possunt, potẽtia primo inesse. Manifestum est igitur ex his ꝙ est primum mouens immobile. siue.n. confestim id, quod mouetur, ab aliquo autẽ mouet̃, stet ad immobile primum, siue ad id, quod mouet̃ quidem, ipsum aũt seipsum mouẽs est, & sistẽs, vtroq; modo accidit vtiq; id, qđ primũ mouet, in oibus eẽ motis ĩmobile.

Et quæritur in hoc, si ex A, si fuerit continuum, & est motor nõ motũ, aut ex B, quod est motum, diminuatur aliquid, vtrum illud, quod remanet ex A, sit motor, et illud, quod remanet ex B, sit motum. Qm̃, si hoc fuerit, tunc A B nõ erit primum motum ex se. qm̃ ex A, & B auferetur aliquid, & reliquũ mouet se. Dicamus igitur ad hoc ꝙ nõ est inopinabile vt vtrũq;, aut alterum, s. motum sit in potẽtia diuisibile, in actu autem non. sed, si diuidatur, tunc natura eius non erit illa eadem natura. et ideo non est inopinabile vt in diuisibilibus sit in potentia aliqđ primum. Apparet igitur ex hoc ꝙ primus motor non est motum. qm̃, si motum cessabit cito, et mouetur ab aliquo, peruenietur ad primum motorẽ, qui non mouetur, &, si perueniatur ad motũ, sed ẽ illud, qđ mouet se, et facit ipsum quiescere, sequit̃ ex illo modo, & ex isto insimul vt primũ in oibus motis sit non motũ.

44 Cum declarauit ꝙ motum ex se componitur ex motore non moto, & ex moto, quod non mouet de necessitate, & ꝙ, si mouens inueniatur compositum ex pluribus vno moto, necesse est vt dissoluatur ĩ motum ex se primum, s. in illud, cui est proprium vt primum motum in ipso nõ moueat de necessitate: motum.n. ex se, quia est duobus modis, modo in quo primum motũ à primo motore mouet de necessitate, & modo, in quo primũ motũ nihil mouet de necessitate, ĩcœpit dubitare de hoc, s. in motum primum ex se esse. Potest.n. aliquis dicere ꝙ non est possibile vt primum motum per se sit, neq; primus motor. qm̃ motum est continuũ per se, & motor etiã est cõtinuus, qa est in continuo, & cõtinuũ diuiditur semper in diuisibilia. Et ideo dixit Et quæritur de hoc, &c.i. & quæritur in hoc, quod diximus, s. ꝙ mouens se primum est, quod componitur ex motore non moto, & ex moto indiuisibili, i. nõ motore tali modo. Potest.n. aliquis dicere ꝙ, si ex motore, qui non mouetur (si motor sit de natura continui, quia est forma continui) diminuatur aliquid, aut ex moto, cum de necessitate sit de natura continui, aut ex motore (si accidit ei continuitas) remanebit residuũ motum ex se: & sic non erit hoc mouẽs seipsum primum, neq; motor primus. Et hoc intendebat cũ dixit Qm̃, si hoc fuerit, &c. D. dedit solutionem, et dixit Dicamus igit ad hoc, &c.i. dicamus igitur soluendo ꝙ non est remotum vt vtrũq; sit diuisibile in potentia in infinitum, si vtrũq; fuerit continuum, aut alterum, s. motum, si non fuerit positum ꝙ motor est de natura eius, cui accidit continuitas, & est materialis, vt declaratum est, ĩ actu aũt est impoſſe. D.d. Sed si diuidat̃, &c.i. & est impoſſe vt motum diuidatur in actu in infinitum, et silr̃ motor. qm̃ tunc diuisio perueniet ad hoc, ꝙ eorum natura corrumpetur. v.g. ꝙ, si primum motum ex se fuerit ignis iste demonstratus, à quo auferemus partem, & postea aliam, & postea aliã, perueniemus ad talẽ quãtitatem, quę, si diuidat̃, corrumpetur ignis, cũ minima quãtitas ignis sit determinata. Et silr̃ est de aĩali annuloso, ex quo, si diuisa fuerit aliqua pars, remanebit residuũ non motum ex se. &, cum ista diuisio nõ procedat in infinitum, manifestum est hoc esse motum ex se primum, & motorem primum. Et tale motum esse posuit pro principio, in principio Septimi, ad declarandum ꝙ oẽ motum habet motorem. D.d. & ideo non est inopinabile, &c.i. & ideo non est impossibile vt diuisibilibus in potẽtia sit aliquid primum: licet, ẜm ꝙ est in potentia, non sit in eis primum: sed est necesse hic esse primum. &, si non, non esset motus. Et dixit in motore, qm̃ primi motores apud ipsum sunt duobus modis, i. motor materialis, i. qui cõstituitur per rem motam: & hoc est in rebus generabilibus, & corruptibilibus. & motor non materialis. & hoc non dicitur continuum, nisi per accidens. continuitas.n. essentialiter est impossibilis in omni moto primo, qm̃ est non corpus. non.n. loquitur in hoc loco, nisi in moto ex se simpli: in moto autem ex se, quod est impossibile esse in toto primus motor, manifestum est ꝙ nõ dicitur continuum omnino, qa non mouetur neq; essentialiter, neq; accidentaliter. & hoc nõ accidit, nisi in motoribus, qui constituuntur p rem motam ab eis, sicut in animabus animalium. principia autem prima, quæ sunt in motis ex se æterna, motor in eis non est diuisibilis neq; essentialiter, neq; accidentaliter. D.d. Apparet ex hoc igitur, &c.i. &, cum manifestum sit ꝙ motũ ex se non potest diuidi in infinitum, manifestum est ꝙ in motis ex se est talis motor, i. q nõ mouetur omnino. D. dedit modum, ex quo apparet hoc &, d. qm̃, si motum cessabit, &c.i. si mouetur ex se non ex alio. & hoc intendebat cum d. cessabit. et omne motum mouetur ab aliquo, peruenietur ĩ hoc moto ex se ad motorem, qui nõ mouetur. qm̃, si componitur ex pluribus vno moto, necesse est peruenire ad motorẽ, qui non mouetur. &, quia tale non est medium iter motorem, qui non mouetur in eo, et inter motum, ideo dixit cessabit cito. D.d. &, si perueniat ad motum, &c. idest &, si motum positum nõ mouet se, sed perueniat ad mouens se, vt prius declaratum fuit. et omne mouẽs se est in eo motor, qui nõ mouetur. sequitur necessario ex illo moto, & ex isto, vt hic sit primus motor, qui nõ mouetur. Et quasi diceret, &, quia omne motum non fugit alterum istorum, s. ꝙ aut erit motum ex se, aut ex alio. & motum ex alio peruenit ad motum ex se. & motum ex se habet motorem, qui non mouetur. sequit ex vtroq; modo vt oẽ motum habeat motorem, qui non mouetur, i. ꝙ oẽs motus reducuntur ad talem motorẽ, aut ad vnũ, aut ad plures vno. Et dixit est ĩ ad, quod mouet

Minima quãtitas ignis est [illegible]

Motor duplex.

mouet ſe,& facit ipſum quieſcere. quia iam accepit in deſcriptione moti ex ſe,quod eſt illud, quod habet quieſcere ex ſe. & in hoc differt motum ex ſe ſecũdum ſuam optnionem,& à motibus corporum ſimplicium, cum iſta exiſtimentur moueri per ſe.

Caput Quintum. Primum mouens eſſe perpetuũ, & unum, ipſumq; nec per ſe, nec per accidens moueri.

QVoniam autem oportet motum ſemper eſſe, & non intermitti, neceſſarium eſt eẽ aliquid perpetuũ, quod primum mouet, ſiue vnum ſit, ſiue plura, & primum mouens immobile eſſe.

Et, quia motus neceſſe eſt vt ſit ſemper, et nunq̃ deficiat, ſequit̃ neceſſario vt ſit hic aliquis primus motor, ſiue vnum, ſiue plura, & ꝙ primus motor non ſit motum.

45 Cum declarauit in Sexto ꝙ eſt impoſſibile ꝙ motus æternus ſit, niſi circularis, et declarauit in pncipio Septimi ꝙ omne motum habet motorem, & poſtea declarauit in illo tractatu ꝙ mota mouentia ſe admutem in loco reducuntur ad motum ex ſe, & declarauit in pncipio iſtius tractatus ꝙ nunq̃ motus deficiet, neq; in præterito, neq; in futuro, ſequitur ex hoc, ꝙ primum motum ex ſe, ad quod reducuntur omnes motus ex ſe in loco, ſit æternum. &, ſi non, eſſet poſſibile vt motus deficeret in aliqua hora, cum ipſum ſit cauſa illius. & ꝙ propter hoc neceſſe eſt vt ſit hic vnus motus æternus: & eſt ille, ſm quẽ mouetur iſtud motum primũ. D.d. poſt hoc quæſtiones contingẽtes in hoc, & vidit ꝙ neceſſe eſt iterare perſecutationem de motu in hoc tractatu, & complere ſermonem de hoc in propoſitionibus, q̃bus vtus eſt in Sexto, & Septimo. Et vſt vidit ꝙ melius eſt congregare illud totũ, & declarare qđ remanet ad declarandum de diſpoſitione entiũ in motu, et quiete, & declarare qs motus ſit iſte motus, & vtrum motor illius ſit in materia, aut nõ in materia. Et incœpit dicere entia in oẽs diſpones, quę poſſibile eſt vt exiſtimetur eſſe ſm ipſas in motu, et quiete. Et poſtea diſſoluit quæſtionem contingentem in hoc, ꝙ oẽ motum habet motorem ex motibus corporũ ſimplicium, & declarauit ꝙ iſti non mouentur ex ſe. D. declarauit ꝙ oſa mouentia, quæ mouentur in loco reducuntur ad motũ ex ſe. Et poſtea declarauit ꝙ motũ iſtud, & motor cõponitur ex vno moto, et ex primo motore, qui nõ mouetur. Et cum compleuit hãc declarationem perfecte, & eſt illa, quam declarauit in Septimo nõ perfecte: q̃m hic non declarauit ꝙ primum motum debet componi ex motore, qui non mouetur, et ex primo moto: reuertens eſt etiam ad illud, quod declarauit in pncipio iſtius tractatus, ſ. ꝙ nulla eſt hora, i qua deficit motus, ad cõcludendum eandem concluſionem, quam concluſit in principio iſtius tractatus, ex hoc, quod declaratũ fuit in eo, ꝙ motus nunq̃ deficit, & ex illo, quod declaratum fuit in Septimo, ſ. ꝙ mouentia, quæ mouẽtur in loco, reducuntur ad motum ex ſe, q̃m illa cõcluſio perfectior apparebit hic, cum ſermo de propoſitionibus, ſuper quas fundata concluſio eſt perfectior in hoc tractatu. & concluſio eſt, ꝙ eſt hic motus vnus æternus. Et, quia omnia iſta iam ſunt, ſicut narrauimus, reuertens eſt ad primam propoſitionem, quam verificauit in principio iſtius tractatus & d. Et, quia motus, &c. t. &, cum declaratum ſit ꝙ oſa mouentia, quæ mouentur reducuntur ad primum motum ex ſe, quod componitur ex primo moto, & ex motore, qui non mouetur, & iã declaratum eſt ꝙ nullo hora deficit motus, neceſſe eſt vt primus motor, ad quem reducuntur alĩ motus, ſit æternus, & ſit abſolutus ab omni trãſmutatione, & vt motum ab eo etiam ſit abſolutũ ab oĩ tranſmutatione, niſi à motu in loco: et ſiue ille motor, q̃ eſt talis, fuerit vnus, aut plures. Et fuit neceſſe vt ipſe non quieſcat à mouere, nec illud, quod mouetur ab eo à motu, quia eſt cauſa motuum. Et demonſtratum eſt ꝙ motus nunq̃ deficit, &, ſi ille motor in aliqua hora non moueret, tunc deficeret motus. Et fuit neceſſe etiam vt non ſit tranſmutabile, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter. qm̃, ſi ita eſſet, tũc eſſet motor prior illo. Et, cum manifeſtum ſit, æternum eſſe motorem, & motum ab eo æternum. qm̃, ſi non eſſet æternum, tunc moueretur ab eo per accidens, & ſic eſſet illic motor prior illo: ergo neceſſe eſt vt ſit hic motus æternus. Vtrum autem iſte motor eſt vnus, aut plures perſcrutandum eſt in alia ſcientia.

Vide. 12 me 2.t.c.4.2. & inde.

* Vnumquodq; igitur immobilium quidem, mouentium aũt, perpetuum eſſe nihil ad præſentem ſermonem. Quod aũt neceſſarium eſt eſſe aliquid, quod ſemper immobile quidem ipſum ſit omni extranea mutatione, & ſimpliciter, & ſm accidens, motiuum autẽ alterius manifeſtum eſt conſyderantibus ſic. Sit autem, ſi quis velit, in quibuſdam contingens, vt ſit aliq̃n, & non ſit ſine generatione, & corruptione. fortaſſis. n. neceſſarium eſt, ſi gd impartibile aliq̃n quidem eſt, aliq̃n aũt nõ eſt, ſine mutatione aliq̃n quidem eſſe, aliq̃n autem non eſſe oẽ tale. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autẽ quędam aliq̃n quidem eſſe, aliq̃n autem nõ eſſe, cõtingat & hoc. ſed nequaq̃ omnia quidem poſſibile eſt. manifeſtum. n. eſt, ꝙ cauſa quędam ĩs, quæ ipſa ſeipſa mouent, ineſt, vt aliq̃n quidem ſint, aliq̃n autem non ſint. quod enim ipm ſeipſum mouens eſt, oẽ neceſſe eſt magnitudinem hr̃e, ſi nihil mouetur impartibile. id autem, quod mouet, nulla neceſſitate eſt ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia vero corrũpantur, & hoc ſit continue, nulla cauſa eſt immobilium quidẽ, nõ ſemper autem exiſtentium. neq; rurſus eorum, quæ ſemper quidem hæc mouent, horum autẽ alia. ipſius enim, quod ſemper eſt, & continui neq; vnumquodq; ipſorum cauſa eſt, neque omnia. nam hic ſe habere perpetuum, & ex neceſſitate eſt. omnia autem infinita, & non ſimul omnia ſunt.

* 2.l. At vnũ quodq;.

Vtrum autem vnumquodq; mouentium, quæ non mouentur, ſit æternum, non eſt intrans modo ad propoſitum. Qm̃ autem neceſſe eſt vt ſit hic aliquid, quod in ſe non ſit motum, & ſit abſolutum ab omni tranſmutatione ſimplr̃, & per accidẽs, quod mouet aliquod aliud, declarabitur hoc modo. Ponatur igitur hoc eſſe poſſibile in quibuſdam vt ſit qn̄q;, & non ſit qn̄q; ſine generatione, & corruptione. dignius eſt. n. illud, quod non

diuiditur

diuiditur, quando fuerit quandoque, & non fuerit quandoque, vt eſſe cuiuslibet talis, aut non eſſe ſit neceſſarium, vt ſit ſine tranſmutatione. Ponatur igitur ꝙ poſſibile eſt vt quædam principia, etiam quæ ſunt non mota, ſed ſunt mouentia, ſint qn̄q;, & qn̄q; nõ ſint. ſed non eſt poſſibile vt omnia ſint talia. manifeſtum eſt. n. ꝙ hic eſt alia cauſa eorũ, quę mouẽt ſe in eſſe eorũ qn̄q;, & nõ eẽ corũ qn̄q;. omne enim mouens ſe, neceſſe eſt vt habeat magnitudinem, cum illud, quod non diuiditur, non mouetur. motor autem nõ ſequitur aliquo modo vt habeat magnitudinẽ. Cauſa vero in hoc, ꝙ quædã generantur, & quædam corrumpuntur, & hoc eſſe perpetuum, non eſt vnum eorũ, quæ ſunt non mota. ſed non ſunt ſemper in eſſe mota, ita, ꝙ iſta moueant ſemper, & per hoc mouẽãt alia. quod enim eſt tale, nec non vnum huius, neq; omnia erunt cauſa rei perpetuæ cõtinuæ. iſta. n. diſpoſitio, ſm quam ſunt iſta, eſt æterna, & neceſſaria. iſta autem omnia ſunt infinita: ſed non omnia exiſtunt ĩſimul.

ratio enim est de non esse in esse, corruptio vero de esse in non esse, & nõ intelligit hic ꝙ non esse nõ esse simpliciter, sed non esse alicuius, s. non esse huius generati, vel huius corrupti. D. d. & duo termini alterationis sunt duo contraria, i. et duo termini motus alterationis sunt duo contrarta, inter quæ fit iste motus. vt album, & nigrum in coloribus, & calidum, & frigidum in tangibilibus, & alia contraria existentia in modis istorum motuum, quę declarata sunt in Septimo istius libri. illic. n. declarauit in quo genere qualitatum inuenitur iste motus. Et, cum induxit opposita, quæ sunt in generatione, & corruptione, & alteratione, induxit ẽt ea, quę sunt in motu quantitatis, & dixit & duo termini augmenti & diminutionis, &c. i. & duo termini oppositi augmẽto, & diminutioni sunt magnũ, & paruum. Et est ita, sicut dixit. qm̃ res naturales habẽt magnitudines terminatas. minimus igit̃ hõ est terminatus naturaliter, & similiter maximus. si enim magnitudines rerum nõ essent terminatæ, tunc magnitudines nõ haberent pfectionem quæsitam in natura per motũ augmenti. manifestum est. n. per se, qm̃, quemadmodũ nõ quælibet actio fit per quamlibet qualitatem, s. per quãlibet formam, ita est manifestũ per se esse impossibile vt quælibet actio entium fit per quamlibet magnitudinem. sed vnaquæq; actio actionum ꝓpriarum cuilibet enti habet qualitatem propriam, & quantitatem propriã. Sicut igitur actio hois nõ põt ꝓuenire, nisi à forma hois, ita impossibile est vt actio eius ꝓueniat, nisi à sua magnitudine. magnitudo igit̃ hois est terminata naturaliter, & similiter sua forma, & sic in vnaquaq; rerum naturaliũ. D. d. aut pfectio, aut diminutio magnitudinis. i. in motu augmenti, & diminutionis. Et, cum declarauit ꝙ impossibile est, ꝙ isti motus sint cõtinui, æterni, ſm ꝙ sunt idem motus, cum sint de contrario in cõtrarium, & de opposito in oppositum, & quod est tale, est finitũ, et põt aliquis dicere forte ꝙ cõtinuatio in eis est propter translationem ipsius moti de alio motu in motum oppositum et in illo genere, ita, ꝙ interim non sit quies, v.g. vt alteratum moueat de albedine in nigredinem, deinde de nigredine in albedinẽ, ita, ꝙ nõ in medio sit quies, & sic in infinitum, dixit, rñdẽdo, & illa, q̃ sunt in partes contrarias sunt contraria. i. & non est dicendum ꝙ motus oppositi istarum rerum sint cõtinui. motus enim, qui sunt ad partes oppositas, sunt oppositi, & intendit per partes oppositas contraria in alteratione. D. d. & quod non mouei, semper fuit, &c. i. & omne, quod mouet motu, qui habet principiũ, & finẽ, et anteq̃ moueb at, erat ens, necesse vt ẽ moueat post quietem, non post motum, si prius mouebatur motu contrario posteriori. & dixit hic ꝙ ois motus desinens non desinit, nisi qñ aufertur potentia ab eo, in quo fuit transmutatio. & hoc erit, qñ illud est in actu. & oẽ, qđ est in actu, est quiescens necessario: qñ, si moueretur, esset in potẽtia. &, si esset in potentia, tunc motus non finiretur, quod est cõtra positũ. & hæc declaratio cõis est duobus motibus, s. alterationis, & augmenti. In transmutatione aũt generationis, & corruptionis non apparet alietas duorum motuum ex quiete motu inter eos: cum illud, quod transmutatur hoc motu transmutationis, non est aliquod demõstratũ in duobus extremis motuum. & ideo processit in hoc per aliam viam cõem aliis trãsmutationibus: & est, qm̃ inter oẽs duos motus oppositos est tps necessario. et, cum ita sit, dixit Et ſm hunc modũ, &c. Et intendit ꝙ modos transmutationis transmutationes residuas, & dixit ꝙ generatio, & corruptio sunt opposita simplr, quia opponunt sibi ſm esse, & nõ esse. D. d. & quæ sunt in vnoquoq; individuo, & c. i. & generatio existens in aliquo individuo est oppositi corruptioni, exñti in illo eodem individuo. i. qñ impossibile est vt generatio, & corruptio insimul sint in eodem individuo in eodem tpe: ergo inter illos est tps necessario. Et, cum posuit ꝙ istæ duæ transmutationes sunt oppositę, dixit Et ideo, si nõ fuerit possibile, &c. i. &, cum fuerit positum ꝙ duæ transmutationes oppositæ sint continuæ sine aliquo tpe interposito, continget necessario vt idem transmutetur duabus transmutationibus oppositis insimul. Quoniam, si motus de albedine in nigredinem sit cõtinuus cum motu de nigredine in albedinem, tunc illud, quod mouetur de albedine, mouetur ad albedinem. Secundum igit̃ quòd mouetur de albedine dimittit eam, & acquirit nigredinem. & ſm ꝙ mouei ad albedinem dimittit nigredinem, & acquirit albedinem. ergo in eadẽ dispõne acquirit eandem partem albedinis, & dimittit illam: & mouei ẽt duobus motibus contrarijs insimul, quod est impossibile. Et simili accidit in generatione, & corruptione, & in alijs transmutationibus alijs eis, & in motu locali. demonstratio enim cõis est oibus transmutationibus. et, cum duo motus non fuerint insimul, sequitur ꝙ inter eos sit tps necessario. Et ista demonstratio non debet intelligi, nisi in eodẽ moto, quod mouetur duobus motibus cõtrarijs, hñtibus ſpm, & finẽ, non in motibus successiuis, qui sunt in pluribus motibus, sicut motus chordæ apud percussionem earum oium. neq; in duobus motibus, quorũ alter est pfectio alterius in eodem moto. qm̃ inter oẽs istos non est tempus: neque aliquis eorum est motus pfectus. i. habet principiũ, & finem. finis. n. motus naturalr non est motus, sed quies. & silr principium motus est ex non motu, nisi sit per accidens. ſm hoc igit̃ est intelligenda ista demonstratio. Et, quia ista declaratio est cõis oibus transmutationibus, prima aũt propria tranſmutabilibus, quæ recipiunt quietem, dixit non enim est differẽtia, &c. i. & in ista demõstratione non indigetur ponere duas transmutationes contrarias esse, sicut fuit factũ in prima, sed tm̃ indigetur in ea hoc, s. ꝙ impossibile est vt contradictoria opposita sint insimul. D. d. nec etiã indigetur hoc. i. & ista demonstratio non indiget illo, quod acceptum fuit in prima, s. ꝙ in eodem nõ existit duo cõtraria insimul, neq; ẽt indigetur in hac demonstratione illo tertio posito in prima, s. ꝙ quies est contraria motui. D. dedit causam in hoc, et dixit quod enim nõ est, &c. i. & causa in hoc, ꝙ ista transmutatio non potuit ad quietem, est: qm̃ trãsmutatio, quę est corruptio, peruenit ad non ens: & nõ ens nõ dr̃ quiescere, nec trãsmutari, nec esse contrariũ. & oia ista erant accepta in prima demonstratione. D. d. sed illud, quo indigetur in hoc sermone, & c. i. illud enim, quod indiget declaratione in hac demõstratione vsi, est hoc vnũ solum, s. ꝙ inter oẽs duas transmutationes oppositas, quocunq; modo sit modoꝝ trãsmutationis, est tps. hoc enim verificato, verificabitur impossibile esse duas transmutationes oppositas esse continuas. D. d. nostra enim indigentia in hoc, & c. i. & istæ duæ demonstrationes differunt, quia demõstratio, qua vtitur hic in hoc, ꝙ duæ transmutationes oppositæ non sunt cõtinuæ, non indiget ad hoc, ꝙ duo contraria existant in eodem insimul, sed ad hoc, ꝙ impossibile est vt duo opposita sint insimul, s. ens, & non ens, qñ duo prima, s. duo opposita, de quibus dictum fuit in hac demonstratione ꝙ ea esse insimul est impossibile, s. impossibile, ad quod induxit ista demonstratio, non fuit hoc, s. duo cõtraria existere in eodem insimul, sed duo contradictoria existere insimul, s. ens, & non ens. Et, qa in prima demonstratione fuit acceptum ꝙ trãsmutationes oppositę [illegible] trariæ admittem, & ꝙ quietes, quę sunt inter eas [illegible] etiam, & contingit in hoc quæstio, vtrum [illegible] trarium habeat plus vno contrario, [illegible]

Vnaquæq; res nãlis est determinata ꝓ maximus, et minimũ. Idẽ supra. c. 44. & quæ ibi.

Decumẽtũ.

Intellectꝰ expõnis, [illegible] ns quòd [illegible] cadit quies

Non est [illegible] dr̃ quies [illegible] ta [illegible] ta [illegible] phy. 6. c. 1. [illegible] hic cõa.

quòd vnum contrarium non habet niſi vnum contrarium, incœpit diſſoluere hãc qõnem, & dixit Et nõ debemus peccare. t. et nõ debemus decipi in hoc, ꝙ poſumus ſermonem dicentis, ꝙ contingit nobis vt idem habeat duo cõtraria, qm̃ iam poſuimus ꝙ vterq; duorum motuum oppoſitorũ eſt contrarius reliquo: & ꝙ quies, ex qua incœpit vterq; motuum, eſt cõtraria ipſi motui: & ſic motus habebit duo contraria, ſ. motũ, & quietem. D. dedit rñſionem in hoc, & dixit ſed nõ debemus conſyderare in hoc ſolo, & non in alio, ideſt & iſta qõ accidit in pluribus: & ideo non eſt conſyderanda in hoc loco ſolo. D. d. motus igitur, & quies oppoñuntur, &c. t. nõ enim eſt impoſſibile dicere ꝙ motus eſt cõtrarius quieti, & motui, ſicut dr̃ ꝙ æquale eſt cõtrarium magno, & paruo, & mediocre eſt contrarium intenſo, & diminuto. Et intendeba: per hoc notificare ꝙ poſſibile eſt idem habere plura vno cõtrario. Aut qñ contrarietas, quæ eſt inter ea, nõ eſt maxima, ſicut media, quæ ſunt inter contraria. Aut qñ idem habebit plura cõtraria diuerſis modis. Et iſta eſt diſpoſitio motus. modus enim, ſm quẽ motus eſt cõtrarius motui, eſt alius à modo, ſm quem motus eſt contrarius quieti. & æquale eſt contrarium magno, & paruo, ſm hoc, ꝙ contrarietas, quæ eſt inter æquale, & nõ æquale, eſt vna. & ſiſſr videſ eſſe in oibus medijs cũ extremis. D. dixit & ꝙ impoſſibile eſt vt ſint inſimul, &c. t. non enĩ indigeẽ in hac declaratione ponere contrarium habere vnũ contrarium, ted hoc tm̃ indigeẽ, ſ. impoſſibile eſſe duos motus oppoſitos exiſtere inſimul.

Quomodo vni põt plura cõtraria. et quõ nõ.

Amplius autem & in generatione, & corruptione etiam penitus abſurdum eſſe videbitur, ſi factum confeſtim neceſſe eſt corrũpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his vtiq; fides alijs fiet. phyſicum enim eſt ſimiliter ſeſe habere in omnibus.

Et etiam malum eſt omni modo exiſtimare de generatione, & corruptione, quòd res, quãdo generatur, neceſſe eſt vt corrumpat̃ ſtatim, & non remaneat tempore omnino. Et hoc erit certitudo de hac intẽtione in alijs partibus. curſus enim naturæ eſt in illis omnibus eodem modo.

63

Ideſt. & inopinabile eſt exiſtimare ꝙ motus generationis eſt continuus cum motu corruptionis, ita, ꝙ generatum nõ habeat eſſe oĩno, niſi in potentia. qñ, ſi iſti duo motus eſſent continui, tunc non haberet generatum eſſe in actu. omne enim exiſtens in actu eſt in tẽpore, ſ. demonſtrato. & tunc natura ageret ocioſe. Et quia, qñ hõ intelliget hoc eẽ impoſſibile in generatione, ſtatim intelligit ipſum eſſe impoſſibile in alijs tranſmutationibus, dixit Et per hoc erit certitudo, &c. t. & per cognitionem iſtius intẽtionis in generatione erit certitudo cognitionis eius in alijs tranſmutationibus. qñ natura currit in entibus eode modo, ſ. ꝙ finis eſſe non eſt corruptio. qm̃ oĩs motus eſt via ad generationem, aut in ſubſtantia, aut in qualitate, aut in quantitate. &, ſi motus cõtrarius cõtinuaret, deſtrueret generatio.

Omne ens i quo eſt ẽ ſ. recto tẽmõ ſtrato.

Si motꝰ contrarius cõtinuaret, deſtrueret generationem.

Caput Tertium. Nullam lationẽ, nec rectam, neq; etiam reflexam aliquam, ſiue rectã, ſiue circulare poſſe eſſe perpetuo continuam.

QVod aũt contingit eſſe quendam infinitum vnum exiſtentem, & cõtinuũ, & hic eſt circularis, nũc dicamus.

Omne enim, quod fertur, mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto. quare, ſi neq; illorum alter continuus eſt, neq; illum, qui ex vtriſq; cõpoſitus eſt, eſſe eſt poſſibile. ꝙ autẽ id, quod fertur recto, & finito, non ferat̃ continue, manifeſtum eſt. reflectitur enim. reflexum aũt recto cõtrarijs mouetur motibus. contrarius enim ſecundum locum eſt is, qui eſt ſurſum, ei, q eſt deorſum: & qui eſt in ante, ei, qui eſt i retro: & qui eſt ad ſiniſtra, ei, q eſt ad dextra. loci enĩ cõtrarietates hæ ſunt. Quis aũt eſt vnus, & cõtinuus motus, prius definitum eſt, ꝙ is, qui eſt vnus, & in vno tẽpore, & in non differenti ſm ſpeciem. Tria enim ſunt, & quod mouetur, vt homo, aut Deus: & qñ, vt tẽpus: & tertium id, in quo. hoc autem eſt aut paſſio, aut forma, aut locus, aut magnitudo. contraria autem differunt ſpecie, & non vnum ſunt. loci autẽ ſunt dictæ differentiæ. Signum autẽ eſt ꝙ motus cõtrarius eſt, qui eſt ab A ad B ei, qui eſt ab ipſo B ad A, quia ſiſtunt, & ceſſare faciũt ſe inuicem, ſi ſimul fiant. Et in circulo ſimiliter. vt qui eſt ab A ad B ei, qui eſt ab A ad C. ſiſtũt enim, ſi cõtinui ſint, & non fiat reflexio, propterea quòd contraria mutuo ſe corrumpunt, & impediunt. ſed non is, qui eſt in latus, ei, qui eſt ſurſum.

Motus localis diuiſio. Idẽ 3 phyſ. t. c. 15.

Reflexã recto contrarijs mouẽt motibus.

Et nos declarabimus modo ꝙ poſſibile eſt vt ſit hic motus, infinitus, vnus, & cõtinuus. eſt enim aut totius translati, aut circulariter. Dicamus igitur ꝙ oẽ eſt translatum, aut circulariter, aut recte, aut motu mixto. ſi igit̃ alter iſtorum nõ fuerit continuus, impoſſibile erit vt cõpoſitus ex ambobus ſit continuus. & manifeſtum eſt ꝙ translatum per lineã rectam finitam non mouẽt cõtinue: reuertitur enim recte: & quod reuertit̃ recte, mouetur duobus motibus contrarijs. motus enim in loco ad ſuperius eſt cõtrarius motui ad inferius: & motus ad anterius eſt contrarius motui ad poſterius: & motus ad ſiniſtrũ eſt contrarius motui ad dextrum. iſti enim ſunt modi contrarietatis in loco. Et iam determinauimus prius quis motus ſit vnus continuus, & diximus ꝙ eſt motus, qui eſt eiuſdẽ rei in vno tẽpore, & in eo, ꝙ non diuerſat̃ ſm formam, ſ. ſm ſpeciem. Illa enim, per quæ complebitur hoc, ſunt tria, motum, ſ. v. g. hõ, aut Deus: & quando, v. g. tempus: & tertium eſt illud, in quo eſt motus, ſ. locus, aut paſſio, aut forma, aut magnitudo. contrarii autẽ differunt ſm formam, & non ſm naturam. At illi aũt modi, quos diximus, differunt ſm locũ. Et ſignum ꝙ motus de A ad B eſt contrarius motui ex B ad A, eſt, quia contradicũt ſibi.

Ad motum vnum requiritur.

ſibi, & reſiſtunt, quando fuerint inſimul. Et ſimiliter eſt etiam, cum fuerit in circulo. v. g. de motu ab A verſus B, & de B verſus A. qm̃ reſiſtunt, & contradicunt ſibi. ſi igit̃ fuerint continui, non habebunt reuerſionem, neq; reflexionem, qm̃ contraria ſunt ſe corrumpentia, & ſibi reſiſtentia. & motus ad latus non reſiſtit motui ad ſuperius.

Demonſtratio, ꝙ in linea recta motus ex oppoſitis locis ſunt contrarij.



64

Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt vt trãſmutatio in qualitate, aut quantitate, aut in ſubſtãtia ſit motus cõtinuus in infinitũ, vult in hoc capitulo declarare ꝙ hoc etiam impoſſibile eſt, vt ſit, niſi ſ motu circulari tm̃ ad vnam partem, non in recto, neq; in eo, qui reuertit̃ ſup vnam lineam rectam, aut circularẽ, & dixit Et nos declarabimus, &c. & intendit per totum translatum, motum, in quo illud, quod mouet̃, occupat totum locum. Deinde dixit Dicamus igitur ꝙ omne trãslatum, &c. & iſta propoſitio eſt manifeſta per ſe, ſed de motu mixto ex duobus motibus intelliguntur duo, ꝙ ambo ſint actu æqualiter, ſ. aut ꝙ alter motus ſit victus, & alter vincens ſit medius inter duos motus, ſicut motus, qui eſt per lineam curuam. Et hoc videtur magis intendere in hoc loco. & primã intentionẽ intẽdebat in primo de cœlo, & mundo. & poſſunt intelligi ambæ. Deinde dixit ſi igitur alter, &c. & hoc eſt manifeſtum per ſe in motu cõpoſito ex duobus motibus, ver. g. ꝙ ſi fuerit impoſſibile vt motus rectus ſit infinitus, impoſſibile erit vt curuus, aut gyratiuus ſit infinitus. Si aũt intelexerimus per cõpoſitum ſecundam intẽtionem, tunc difficile cõprehenderetur in iſta demonſtratione. Qñ, ſi vincens eſt ille, in quo impoſſibile eſt vt ſit infinitus, manifeſtũ eſt vt iſte modus ſ. iorum impoſſibile eſt vt ſit infinitus. Si aũt vincens eſt ille, in quo eſt poſſibile eſſe priuationẽ finitatis, exiſtimatur ꝙ non apparet in eo hoc, quod dixit Ariſt. ſ. ꝙ, ſi alter fuerit impoſſibile vt ſit infinitus, impoſſibile erit hoc in cõpoſito, ſimplices enim motus, in quibus impoſſibile eſt hoc, ſunt in hac mixtione in potentia, in mixtione aũt ſm primam intentionẽ ſunt in actu. & tũ difficile põt adaptari ſua vocabula huic mõ mixtionis, niſi cõiungatur et aliud fundamentũ: & eſt, ꝙ oẽ, quod eſt in potentia aliquid, neceſſario exibit in actũ. & ſi non, tunc natura ageret ocioſe. Tunc igitur verificabitur nobis, ꝙ impoſſibile eſt vt motus mixtus ex recto, & circulari ſit infinitus, & ſi poſuerimus ꝙ circularis eſt vincens. qm̃ erit finitus in potentia, inquantum habet in ſe de potẽtia motus recti. & propter latentiã iſtius intentionis diximus ꝙ prima expõ eſt manifeſtior. Et, cum declaratũ fuit in Sexto ꝙ impoſſibile eſt vt motꝰ rectus ſit infinitus, & põt aliquis dicere, qm̃ forte infinitas eſt poſſibilis in eo ſm reflexionem moti in eodẽ ſpatio finito vicibus infinitis, dixit & manifeſtiũ eſt ꝙ trãſlatio p lineam rectã, &c. t. & manifeſtũ eſt ꝙ translatũ ſuper lineam rectam finitam eundo, & reuertendo, non mouetur vno motu, ſed duobus motibus contrarijs. D. declarauit quõ ſunt cõtrarij, & dixit motus enim in loco ad ſuperius, &c. t. & neceſſe eſt vt duo motus, qbus mouetur vnũ motum in eodem ſpatio ſm reuerſionem, ſint cõtrarij. qm̃, ſi alter motus tuerit ad ſuperius, reliquus erit oppoſitus ei, qm̃ ad inferius: &, ſi ad inferius, reliquus erit ad ſuperius: &, ſi ad anterius, reliquus erit ad poſterius: &, ſi ad dextrum, reliquus erit ad ſiniſtrũ, aut ecõuerſo. Et hoc ſunt neceſſarium, qm̃ dimenſiones corporum ſunt tres, longitudo, latitudo, & profunditas. Extrema lõgitudinis dr̃ ſuperius, & inferius, latitudinis dextrum, & ſiniſtrum, & profunditatis anterius, & poſterius. Et debes ſcire ꝙ iſtæ partes ſunt diſtinctæ in natura in homine, & ſimiliter in mundo: ſed in homine ſunt manifeſtæ per ſe, in mundo aũt per demonſtrationem. Et, quia manifeſtum eſt ꝙ iſti ſunt modi cõtrarietatis in loco, dixit iſti enim ſunt modi contrarietatis in loco. Et, cum concluſit ꝙ iſti duo motus ſunt oppoſiti, incœpit declarare ꝙ duo motus oppoſiti non ſunt vnus, ad cõcludendum ꝙ duo motus, qui ſunt hmõi, ſ. ſm reuerſionem, nõ ſunt vnus, & dixit Et iam determinauimus prius. t. motus, q eſt vnus moti, & in vno tẽpore, & in eadẽ ſpecie, t. nõ diuerſa duabus differentijs oppoſitis. Deinde declarauit hæc tria, & dixit Illa enim, per quæ cõplentur hæc, ſunt tria, &c. & intendit ꝙ locus eſt genus, in quod eſt motus translationis, & paſſio eſt genus, in quam eſt motus alterationis, & forma eſt natura, in quam eſt motus generationis, & corruptionis, & magnitudo eſt genus, in quod eſt motus augmenti, & diminutionis. Et intendit per Deũ ali quod corpus cœleſte: ſicut erat tunc tamoſum. Et, cũ poſuit ꝙ vnus motus eſt ille, qui non diuerſat̃ neq; ſm rem motam, neq; ſm tẽpus, neq; ſm formam, ſ. ſpeciẽ, dixit cõtrarij vero differunt ſm formam, &c. t. et, cum declaratũ ſit ꝙ motus reflexi ſunt contrarij: & motus contrarij differunt ſm formam, & naturã: & vnus motus nõ differt à ſe ſm formam, ſequitur ex hoc in ſecunda figura ꝙ duo motus reflexi nõ ſunt vnus. Et, cum poſſint ꝙ motus reflexi nõ ſunt unus, propter hoc, qa ſunt cõtrarij, notificauit in quo genere differunt ſm formã, & dixit illi aũt modi, quos diximus, &c. t. & illi motus reflexi, quos diximus, qui ſunt aliqui trium modorũ, quos diximus, differunt ſm formam oppoſitam in loco, ſ. ſuperius & inferius, aut dextrum et ſiniſtrum, aut ante & retro. Et quia vna propoſitionum, quas poſuit in hoc ſermone, eſt ꝙ motus, qui ſunt à punctis oppoſitis, ſunt contrarij, & hoc eſt manifeſtum in motibus, q ſunt ſuper dimenſiones rectas, et latet in eis, qui ſunt in ſuperficiebus circulares. in circularibus enim exiſtimatur ꝙ motus in eis non inueniuntur in partibus oppoſitis ex ſpãdicis, ſ. dextrum, & ſiniſtrũ, &c. incœpit declarare hanc propoſitionem, & notificare ei qõ inueniẽt cõtrarietas in eo, et dixit Et ſignũ eius, ꝙ motus, &c. t. & ſignũ eius, ꝙ motus, qui ſunt ex locis oppoſitis, ſunt contrarij, ſiue fuerint in ſpatijs rectis, aut rotundis, eſt, quia reſiſtunt ſibi. ſ. qm̃ impoſſibile eſt vt vnum motũ moueatur ſm ea ſimul. Verbi gratia ponatur magnitudo recta, A B linea, et vnum motũ mouet̃ ſuper eam in duobꝰ ex B ad A, quãdoq; ex A ad B, dico ꝙ iſti duo motus ſunt oppoſiti: quia reſiſtunt ſibi. & impoſſibile

Cur ſex ſunt diuꝫ loci.

Decimit.

Sex ſingularitates inueniuntur in ſuperficie ſphæræ, & in mundi ſuperficie. Ideſt ſex differentiæ loci. Ideſt ſex cardines ſphæræ. & ſex differentiæ. 2 de phyſ. t. 62.

Oẽ qđ eſt in ſuperficie alterius. t. recto vel circulari in actu.

Obiectio.

Primo cœlt. t.c.24.

Solutio.

Quomodo i circulo sit cõtrarietas. vt de plecta solutione istius difficultatis 1.1.cœ.c.32. Vide et ibidē.c60.87.

est vt idem motum moueatur in his duobus motibus insimul. & similiter est, si posuerimus lineam A B esse arcum circuli, siue semicirculum, siue maiorē, siue minorem. Sed quæritur hic, & dicitur, quō motus ex A ad B, & ex B ad A sunt contrarij, quando fuerint in dimēsione circulari, & ipse iam declarauit in Cœlo, & mundo ꝙ motus circularis non est cōtrarius motui circulari. qm̄, si cōtrarietas esset in circularibus motibus, cōtingeret vt corpora mota circulariter motibus oppositis essent cōtraria, sicut corpora simplicia, quę mouentur motibus rectis contrarijs, s. aqua, & ignis. Et, cum ita sit, contrarietas igitur, in qua communicatur hoc corpus circulare, & rectum, debet intelligi sic, scilicet duo motus, quibus impossibile est aliquod corpus moueri insimul, non duo motus, in quibus est necesse vt motum fm alterum sit contrariū moto fm reliquū. fm hoc igitur debet intelligi contrarietas in hoc loco. Et, cum declarauit ꝙ isti motus sunt contrarij hoc modo, s. quia resistūt sibi in vno corpore, & corrumpunt se adinuicem, & declarauit ex hoc impossibile esse vt motus compositus ex eis sit continuus, dixit si igitur fuerint continui, &c.t. si igitur posuerimus ꝙ isti duo motus sint cōtinui, sequitur vt neq; habeant reflexionem, neq; reuertantur. quontā contraria sunt directio, & reuersio: & cōtraria destruunt se adinuicem: & illa, quæ sunt talia, non cōtinuantur. D.d. & motus ad latus, &c.t., & motus contrarij sunt illi, qui sunt in eadem oppositione: illi aūt, qui non sunt in eadē oppositione, non sunt contrarij: sicut motus ex dextro ad sinistrum cum moto ab inferiori ad superius. Et hoc, quod dixit, est manifestum per se. & isti non sunt contrarij: qm̄ non est impossibile vt idem motum moueat istis motibus, s. vt moueatur ad suprius, & ad dextrum insimul, s. ꝙ ex istis sit motus compositus, & ex motibus contrarijs non componitur vnus motus.

Maxime autem manifestum est ꝙ impossibile est eum motū esse continuū, qui super recta fit. quia reflexum necessarium est stare, non solum super recta, sed etiam si secundum circulum feratur. nō enim idem est circulo ferri, & circulū. est enim aliquādo quidem vt id continuet, quod mouetur, aliquando autē vt in idem profectum, vnde moueri cœpit, reflectatur iterum. Quod aūt necesse est stare, fides est nō solum in sensu, sed et in ratione. Principium aūt hoc est. tribus enim existētibus principio, medio, & fine, mediū ad vtrūq; ambo est, et numero quidem vnū, ratione vero duo. Amplius autē aliud est eē potentia, & esse actu. Quare rectæ quodlibet signum eorū, quę inter extrema sunt, potentia quidem est medium, actu autem non est, nisi diuiserit hanc, & superstans iterū cœperit moueri. sic autem medium ipsum principium fit, & finis principium quidem posterioris, finis autem prioris. Dico autem, vt si A, quod fertur, stet in B, & iterum feratur in C. cum autem continue feratur, neq; adesse, neq; abesse potest A in B signo, sed solum esse in ipso nunc, in tempore autem nullo, nisi cuius ipsum nunc diuisio est, in toto. Si autem affuisse ponat aliquis, & abfuisse, semp stabit A, quod fertur. impossibile enim est simul & affuisse A in B, & abfuisse. in alio ergo, & alio signo temporis. tēpus igitur erit, quod in medio est. quare quiescet A in B. similiter autem & in alijs signis. eadem enim ratio est & in omnibus. Cum autem vtatur ipsum A, quod fertur, ipso B medio, & fine, & principio, necesse est stare, ꝓpterea ꝙ duo facit similiter, atque si cogitauerit. sed ab A quidem signo abfuit, principio, in C autem affuit, cum finierit, & steterit.

Et hoc apparet magis, scilicet ꝙ impossibile est vt motus per lineam rectam sit continuus, ex hoc, s. ꝙ illud, quod reflectitur, necesse est quod quiescat, non solummodo illud, quod mouetur secundū lineam rectam, sed etiam illud, quod moueť p circulum. nō enim est eadem intentio aliquid moueri circulariter, & aliquid moueri per circulū. forte enim mouetur eundo super ipsum, & forte, cum peruenerit ad illum locum, à quo incœpit moueri, reuertet. & homo certus est, quoniā talis motus necesse est vt quiescat non sensu tantū, sed ratione. Et hoc est principiū illius. quoniam hic sunt tria, principium, & medium, & postremum, mediū apud vtrūq; extremorum est vtrunq;, & est in numero vnum, et in respectu duo. Et etiā illud, quod est in potentia, est aliud ab eo, qđ est in actu. Et ideo quodcūq; punctū imaginaueris inter duo extrema, est medium in potentia, & non est in actu, nisi quando diuiserit illam, & quando cessauerit quiescens apud illum punctum, deinde incœperit moueri, tunc igitur medius punctus erit principiū, & finis, principium postremi, & finis primi. Verbi gratia ꝙ A moueatur, & quiescat apud B, deinde moueatur ad C. cum autem mouetur fm continuationem, impossibile erit vt A sit in B. aut seperatur ab ipso, sed erit in eo tātum in instanti, non in tempore oīno, & instans non diuidit totum, s. lineam. Si igitur aliquis posuerit ꝙ, cum A transfertur, erit in B, & seperabitur ab eo, tunc erit quiescens. impossibile enim est vt A sit insimul in B, & seperatur ab eo. ergo hoc erit in duobus punctis diuersis temporibus. ex quo sequitur vt A quiescat in pūcto B. & similiter in alijs punctis. quoniam ratio est eadem in omnibus. Quando autem A motum vtitur B, quod mediū est, pro principio, & fine, necesse est vt quiescat, quia ponit ipsum duo. sed, quia incœpit à puncto A, seperatur à principio, & sic in puncto C, cum completur suus motus, quiescat.

Demonstratio

Demonstratio, ꝙ medium sit principium, et finis actu.

A B C

Linea, siue magnitudo.

65 Quia declaratio p̄dicta sup hoc, ꝙ illud, quod mouetur, & post reflectit sup lineam rectā, non est motus cōtinuus, est declaratio vltis oībus quatuor trāsmutationibus, incœpit declarare hoc de moto in loco. et, qa declaratio propria est magis pfecta, & magis manifesta, dixit Et hoc apparet magis, &c.t. & apparet magis ꝙ impoſe est vt motus cōtinuus æternus sit sup lineā rectā, fm reflexionē, & reuersionē, ex hoc, s. qm̄ oē, quod reflectit necesse est vt qescat inter duos motus, s. vt habeat quatuor dispōnes, duos motus, & duas quietes. Et, qa hoc non solūmodo declarat in moto sup dimensione rectam, sed in moto sup circulū, dixit non solummō illud, quod moueť sup lineā rectā, &c.t. & hoc, qđ diximus, non tm̄ declarabit in eo, quod moueť sup lineam rectā, sed in eo, quod moueť super circulū. Et, qa illud, quod moueť super circulū, moueť duobus modis, qm̄, aut pficit circulū, aut moueť i eo super arcum, deide reuertit sup illum eundē arcum ad contrariā partē, & alter istoꝝ modoꝝ est posis, & reliquꝰ impoſis, s. reuerti sup eundem arcū, distinxit istos duos modos, & dixit non est. n. eadem intentio, &c.t. imo ista intentio declarabit in eo, quod moueť sup circulum, qm̄ moueбit super illū motu circulari, s. ire, & reuerti. nō. n. est eadē intentio, aliqd moueri circulariter, & aliqd moueri per circulū. t. & diximus motus circularis, t. attributus circulo. qm̄ non est eadē intentio aliqd moueri motu attributo circulo, fm ꝙ est sup circulum tm̄, et aliqd moueri sup totū circulū. Et dixit hoc. qm̄ illud, quod mouet super circulū vno motu, et ad vnā partē, dicitur moueri circulariter in rei veritate: illud aūt, quod mouet in eundo, & redeundo sup circulū, mouet motu attributo circulo. & hoc intendebat cū dixit circulr. motum igit sup circulum vno mō dr̄ moueri circulariter: & motū super circulū eundo, & reuertēdo non dr̄ moueri circulr, sed per circulū. D.d. forte. n. mouet, etc.t. forte. n. aliqd moueť, & est delatū super circulum, & dr̄ moueri in eo circulariter: & forte, qm̄ peruenerit ad locū, ex quo incœpit moueri, reflectit, & tunc dr̄ moueri per circulū. Et, cum exposuit intentionē, quā intēdebat, & distinxit illa, in qbus manifestabit hoc, incœpit declarare, & dixit Et hō erit certus, &c.t. & hō erit certus, ꝙ illud, quod mouet eundo, & reuertendo, habet duas quietes sensu, & rōne. Et dixit hoc. qm̄ apparet sensui, ꝙ oia mota, eundo, & reuertēdo, hñt duas quietes. & hoc manifestū est in eis, q̄ mouent motu voluntario, s. animalibus, & in eis, q̄ mouētur naturalr istis duobus motibus, vt pulsus. Medict. n. fingit cōprehendere sensu duas qetes, s. in fine systoles, & diastoles. Et quæret aliquis, si sit manifestū sensui ꝙ oē motū, quod reflectit, qescit, tūc vtī sermone in declaratione eius est superfluū. Dicamus igit ad hoc, ꝙ hoc, quod apparet sensui est testimonium illi, quod apparet rōni: sed illud, quod apparet sensui, non sufficit in hoc, ꝙ oē tale motū quiescit, cū nō sit remotū ꝙ plura talia mota sint, quorū qties non cōprehendit sensu, & sic esset pone existimare ipsa non qescere. Cum igit eā fuerit data in hoc, s. causa faciens qetem, tunc declarabit ꝙ oē tale motum quiescit nectio. Et possumus dicere ꝙ sensus sufficit in hoc, s. in esse, & pcipue hoc, quod apparet ꝙ duo mota æqualis velocitatis, qm̄ alterum moueť reflectendo, & alterū recte, apparet sensui ꝙ rectum incedit velocius, vt post dicet Arist.[a] Et fm hoc ratio data hic erat causa in hoc esse tm̄. & sic scientia huius erit magis certa. [b] qm̄ scire aliqd esse cum sua causa erit certius scientia, quæ est in sensu tm̄. Et, cū dixit ꝙ hoc non tm̄ appa-

Declaratio ꝓpria ē magis pfecta, et magis manifesta.

Nō ē eadem intētio aliqd moueri circulariter, & moueri p circulum.

Apparet sensui ꝙ oia mota eundo, & redeūdo hñt duas qetes.

An vtī fmorē declaratio sit, qđ est sensui manifestū, sit sup.com. solo prima.

Secunda, a hoc pa. qđ sit demonstratio cāe [illegible] de pro [illegible]. Cœ. [illegible] Scire alicuī [illegible] ē p [illegible] qđ sci [illegible] mai sen-

ret sensu, sed rōne, i. demōstratione, scœpit, et dixit Et hoc est principiū illius, &c.t. & qa i his duobus motibus, s. recto, & reflexo sunt tria, s. principiū, & medium, et est illud, quod est inter duos motus: [c] & istud medium est vnum numero, et duo ratione: necesse est vt iste motus sint duo. [d] motus. n. continuus nō habet medū, quod sit vnū numero, s. in actu, sed potentia. D. induxit alā declarationē, & dixit Et est etiam illud, quod est in potentia, &c.t. & oē motū sup lineā rectam, fm ꝙ moueť super ipsam motu finito, nectio deiscribit in ea duo puncta i actu, s. punctū, ex quo moueť, & punctū, ad quod moueť: & nullū punctum describit in actu iter hæc duo puncta, nisi qesceret in medio. & hoc intendebat, cum dixit & nō est in actu, &c.t. & motū non describit punctum in actu inter duo puncta, inter ꝙ moueť, nisi diuiserit magnitudinē, super quā moueť, & qeuerit in medio. Si igr reuertať in motu ad cōtrariā partē, à qua mouebať, tunc pūctus medius, quem describit in actu, erit prim[us] motus, & finis. erit. n. finis primi motus, et principium secundi motus. Et hoc intēdebat, cum dixit & non est in actu, &c.t. & incœpit moueri, s. ad contrariā partē et, ad quā mouebat. D.d. tūc igr medius pūctus erit principiū, & finis. t. tunc igit punctus medius, quē describit in actu, erit principiū, & finis. et siue motum qeuerit in puncto medio, deinde reuertum est ad motū ad contrariū illius partis, aut qeuerit in fine spatij, deinde reuertum est ad contrariū illius partis, describit igitur punctum in actu, quod est prin[m], & finis insimul, s. principiū postremi motus, & finis primi. Et, cum dixit hoc dedit exemplū, & dixit V.g. &c.t. V.g. i ponere ꝙ A moueat ex C ad B, & qeiet i B. s. ꝙ facit B esse punctū in actu, deinde reuertum est. & moueť ex B ad C, tunc igit B erit finis primi motus, & principii secundi. D.d. cū aūt moueť fm continuationē, &c.t. & illud, quod moueť continue, impoſe est vt supponat aliquē, & vt seperet ab eo. qm̄ tale est super magnitudinē in tpe. qm̄ diuidit magnitudinem in actu. & ideo qescit nectio inter duos motus, & non in instanti. & illud, quod est cōtinui motus, est sup magnitudinē in instanti, nō in tpe oīno. D.d. et instans nō diuidit. t. et motū, cū fuerit in instanti, non diuidit magnitudinē in actu. D.d. Si igitur aliquis posuerit, &c.t. si igitur aliquis posuerit ꝙ aliquod motū fuerit super aliquid in actu, deinde seperet ab eo, tūc cōtinget nectio vt quiescat in illo. Deinde dedit rationem super hoc, quod est conuersum positu, & dixit impoſe est. n. vt A sit insimul in B, et seperatū ab eo. t. et hoc fuit ita. qm̄ impoſe est vt motum sit in extremo magnitudinis, deinde seperet ab eo ad contrariū illius partis, ad quā mouebať in vno instanti. v.g. ꝙ A fuit ex B ad C, et fuit sup C, deinde moueť ab eo ad B in vno instanti. D.d. ergo hoc erit in duobus pūctis diuersis. t. &, cū fuerit impoſe vt aliqđ motū sit sup extremū alicuius magnitudinis, & reflectať ab eo in eodē instanti, tunc instans, in quo fuerit sup illud extremū, est aliud ab eo, in quo seperať. D.d. ex quo sequit vt A qescat sup punctū B. t. & cū instans, in quo motū est sup extremū magnitudinis, est aliud ab instanti, in quo seperať ab eo, & est declaratū ꝙ inter qlibet duo instāntia est tēpus, necesse est vt motū qescat super extremū magnitudinis, qm̄ in quolibet tpe aut corpus moueť, aut qescit. D.d. & sīr est in alijs pūctis, &c.t. & sīr est de alijs punctis acceptis in tpe, s. instantibus: qm̄ ratio est eadē in eis. Et intēdit, vt mihi vī, in hoc ꝙ inter qrāliber duo cor[a] est tēpus, declaratum est. n. ꝙ instās non sequit instās. & pōt intelligi sic, & sīr de alijs punctis imaginatis sup lineā, qm̄, cum motum describit vnum cor[a] in actu, tunc qescit necessario. Et ideo posuerimus ꝙ ille punctus est in extremo [illegible] in medio. Et ideo dixit post Qm̄ aūt A motum vtit me-

[a] Medū primi motus est vnū numero, et duo ratione.

[d] Motus continuus non habet medium in actu.

dio, &c.t. et, cum imaginauerimus ꝙ motū vtiſ aliquo puncto medio magnitudinis pro fine primi motus, & principio ſecundi motus, ſequit̄ nēcio vt quieſcat: ſicut eſt diſpoſitio in pūcto, qui eſt i extremo magnitudinis. ratio. n. in oibus punctis eſt eadem. D.d. ga ponit ipſum duo, &c. t. qm̄ motū, cum fuerit reflexū ſuper duo oppoſita, tūc faciet finem primi motus, & principiū ſecundi motus. & impoſſe eſt vt duo in actu ſint i vno inſtanti. inſtans. n. eſt in potentia, nedum vt oppoſita ſint in eo. D.d. ſed, quia incēpit ex pūcto A, &c. t. & neceſſe eſt vt qeſcat, qm̄, cū incēperit moueri, incipit à puncto in actu, &, cū finitur, deſcripſit punctū in actu, ergo ſequitur vt quieſcat, quēadmodū non incēpit ex puncto, niſi illud, quod erat quieſcens, anteq̄ incīperet.

Quapropter & ad dubitationē hoc eſt dicendum. habet. n. dubitationem hanc. Si. n. ſit ipſa E ipſi F æqualis, & A feratur cōtinue ab extremo ad C, ſimul autē ſit A in B ſigno, & D feratur ab F extremo ipſius ad G regulariter, & velocitate eadem ipſi A, ipſum D añ veniet ad ipſum G, quàm ipſum A ad C. prius. n. ſe mouens, & diſcedens prius venire neceſſe eſt. Non ergo ſimul affuit A in B, & abfuit ab eodem. quapropter & poſterius fit. ſi enim ſimul, nō poſterius erit, ſed neceſſe erit ſtare. Non ergo ponendū eſt, cū A affuit in B, ipſum D inoueri ſil'ab F extremo. ſi. n. affuerit A in B, erit & abfuiſſe, et non ſimul, ſed erat in ſectione temporis, & non in tēpore. Hic igitur eſt impoſſibile ſic dicere in continuo, ſed in eo, quod reflectitur, neceſſe eſt ſic dicere. Si. n. G feratur ad ipſum D, & iterum reflectens deorſum feratur, extremo D ſine, & principio vtiq̄ vno ſigno, vt duobus. quapropter ſtet neceſſe eſt, & nō ſimul affuit i ipſo D, & abijt ab ipſo D. ibi. n. ſimul eſſet, & non eſſet in eodem nunc.

Et tiō oportet nos rōcinari p hoc ī diſſoſone qōnis. eſt. n. locus dubitatiōis. Qm̄, ſi ſpatiū H eſt æquale ſpatio Z, & A moueť cōtinue de extremitate H ad B, ad H reuertēdo, & inſil' fuit in puncto B, & C moueť de extremitate Z æqual'r, & in eadē velocitate, tūc C icedit citius ad G, q̄ A ad H. illud. n. quod inceditur in ꝓcellu, neceſſe eſt vt icedat citius. A igitur nō fuit in B, & ſepabit̄ ab eo ſimul & ſil'r fuit diuerſum. qm̄, ſi eſſet inſil', non diuerſaret, ſed neceſſe eſt vt qeſcat. Ergo non oportet ponere ꝙ, cū A fuit i B, mouebat A ab extremo B. qm̄, ſi A fuit in B, & ſepatum eſt ab eo, & hoc impoſſe eſt eſſe inſil', qm̄ poſitum eſt ꝙ hoc fuit in dria tpis, nō in tēpore. Manifeſtū eſt igit̄, ꝙ ī cōtinuo impoſſe eſt vt hoc dicat. in reflexo vero neceſſe eſt vt hoc dicatur, i. quies. qm̄, ſi qm̄ A mouetur, fuerit extremum B, finis, & principium, tunc vno puncto vtetur pro duobus. & ideo neceſſe eſt quieſcere, nō ita, ꝙ ſimul proueniat ad B, & recedat A B. et, ſi non, tunc illic ſimul eſſet, & non eſſet in eodem inſtanti.

Ratio, qua dubitatur ꝙ id, quod continue mouetur, aliquo ſigno quieſcat.





Oſtenſio, ꝙ neceſſe ſit mobile, quod reflectitur, quieſcere illo ſigno, à quo reflectitur.



Cū declarauit ꝙ illud, q̄d moueť recte, qm̄ reflectitur neceſſe eſt vt qeſcat, & nō continueť ſuus motus, vult diſſoluere qōnem ex hoc, in q̄ dr̄, quare duo mota æq̄lia in velocitate, qm̄ mouenť inſil' p duo ſpatia æqualia, & incipiūt inſil' moueri, ſed, cū alterꝝ puenit ad mediū ſpatij reflectiť ad extremū, ex quo incœpit moueri, & reliquū directe ꝓcedit ad finē, quare motū, quod non reflectiť, puenit ad finē ſpatij, anteq̄ reflexū perueniat ad locū, in quo incœpit, licet duo ſpatia ſint æqualia. dicendū eſt igit̄ ei, q̄ hoc q̄rit, qm̄ motū reflexū qeſcit. Et hoc intēdebat, cū dixit Et tiō oportet nos rōcinari, &c. D. incœpit dicere qōnem, et dixit eſt. n. I hoc locus dubitationis, &c. t. qm̄, cum poſuerimus A moueri ad B, deinde reflecti ab eo, tūc nō debet C icedere ad G, añq̄ A ad H. &, cū C icedit ad G añq̄ A ad H, cōtinget ꝙ A non extiſtet in B, & fuit ſeparatum inſimul. qm̄, ſi ita eſſet, tunc non diuerſaret motus eius à motu C. ſic igit̄ eſt intelligēdus iſte locus. Et ideo vī mihi ꝙ aliqd eſt diminutum à verbis Ariſt. in lib. qm̄, ſm ꝙ inuenitur in libro non inducitur in forma ſyllogiſmi inducentis ad inconuenies. & ideo ſic debet legi. & in illa eadem velocitate neceſſe eſt vt, puentus C ad G, et A ad H ſit ſimul: ſed nō ſunt ſimul: qm̄ C citius ſcedit ad G, q̄ A ad H.

66 Rōnis abbreuiatio.

ad H. D.d. nō igit̄ opꝫ ponere, &c. i. ſed q̄ ponit motū cōtinuū eē, ponit ꝙ eē A in B, & ſepationē eiꝰ ex B, reuertēdo, eſt in dria tpis idiuiſibili, nō in tpe. qđ eſt impoſſe. ergo ille motor nō eſt cōtinuꝰ. Et hoc intēdebat, cū dixit Manifeſtū eſt igit̄ in cōtinuo ꝙ eſt impoſſe hoc dicere, ſ. motum reflecti. D.d. in reflexo vero, &c. t. ꝙ motus nō ē cōtinuus, & ꝙ qeſcit. D. dedit cām i hoc, et dixit Qm̄, ſi, qm̄ A mouet, fuerit extremū B, finis, & prinm, etc. i. ꝙ, cū punctus fuit in actu, diuiſit tēpus in duo: & ideo fuit tempus inter ea. D.d. &, ſi nō, tūc illic, &c. t. & ſi nō, tunc A eſſet in B in actu, et non eſſet in eodem inſtāti: & inſtans non eſt, niſi in potentia.

At vero quę olim illata fuit ſolutio, nō dicenda eſt. Non. n. contingit dicere ꝙ eſt in D ipſum G in ſectione neq; affuit, neq; abfuit. neceſſe. n. eſt ad finē venire, qui actu eſt, non potētia. quod igit̄ in medio eſt, potentia eſt, hoc aūt actu, et finis quidē à deorſum, principium aūt de ſurſum. Et motum ergo ſil'r. neceſſe eſt ergo ſtare quod reflectiť ſup recta. non igit̄ contingit cōtinuum motū eſſe perpetuum ſup recta. Eodem aūt modo occurrendū eſt & ijs, q̄ interrogāt Zenonis rationem, & volunt ſi ſemp dimidiū trāſire oportet: hæc aūt infinita ſunt: infinita aūt tranſire impoſſe eſt. Aut vt eandē hanc rōnem q̄dam aliter interrogāt, volentes ſimul, cū quid moueť, dimidium prius numerare, cū adeſt, ſm vnūquodq; dimidium. quare, cū pertranſierit totam, infinitum accidit numeraſſe numerum. hoc aūt in confeſſo eſt impoſſibile eſſe.

Zenonis rō

Et non oportet dicere illā ſoſonem in prędicta qōne prius. Qm̄ īpoſſe eſt dicere ꝙ motū erit ſup CH, aut ſup B, in loco dr̄iç temporis, ita, ꝙ non fuit in ipſo, neq; ſeparatum ab eo. illud. n. quod ē in actu, nō in potēcia, neceſſe eſt vt ꝓueniat ad finē. & pūcta, q̄ ſunt in medio, ſunt in potētia, iſta aūt ſunt in actu, & eſt finis ab inferiori, & principium à ſuperiori. Et ſil'r ēt eſt de motibus. Neceſſe eſt igit̄ vt reflexū ſup lineam rectā qeſcat. impoſſe eſt igit̄ vt in linea recta ſit motus cōtinuus ęternus. Et ſm hunc modū debemus opponere ſermoni Zenonis, dicētis qm̄ illud, quod pertrāſit ſpatiū, neceſſe eſt ſemp pertranſire medietates: ſed medietates ſunt infinite: et infinita non pūt pertranſiri: impoſſe eſt ergo illud ſpatiū ptrāſiri. Aut q hoc dicit alio mō, ſicut alij dicūt, ꝙ neceſſe ē, dū hō moueť, vt numeret medietates, vnā poſt alā. Et tūc, cū ptranſit totam medietatē, tunc numerat numeros infinitos. & manifeſtū eſt ꝙ hoc eſt impoſſe.

67 Et cum declaratum ſit hic de motu, qm̄ non fuit in magnitudine, ſuper quam mouetur punctum in actu, niſi cū quieuerit, & tunc non oportet diſſoluere quæſtionem Zenonis in motu per illam diſſolutionem, per quam fuit diſſoluta in Sexto. D.d. Qm̄ impoſſe eſt dicere, &c. i. qm̄ impoſſe eſt dicere ꝙ motus, qm̄ peruenerit ad extremum magnitudinis, q̄ eſt CH, aut B, peruenat ad ipſum in differentia temporis indiuiſibilis, i. in

6 Ph. t. c. 19

Punct. qui ſit inter principiū & finem magnitudinis, ſunt ſpectanda, ſunt magnitudo diuidata in illa potentia, & actu ſunt ſine actu.

inſtāti, ita, ꝙ non fuit in extremo magnitudinis, deinde ſeparatur ab eo. D.d. neceſſe eſt vt perueniat ad finem, &c. i. &, cum motū mouetur ſuper magnitudinē finitam in actu, neceſſe eſt vt perueniat ad extremum magnitudinis, quod eſt punctum in actu, & finis motus. puncta autem, quę ſunt inter principium, & finem magnitudinis, ſunt in potētia: cum magnitudo diuidatur ſm illa potentia, non in actu. pūctus autem, qui eſt finis magnitudinis, eſt in actu, et eſt finis primi motus, & principium ſecundi. v. g. finis motus ab inferiori ad ſuperius, & principia motus à ſuperiori ad inferius. D.d. Et ſimiliter eſt de motibus. t. & hoc neceſſe eſt in omnibus motibus finitis. D.d. Neceſſe eſt igitur vt reflexum, &c. t. manifeſtum eſt igitur, ex dando cauſam in hoc, ꝙ motum deſcribit punctum in actu ſuper magnitudinem, & eſt magnitudinem eſſe finitam in actu, ꝙ neceſſe eſt ipſum quieſcere. In ſermone. n. dedit cauſam, ꝙ cauſa quietis i extremo magnitudinis eſt, quia deſcribit in ea pūctum in actu, hic autem dedit cauſam in hoc, ꝙ deſcribit ſuper ipſum punctum in actu, & eſt magnitudinem rectā eſſe finitam i actu. Et ideo dixit Neceſſe igit̄ eſt vt reflexum, &c. t. manifeſtum eſt igit̄ hoc eſſe neceſſe in oibus ſuis cauſis ꝓpinquis, & remotis. D.d. impoſſe eſt igit̄ vt ſuper lineā rectam ſit motus continuus ęternus. i. qm̄ motus eius, quod moueť ſuper lineā rectā, eſt finitus. qa linea recta eſt finita, & reflexum qeſcit ſter motus: et quod qeſcit in ſuo motu, non moueť continue. Et cū dixit ꝙ non oportet contradicere Zenoni p illam contradictionem p̄dictam in Sexto, cum illa ſit ſm ſermonē, nō ſm rem, reuerſus eſt ad narrandum ꝙ ſm hunc modū diſſoluiť illa qō, & eſt ꝙ, dū motū moueť, non diuidit magnitudinē in actu, ſ. ſup quam moueť. D.d. qm̄ illud, quod ptranſit ſpatiū, neceſſe eſt, &c. i. & qō eſt talis. qm̄ oē, quod pertranſit ſpatiū, neceſſe eſt vt anteq̄ ptranſeat totū ſpatiū pertranſeat medietatē, et neceſſe eſt vt anteq̄ ptranſeat illā medietatē pertranſeat medietatē illius medietatis, et ſic in infinitū. qm̄, cum magnitudo diuidatur in medietates infinitas, neceſſe eſt vt illud, quod ptrāſit totā magnitudinē, anteq̄ ptranſeat illā, pertrāſeat magnitudines infinitas. &, cum ita ſit, continget vt motus ptranſeat in tpe finito magnitudines infinitas. quod eſt impoſſe. D.d. Aut q hoc dicit alio modo. &c. t. aut q īducit qōnem alio modo, dicendo ꝙ q mouetur p aliquod ſpatium, pōt numerare medietatem illius ſpatij ante illud ſpatium, & medietatē illius medietatis ante aliam medietatē, & ſic in infinitum. ex quo contingit ꝙ, ſi aliquis hō pertranſiuerit per aliquod ſpatiū, vt numeret numeros infinitos, quod eſt impoſſe. Et, cū dixit vt numeret medietates, vnā poſt alā, intendit numerare medietates, q̄ conſequunt̄ ſe adinuicem, ſicut numerās numerat vnitates, quæ cōſequunt̄ ſe adinuicem. ſed, quia medietates ſunt infinitę, ſequit̄ numerare numeros infinitos. & iſte modus impoſſibilis eſt alius à prædicto, & eſt manifeſtior, & non pōt cōtradici ſm ſermonem per contradictionē dictam in Sexto. t. hic. n. fuit dictum ꝙ, ſi pertranſit medietates infinitas, neceſſe eſt vt pertranſeat eas in temporibus infinitis. Et, cum potuit hāc quæſtionem, incœpit diſſoluere eam, & dixit.

In primis ergo de motu ſermonibus ſolue bamus, ꝙa tps infinita hēt in ſeipſo. nihil. n. abſurdū eſt, ſi in infinito tpe infinita trāſit aliqs. fuit aūt infinitū & in lōgitudine eſt, & in tpe. Sed hæc ſoſo ad interrogantē qđē ſe habet ſufficienter. interrogabatur enim. ſi in finito tēpore contingit infinita tranſire, aut numerare: ad rem aūt ipſam, ſcilicet veritatē nō

sufficienter. si enim aliquis dimittens magnitudinem, et interrogationem, si in finito tempore contingit infinita trãsire, interroget de ipso tẽpore hæc (habet enim tempus infinitas diuisiones) non amplius sufficiẽs erit hęc solutio, sed verum illud dicendum est, quod quidem diximus in nup̃ dictis sermonibus. Si enim aliquis continuã diuiserit in duo dimidia, hic vno signo, tanq̃ duobus, vtitur. facit enim ipsum & principium, & finẽ. sic aũt facit & qui numerat, & q in dimidia diuidit. Sic aũt diuidente, neque erit continua linea, neq; motus. cõtinuus. n. motus cõtinui est: i cõtinuo aũt insunt qdẽ infinita dimidia, sed nõ actu, sed potẽtia. Si vero faciat actu nõ faciet cõtinuũ, sed stabit. quod quidẽ in numerante dimidia manifestũ est ꝙ accidit. vnũ. n. signũ necesse est ipsi numerare duo. alterius enĩ dimidij principíũ, alterius aũt finis erit, si nõ vnã numeret continuã, sed duo dimidia. Quare dicendũ est ad interrogantẽ, si contingit infinita transire, aut in tpe, aut in lõgitudine, ꝙ est quidẽ sic, est aũt non sic. actu. n. si sint, non cõtingit, potẽtia autẽ cõtingit. q. n. continue mouet ſm accñs, infinita transiuit, simplr aũt non. accidit. n. lineæ infinita dimidia esse. subſtantia autẽ ipsa altera est, & esse.

In. continuo nõ sunt infinita simul ĩ potẽtia, nõ actu.

Dicamus igr̃ ad hoc, qd in p̃teritis sermonibus diſſoluimus hanc qõnem, cũ diximus qm̃ in tpe sunt ptes ĩfinitę. qm̃ nõ est impoſe vt aliqd pertrãseat res infinitas in tpe infinito. et infinitũ eodẽ mõ existit in lõgitudine, et tpe. Sed ista rñsio sufficit in hac qõne. quæstio. n. est, vtrum sit poſe in tpe finito ptransire, & numerare res infinitas: ſm aũt rẽ, & in rei veritate non sufficit. qm̃, si homo diuiserit longitudinẽ, & dimiserit quęrere, vtrũ sit poſe in tpe finito ptranſire res infinitas, dem de quæſtiõt hoc in ipso tpe: nam tẽpus habet dr̃as infinitas: tũc ista rñsio nõ erit sufficiẽs. Sed oportet nos dicere verũ, & est illud, qd prius diximus, s. ꝙ, cũ aliquod diuidẽs diuiserit cõtinuũ in duo media, tunc vtęt hic eodẽ pũcto pro duobus. facit. n. ipsum principiũ, & finẽ. & sĩlr facit q numerat, aut qui diuidit medietates. Cũ igũ fuerit aliqd diuisum hac diuisione, nõ erit continuũ, siue fuerit linea, siue motus. motus. n. continuus est cõtinui: & in continuo certæ sunt medietates infinitę, nõ in actu, sed in potentia. Cũ igitur posuerimus medietates in actu, tũc nõ erit continuũ, sed necesse vt qescat. & hoc sequi manifeste in eo, q numerat medietates. necessario. n. numerat idem punctũ pro duobus. qm̃ erit finis alterius duarum medietatum, & principiũ alterius medietatis, sed non numerat continuũ pro vno, sed ꝑ duabus medietatibus. Et ideo rñdendum est quęrenti vtrũ sit poſe pertransire res infinitas, aut in tẽpore, aut in longitudine, sic, quoniã quodãmodo hoc est poſe, & quodammodo impoſe. in actu quidẽ est impoſe, in potentia vero possibile. qm̃ illud, quod mouetur continue, per accñs pertrãsit res infinitas, simplr vero nõ. accñs. n. est, quod accidit lineæ, vt essent medietates infinitę, ſm aũt suam essentiam non.

Nec igitur nec in infinito finitā, attū contingit i minori magnitudine maiorē potētiā esse: sed adhuc magis i maiori maiorē. Si igitur id, in quo A B, infinitū, pars igitur B C habet potentiā aliquā, quæ in aliquo tpe mouit D, in tpe, t. in quo E F. Si igitur ipsius B C duplū accipiā, in dimidio mouebit tpe ipsius E F. sit. n. hęc proportio: quare in F H mouebit. ergo sic accipiēdo, semp ipm̄ A B numq̄ trālibit: tpe aūt dato, semper minus accipiā: infinita ergo potētia erit: oēm. n. finitam potentiā excedit. Ois aūt finitæ potentiæ necesse est finitum esse et tps. si. n. in quodā tanta, maior in minori quidē, sed determinato motuebit tpe. secūdū cōuertionē proportionis. Infinita aūt ois potentia est, vt & multitudo, & magnitudo, quæ excedit omnem finitā.

Nec infinitum habere virtutem finitam est possibile, licet in minori magnitudine po

est inesse maior potentia: tamen, cum hoc fuerit, dignius erit ꝙ ī maiori sit maior. Sit ergo A B infinitum. B C igitur est potentia, quæ mouet D in aliquo tempore. Sit ergo illud tempus H Z. B C ergo duplicatum mouet in medietate tẽporis H Z. procedamus sic igitur, & sit illud tẽpus Z T. cũ ergo sic processerimus semper, nunq̃ peruenietmus ad consumationem A B: de tempore vero posito semper accipiemus minus: sic igitur erit virtus infinita. Necesse est enim cuiuslibet potentiæ finitę tempus etiam esse finitũ. nam si hęc potentia mouet in hoc tempore, quæ maior est illa, mouet in tempore minori illo: sed tamen illud tempus est determinatum, cuius processus est econuerso. Virtus autem est infinita eo modo, quo numerus. magnitudo vero, q̃ excedit oẽ determinatũ.

Demonstratio, ꝙ nullum quantum infinitum habet potentiam finitam.

Tempus minimum, in quo quantum infinitum potentiæ finitæ mouet D.



Cũ declarauit ꝙ *in magnitudine finita impossibile* est esse potentiã infinitã, uult nunc econuerso dicere, s. qm̃ in magnitudine infinita nõ põt esse potẽtia finita, dicẽdo Neq; infinitũ habere, &c. t. & sicut in magnitudine finita nõ põt esse potentia infinita, ita etiã ecõuerso in magnitudine infinita nõ põt esse potentia finita, sed finitũ finito, & infinitũ infinito. Sed, quia in hoc duc ambiguitate hoc, ꝙ in corpore maiori inuenitur potẽtia minor, et in minori maior, dixit licet ī minori, etc. hoc. n. facit dubitare aliquẽ, cum posset dicere, cum in maiori corpore inuenimus minorẽ potentiã, quid igit̃ phibet in infinito, eò, quod est maius minori, nesse potentiã eã, quę nest finito, eò, qd̃ est minus. sed hoc non põt stare. quia, cũ continue duplicauerimus maius corpus, cuius potentia est minor, peruenietmus ad corpus, cuius virtus est maior minoris corporis. &, quia infinitũ semper põt duplicari, ideo potentia eius debet esse maior potẽtia cuiuslibet corporis: imo non est aliq̃ cõparatio inter illas, & potẽtias infinitorũ corporũ. vnde dixit q̃si soluens tũ cũ hoc fuerit, &c. D. litteris exẽplificat, posito ꝙ corpus infinitũ habet potẽtiã finitã, similr minori corpori nesse maiorẽ potentiã, eiusdem videlicet tpẽ, et dixit. Sit ergo A B infinitũ, &c. t. sit ergo magnitudo ifinita A B, & de infinito A B sumem⁹ aliquã partẽ, vt B C, ponẽdo ꝙ in hac pte est potẽtia, q̃ mouet illud mobile, qd̃ mouet infinitũ corpus in aliquo tpe, & illud mobile, qd̃ t. mouetur ab infinito corpore, & idẽ à parte illius sit D. Deinde dixit sit ergo illud tẽpus H Z. & vult quidẽ dicere, quia manifestũ est, ꝙ B C, qd̃ est pars A B, mouet in minori parte tpis eo, ī quo totũ A B mouet, D, cũ potẽtia A B, sit maior potentia B C. Postea dixit B C ergo duplicatũ, &c. quia tã probatum est ꝙ maior motor idẽ mouet mobile in minori tẽpore, & ꝙ temporis ad tẽpus proportio est sicut motoris ad mobile. Post hoc dixit cum ergo sit, procedemus &c. t. et, cũ hoc mõ procedemus ī duplicatione illius partis, s. ꝙ duplum duplicetur, & hoc duplũ sic duplicetur, cõstat ꝙ necesse est peruenire ad magnitudinẽ aliquã, quæ mouet D in tempore minore, in quo mouetur A magnitudine illa infinita, cuius potentia est finita. Ponatur igitur nos peruenire ad illã magnitudinẽ, cum infinita magnitudo nõ consumatur per suas duplicandas partes, tempus vero diminuitur temp parte duplicata, & illud tẽpus sit H Z. Et hoc volum dicere his verbis. cũ ergo sic processerimus, &c. t. duplicatio quidẽ per B C debet esse aliqua pars A B, quia nunq̃ per duplicationẽ partis A B peruenietmus ad A B consumendũ, cum sit infinitũ. D. d. de tpe vero posito, &c. t. &, cũ talis duplicatio semper sit possibilis, & impossibile est ad tẽpus peruenire minus illo posito, in quo A B mouet D per aliquod spatiũ, s. magnitudo infinita, cuius virtus est finita. Post dixit sic igit̃ erit virtus infinita, &c. t. ex quo sequitur ꝙ in infinito corpore sit potentia infinita quod est cõtra positum.

Proportio tpis ad tẽpus est ꝓportio motoris ad mobile. Idem Ph. 55. et. 30

D. d. Necesse est enim, &c. t. hęc quidẽ virtus est infinita: quia tempus, in quo mouet, semper minoratur in infinitũ. tẽpus vero potentiæ finitæ est finitũ, cum moueat tẽpore, in quo minor nõ põt mouere. Et hoc intendebat, cũ dixit nã si hęc potentia, &c. t. & hoc necesse est, nam, si aliqua potẽtia mouet aliquid in aliquo tẽpore, potentia, quæ est maior illa, mouebit in minori tempore illud idemsed, quia excessus est determinatus, necesse est peruenire ad tempus determinatum in puritate, t. ꝙ in minori illo aliquid non potest mouere. Et intendit per hoc, quod dixit econuerso, ꝙ si in uor magnitudo fuerit dupla minoris, erit tempus motionis illius huius medietas, cum communicant quidem reuersim, sed est econuerso. Post dixit. Virtus autem est infinita eo modo, quo numerus. idest,

potentia

potentia autem, quæ in hoc corpore infinito posito, scilicet ꝙ est infinitum, erit infinita, quia crescit per crementum corporis: cum autem cremẽtum corporis est infinitum, constat ꝙ & virtus etiam in infinitum est: quare virtus est infinita. D. d. magnitudo vero, &c. hæc vero magnitudo est infinita, cũ habeat ifinitũ differentiã. est. n. maior oĩ magnitudine terminata.

Est aũt & sic demõstrare hoc. accipiemus enim quandã potentiam, eandẽ genere ei, q̃ est in infinita magnitudine, in magnitudine finita existentẽ, quæ mensurabit eam, quę in infinita est, finitam potentiam. Quod igitur non infinitã contingit esse potentiam infinita magnitudine, neq; finitam in infinita ex his palam est.

Hoc quidem aliter potest declarari sic, ponendo ꝙ aliqua potentia eiusdẽ generis illius potentiæ, quę est in magnitudine infinita, sit in potẽtia finita. sic ergo erit potẽtia in quantitate potentiæ finitæ in infinito. Qm̃ autẽ impossibile est potentiã infinitã in finita esse magnitudine, aut potentiam finitam esse in infinita magnitudine manifestum est.

81 Dicit & hoc idem possumus ostẽdere alia via. cum enim posuerimus infinitũ corpus, ī quo sit virtus * misita, possibile erit ponere virtutem in eiusdem generis cũ illa prima virtute, et ei equalem in magnitudine finita: & sic potentia, quæ est in corpore finito, erit æqualis potentiæ, quæ est in corpore infinito. quod est impossibile. virtus enim eiusdem generis, quæ corpori mest maiori, maior existit, quanto magis quæ est in infinito corpore erit maior illa, quæ est in finito. Et, cum ostendit hæc duo, fecit de eis mentionem, & dixit Quoniam aũt impossibile est, &c. & hęc conuersio nõ facit ad propositum declarandum, sed tñ ostẽdit illud, vt ex eo acquiratur, quoniam est causa propinqua.

* a. f. finita.

De ijs autẽ, quæ feruntur, bene se habet dubitare quandam dubitationem primũ. Si enim oẽ, qd̃ mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunq; non ipsa seipsa mouent, quomõ mouent aliqua continue, non tangente eo, quod mouit, vt proiecta. Si aũt simul mouet & aliud quid is, qui mouit, vt aerẽ, qui, cum mouet, mouet, similiter impossibile est primo non tangente, neq; mouẽte moueri, sed simul oia & moueri, et quiescere, cum id, qd̃ primũ mouet, cessauerit. & si facit, quẽadmodũ lapis, veluti si mouet id, quod mouit. Necesse aũt est hoc quidẽ dicere, ꝙ primũ mouens facit, vt possit mouere aut aer hic, aut aqua, aut aliud quid himõi, quod aptũ natura est mouere, & moueri, sed non simul cessat mouere, & moueri, sed moueri quidẽ simul, cum mouens cessauerit moueri. mouẽs aũt adhuc est. quapropter mouetur quid alij contiguũ. & in hoc eadem ratio est. Cessat aũt, cũ in ipso contiguo minor fuerit virtus, q̃ vt moueat. tandem aũt cessat, cum nõ amplius fecerit prius mouens, sed motũ patiẽs

solum. hęc aũt necesse est simul cessare, hoc quidẽ mouere, hoc aũt moueri, et totam motionem. Hic igitur in ijs, quæ possunt aliq̃n quidem moueri, aliq̃n aũt quiescere, fit motus, & non continuus, sed videtur. aut. n. existentiũ consequenter est, aut se tangentium: non. n. vnũ mouens est, sed contingua adinuicẽ sunt. Quapropter & in aere, & in aqua fit hmõi motus, quem dicũt quidã circumobsistẽtiã esse. Impossibile aũt est aliter dubitata soluere, nisi dicto mõ. Circũobsistentia aũt simul oia moueri facit, & mouere: quare & cessant: nunc aũt videtur vnũ aliquid continue moueri ab aliquo igit̃: nõ. n. ab eodẽ. *aut. text. com. 30.*

De his autẽ, quæ localiter mouentur, bonum est prius inducere quãdam dubitationem. Nã, si omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, s. dum illud à se nõ mouetur, quomodo quędam continue mouentur sine eo, ꝙ contingant motorem, verbi gratia quod proiicitur, aut quod sagittatur. Et, si motor moueat cum hoc etiam aliud. vt aerem. et, cũ mouetur hoc, mouet, tamen impossibile est ipsum moueri, nisi primum tangat, aut moueatur: immo necesse est simul omnia moueri, & simul quiescere, cum primus motor quierit. similiter est &, si etiam facit, sicut facit lapis, scilicet magnetes, verbi gratia, quoniã illud, quod mouet lapis, quod est ferrũ, mouet, idest attrahit ferrum, à quo mouetur, & sic mouet. Hoc autem debet concedi de necessitate, scilicet quod primus motor est, qui hoc facit. verbi gratia qui mouet aerem, cũ fuerit huiusmodi, aut aquam, aut aliud, quod innatum est mouere, & moueri, sed non debet simul quiescere ab hoc, ꝙ moueat, & moueatur, imo cessat ab hoc moueri, ꝙ moueatur, cessante eius motore à mouere, et ad hęc remanet mouẽdo. vnde vnum mouet aliud sibi succedens, & procedit istud aliud etiam hoc eodem processu. Motus autem illius qescit, cum virtus mouendi diminuitur in successione paulatim. & vltimo cessat, quando motor penultimus peruenerit ad hoc, ꝙ nihil agat, sed solummodo mouetur. hoc autẽ necessario fuit simul, scilicet motorem quiescere à mouere, & motum à moueri, & ipse motus omnino. Hic quidem motus, est motus, qui fit in eis, quæ possunt aliquando moueri, aliquando quiescere, & non est continuus, sed videtur. motor enim non est vnus, sed sunt quæ succedunt sibi inuicem. Vnde talis motus non fit, nisi in aere, aut in aqua, qui à quibusdam attribuitur, & successioni, & ab ea denominatur. Sed prædictæ quæstiones aliter, q̃ narrauimus, nõ possunt

solui. Successio autem facit omnia ea mouere, & moueri: vnde oportet ꝙ quiescant: sed nos videmus vnum idem continue moueri: quare necesse est ipm moueri ab aliquo: moueatur enim ab vno eodem.

82 Hęc quęstio, vt dixit auctor est. Si oē, quod mouet, mouetur ab aliquo motore, quare quędā mobilia mouentur, cū motor illoꝝ sit in quiete. ex hoc. n. sequitur alterū trium aut ꝙ aliquid moueatur sine motore, aut ꝙ motor, cū sit corpus, moueat aliquid absq; eo, ꝙ moueatur, et sine eo, ꝙ tangat illud, qđ mouetur, aut dicaꝫ ꝙ primus motor pōt mouere, non continue. Quę au tē inducunt hanc quęstionē sunt illa, q̄ proꝛciunt, aut sagittāt. videmus. n. lapidē proiectum moueri, cum manꝰ, q̄ mouerit, iā quieſcit: similiter de sagitta à chorda. Hanc quidē quęstionē opponit illis propositionibus, quibus vsus est in prędicta declaratione, s. oē motum habere motorē, & ipsum nō mouere, nisi cum moueatur, cū sit corpus, & super hoc fundabit prius hoc, quod volui declarare, s. ꝙ iste motor non est corpus. et, quia ēt cōtradicit huic, qđ ostensum est: qm primus motor cōtinue mouet. & ideo dixit quomō quędā cōtinue moueantur, &c. Post dixit Et, si motor mouet etiā cum hoc aliud, vt aerem, &, cū hoc moueatur, mouet. t. et, si aliquis dixerit ꝙ huius causa est, ꝙ motor in hmōi mouet cum illo, qđ mouetur ab illo, aitud, quod mouet illud motū, qm primꝰ motor cessat. v. g. qm manus mouet lapidē, mouet cum illo aerem. quare accidit ꝙ, cū manus etiā non mouet lapidē, statim succedit et aer i mouēdo lapidē. deide mouet etiā eodē motu aliū aerē cum lapide. vn le accidit ꝙ secūdus aer mouet lapidē primo quiescente. motus ergo lapidis videtur q̄ cōtinuus, cum fiat successiue à pluribus: successio quidē non cessat, quousq; motus cesset. Post hoc dixit ūi impossibile est ipsum moueri, nisi primū tangat id, quod mouet. imo necesse est, & c. t. sed hmōi toto nihil aliud est ꝙ mutare quęstionē de lapide ad aere, aut aquā, & vniuersaliter ad illud, quod, cū primo moto mouetur à primo motore. Quęrēdū est. n. etiā de aere, quare post ꝙ aetem manus remanet aerē mouere lapidē, cum non moueat lapide, nisi moueatur, nec moueatur, nisi manus moueat. oportet igitur oia omnino quiescere, q̄n primus motor quiescit, & moueri, cū ipse moueat. Et hoc voluit, cu dixit imo necesse est simul oia moueri, et simul quiescere cū primus motor quieuerit, t. aer aut chorda, aut his similia. Post d. similr est & si etiam facit, sicut facit lapis, s. magnetes, &c. t. similr remanet quęstio. manus. n. nō mouet illud proiectum, nisi mediō prius aerē vt dicamus ꝙ lapis magnetis attrahet ferrū, quod ponitur vltra primū ferrum, mediante attractione eius ad primū ferrum. D. d. hoc autē debet cōcedi de necessitate, s. ꝙ primus motor est, qui hoc facit. t. sed oportet nos cōcedere de hmōi mobilibus primū motore esse causam motus eorum oium de primo ad vltimū. Quo dato est considerandū est quomō sit causa eoꝝ motus. hoc quidē, vt dixit auctor, concedendū est, cum huius mobilis motus tequatur in velocitate, & tarditate potentiā primi motoris, & eius debilitatē, ex quo possumus scire primū motorem esse causam huius motus de inuio ad finē. D. inuit modū, quo hmōi motus pōt fieri exemplificando, & dixit. v. g. q mouet aerē, scilicet hmōi, aut aquā, aut aliud, & c. t. v. g. ꝙ primus motor, vt dicas manus, mouet aerē, aut aquā, & vniuersaliter medū, quod innatū est mouere, & moueri. Post dicit cū iuerit hmōi. t. cū iuerit eo mō, quo est medū, s. quia exigitur ad hoc, ꝙ simplicia corpora moueātur. Hoc ostensum est enim, qm nisi medium esset, nunq; lapis, neq; aliquod simplicū corpoꝝ

Sicut medium, &c. Vide c. 68. quarti. Phy. t. 86.

rū moueretur, neq; naturaliter, neq; ꝑ violētiā. hoc aūt perfecte declarabitur in Tertio de Cœlo, & mūdo.

D. d. sed nō debet simul quiescere ab hoc, ꝙ mouet, et moueatur. t. sed de motu hoꝝ simplicium partiū eoꝝ uersio est ei, quod est de rebus mobilibus, terminatā figurā habentibus in partibus: idest simplicū corporū passibilium non oportet vt simul cessent idem à moueri, & à moueri: sicut accidit hic in partibus corporꝝ, terminatā figuram habentiū, et in corporibus contrarijs, quæ sibi adherēt inuicem, s. habentibus figurā. Post dixit imo cessat ab hoc, ꝙ moueatur, cessante eius motore à mouere. & ad hæc remanet mouendo. t. sine eo, ꝙ moueatur. Et hoc, quod author dicit, manifeste vt detur sensu in motu aquæ à lapide, iecto in illam. Videmus. n. partem, quę sequitur lapidē, moueri vndiq; deinde transfertur motus ab illa parte ad partē consequentē: deinde de illa ad aliam, quousq; cesset. Partes vero aquę non simul mouentur, sicut simul mouentur partes figuratī corporis. & hoc patet in circulis, qui in aq̄ fiunt, qñ lapides cadunt in ea. Si igitur huius motus esset similis motui in rebus mobilibus terminabilibus, oporteret oēs partes aeris, et aq̄ simul moueri de primo vsq; ad vltimū, & expelli in oibus partibus mūdi intantū, ꝙ in totum fieret mundatio, aut corpus intraret corpus. quod est impossibile. Sed hęc corpora ab extrinsecis recipiunt densitatem, & raritatē, & recipiendo densitatē quasi recipiūt aliquā penetrationem in suis partibus. Nā, si non reciperēt penetrationē aliquā, oporteret etiā ꝙ motus eorū oīno simul esset, ita, ꝙ vltimus terminus mundi expelleretur etiā. &, si istæ partes perfecte penetrarent inuicē, tunc nō moueret de aqua, nisi quantū possidet corpus, quod cecidit in illa. Est igitur quasi medū inter esse spirituale, & corporale. s. m ergo natura spiritus accidit in partibus aliꝗ penetratio: vnde vidimus diuersos motus nō impediri à semuicē in aqua: s. m vero corporeitatē expellūt semuicē, ita, qđ ex eis duobus existimatur ꝙ aer motus in eis est, qui trāsfertur per se, & lapis proiectus de necessitate transfertur per translationē illius partis, q̄ defert motū, & cessat illa cessante. Illa quidē pars non est eadē, nec ille motus etiā sic simul in pluribus partibus: sed fit quasi ita, cessante, & s. m translationē de vna parte in aliā: vt accidit eis, in quibus calor trāsfertur de vna parte in aliā. Et vniuersaliter motus sagittæ in aerē similis est multū motui nauis in vnda, quæ portat eā: qui existimatur esse vnus, cum sit motus successiuus per vndationē, q̄ fit in aqua: & talis vndatio fit in aere. Manifestum est ergo ꝙ causa huius, ꝙ istæ partes non oēs simul mouentur, est penetratio, q̄ accidit eis inuicē: s. m enim hunc modū attribuitur ei, qui mouetur ab inuio spaciꝰ vsq; ad finē, quod mouetur per se. Aqua enim, & aer talē habent naturā, ꝙ, cum accipiūt principium mouendi ab alio, mouentur per se: s. m vero ꝙ illa penetratio non est vera, cū sit illic expulsatio, accidit ꝙ motus expellentis, & expulsi sunt simul. Causa aūt huius oīno est, quia hæc corpora carent figura, et termino, et multū vicinantur in natura naturę materiei. Sic igitur debet intelligi motus horꝝ simplicū humidorū. Et qm differunt in hoc a siccis, et habentibus terminū, et figurā, post d. vnde vnū mouet aliud sibi succedens, &c. t. &, quia motus partiū horꝝ corporꝝ non fiunt simul, qñ mouent semuicē, accidit ꝙ motus in eis fit tali mō, ꝙ succedant sibi mutuicē, & sequantur semuicē, & nō moueantur simul. D. d. Motus autem illius quiescit, cum virtus mouendi diminuitur, &c. t. motus autem istarū partium ideo quiescit, quia virtus motiua nō cessat diminui, et deprimi in illis partibus, quæ mouent seinuicem successiue, adeo, ꝙ in vltima parte non remanet mouere, sed totūmodo moueri, s. m enim ꝙ ltrat aliud,

non

aliquod simplex corpus moueri natū est, vel vt lenter. Idem ◆. Phys. &. 3. Cœ. &. ◆. Cœ.

Digressio de motu. p. fectorum.

Aer, et aqua talem habēt naturam, q̄, cū accipiunt principiū mouēdi ab alio mouentur p se. Contrarie infra c. 8. &. 4. Cœ. 59.

Nota de motu, quasi medio inter. spirituale & spirituale,

Motus est, &c. Hic incipit. 2. pars huius octaui. Idem Plato. &.

non habet nisi virtutem, qua moueatur tm, s. m vero ꝙ ltrat, mouet. quare non sequitur ꝙ mouere, & moueri incipiat simul, nec etiam ꝙ omne, quod mouetur ex eis, moueat. nam, si hoc esset, omnino totus mūdus expelleretur. Et ideo dixit & vltimo cessat, quando motor penultimus peruenerit ad hoc, ꝙ nihil agat. idest, & illæ partes cessant à motu, quando illud, quod mouetur, quod sequitur pars quiescens, nō potest moueri, neq; agere, sed solummodo mouetur. hæc enim virtus non cessat diminui in partibus, quæ mouentur, adeo, ꝙ cesset. Et tu debes scire, quoniam hęc expositio nostra non intelligitur ex expositione Themistꝰ in hoc loco. vnde videtur nobis ꝙ etiam nos non intelleximus per este hunc locum, nisi apud laborem nostrum circa expositionē huius libri. Et, cum narrauit modum, s. m quem mouent seinuicem huiusmodi mobilia, quæ nō actu sunt distincta, nec sunt partes reterminatæ, & figurate, incepit etiam narrare qualiter sit de mobilibus, quæ figuram habent, & terminum. Et dixit hoc autem necessario sunt simul, s. motorem gescere à mouere, & rem motam à moueri, & ipse motus omnino. t. ꝙ non accidit in corporibus humidis carentibus figuris. huius autem causam iam prędiximus. Post hoc dixit Hic quidem motus est talis motus, qui fit in eis, quę possunt aliquando moueri, aliquando gescere. t. talis motus nunq̄ potest fieri ī corpore cœlesti. hoc enim corpus semper mouetur innatum est, hęc uero aliquando mouentur, aliquando quiescunt. Post hoc dixit et non est continuus, sed videtur. t. & iste motus, scilicet lapidis in aere, siue m aq̄, non est vere cōtinuus, cum tamen sensui videatur continuus. Deinde dedit causam, quare caret continuatione, & dixit motor. n. non est vnus, sed sunt aliqua, quę succedunt sibinuicē. idest, huius autem causa est, quoniam motus cōtinuus nō potest esse, nisi vnius motoris, & vnius moti. in his autem motor non est vnus, sed plura, quæ succedunt sibinuicem tali modo, ꝙ vnus mouet post alium successiue vnam rem motam. Et, quia talis successio est ꝑ prias eis, quæ mouentur in corporibus humidis simplicibus, dixit. Vnde talis motus nō fit nisi in aere, aut in aqua. D. d. qui quibusdā attribuitur successioni, & ab ea denominatur. t. & iste motus est, qui a quibusdā horibus attribuitur successioni. t. dicunt successionē esse causam illius, s. successionem partium aeris expulsi in loco, cum prima pars aeris, quę expellitur à proiecte, expellat partem aeris succedentem, & succedit et illo loco, & sic secunda tertiā, & tertia quartam, & vnaquęque cedit precedenti. & propter hoc appellant huiusmodi motum successiuū omnes successionē esse causam motus illius, quod proicitur in aere, aut in aqua. Et post hoc dixit Sed prędictæ quęstiones aliter, q̄ prenarrauimus, non possunt solui. t. sed illa quęstio, quam prędiximus de motu, non soluitur dicendo successionē esse causam huiusmodi motꝰ, et vniuersaliter, nec alio modo, q̄ prędiximus. Post dedit causam, quare non potest solui per successionem, & dixit Successio aūt iacere et oīa mouere, &c mouere. vnde oportet ꝙ quiescat. t. successua. n. videntur mouere seinuicem, & moueri in simul: quapropter debēt in simul quiescere. quod nō accidit in partibus aeris successiuis. D. d. sed nos videmus unū idē continue moueri. quare necesse est ipm moueri ab aliquo. t. sed iam probatum est aliquid esse, quod cōtinue mouetur: quare oportet ꝙ moueatur ab vno motore. ex prędictis. n. patet, qñ eius, quod a pluribus mouetur, motus nō est cōtinuus. Et ex hoc decla tatur omnino ꝙ stellarum motus non est in medio. t. si esset, nō esset cōtinuus. posti dixit mouetur. n. ab vno eodem. t. non enim mouetur, nisi ab vno eodē, s. cuius motus est continuus.

Corpus cœleste semper mouetur innatum est. Idem. m. t. c. 6. 17.

Vide. c. 68. quarti. Phy. t. 86. Contra Platonis.

Quoniam aūt in rjs, quæ sunt, necesse est semper motū esse continuum: hic aūt vnus est: necesse aūt est vnum & magnitudinis alicuius esse: (non. n. mouetur quod magnitudine caret:) & vnius, & ab vno: non. n. esset continuus, sed contiguus alter alteri, & diuisus: mouens igitur, si vnum est, aut subiectas motū mouet, aut immobile existens. Si igitur motū subiens, consequi oportebit, & mutari ipm, simul aūt moueri ab aliquo: quare sta bit, & peruenit ad id, qđ est motum ab immobili. hoc. n. non necesse est simul mutari, sed semper poterit aliquid mouere. nā sine labore est sic mouere. Et regularis hic motus, aut solus, aut maxime. nō. n. habet mutationē vl lā id, qđ mouet. oportet aūt id, qđ mouet ab illo, nō habere mutationē, vt similis sit motꝰ.

Et, quia necesse est vt semper ens, q̄ sunt, sit motus continuus: cōtinua aūt sunt vnita: & oportet etiā ꝙ sit alicuius magnitudinis: quod. n. non habet magnitudinē, non mouetur: & quod sit vnius, & in vno: nam, si esset alter, non esset cōtinuus, sed successiuus, et diuisibilis: motor aūt, cū sit vnus, aut mouet, & mouetur, aut non mouetur. Et, siquidem mouetur, sequitur ipsum transmutari ꝑpter ipsum transmutari ab aliquo, necesse est ꝙ hoc cesset, & perueniat ad aliquid, quod moueat absq; eo, ꝙ moueatur, quod. n. est tale, non transmutatur cū eo, quod trāmutat, sed potest semper mouere, cū in tali modo mouendi non sit fatigatio. Et talis motus solus est æqualis, & est dignior in hoc ceteris motibus. motor enim nullum habet modū trāsmutationis. & oportet ꝙ neq; quod mouetur prope hoc ab hoc habeat transmutationem, vt motus sit consimilis.

§ 3

Dicit et sic, vt patet de motu cōtinuo, quoniam debet esse vnius motoris, sic patet de illo, quoniā debet esse vnius moti & quasi d. &, quia manifestum est motum esse continuum. motus autem non est, nisi corporis, quoniam quod non est corpus non mouetur, vt in Sexto dicetur est, & huius corporis, si est motus cōtinuus, necesse est ipsum esse vnum, sicut oportuit hoc in motore. ex quo sequitur ꝙ motus cōtinuus sit vnius moti, & vnius motoris, nam, si hoc non esset, non esset continuus, sed successiuus, & multus. & hoc voluit intelligi per hoc nome diuisibilis. D. d. Motor autem, cum sit vnus, &c. t. &, cum sit manifestum, quoniam motus continuus debet esse vnius moti, & vnius motoris. motor aūt cum sit vnus, necesse est ꝙ sit primus: &, cū sit primus, impossibile est ipsum moueri, neq; per se, neq; per accidens & patet qm motus, qui fit à motore t. e. t. est cōtinuus, et motus, qui est rei motæ, est vere cōtinuus. Post dixit quod. n. est tale, nō trāsmutatur cū eo, qđ trāsmutat. t. & hmōi motor, tm quo nō est trāmutatio aliq̄, nō trāmutatur per accidens. lo, quod ab ipso trāmutatur, vt accidit primo motori trāsmutabus. Sic. n. trāmutatur per accidens motor cū in loco, t. alia aliis, q̄ mouet ipm, & commutatio ab

Quia nō ens non est, &c. Idem Plato. &.

eo, quod mouet illam fm finem. D.d. sed potest semper mouere, &c. idest, & quia iste motor nõ mouetur, cum mouet, ideo non accidit ei fatigatio in sua motione, quod non accidit motoribus, qui cum mouent, mouentur, causa enim fatigationis nihil aliud est, q̃ hoc, ꝙ motor mouetur, quãdo mouet. hoc quidem prouenit, quia est in materia. Post dixit Et talis mot⁹ solus est æqualis, scilicet dignior cæteris motibus, &c.1. & iste motus est dignior alijs motibus æqualitate hac, videlicet ratione. quia inæqualitas nõ accidit, nisi pp̃ter hoc, ꝙ motori accidit quidam modus transmutationis, q̃re aliquando vigoratur, aliquãdo debilitatur: sed iste motus omnino caret transmutatione. ergo motus eius est æqualis simpliciter. Post dixit & oportet ꝙ neque quod mouetur prope hoc ab hoc habeat transmutationem, vt motus sit consimilis. idest, &, quia iste motus est continuus æqualis, oportet ꝙ illud, quod mouetur hoc motu nullo modo transmutetur, vt motus eius sit æqualis, & consimilis. cum enim illud, quod mouetur, transmutatur aliquo modo transmutationis ab illo, à quo mouetur, accidit ei etiam inæqualitas motus. Unde videmus Aristo. opinari ꝙ corpus cœleste non potest ex se, fm suam naturam recipere transmutationẽ, & ꝙ causa eius est, quia nõ componitur ex materia, & forma, & ꝙ est necessarium ex se, non ex alio, vt Auic. dixit. verum tamen necessitas est in ipso in modo recipiendi, in motore vero in modo agendi.

Necesse est autem aut in medio, aut in circulo esse, hæc enim principia sunt: sed celerrime mouentur quæ proxima sunt mouenti, talis [illegible] est [illegible] totius motus: illic ergo ipsum mouens.

Igitur necesse est, aut ꝙ sit in medio, aut in circumferentia: hęc enim sunt duo principia: sed [illegible] quod magis appropinquatur moto[illegible] in motu: & sic est de motu totius motor ergo est illic.

84 Q[illegible] iam declaratum est ipsum [illegible] restat dicere, [illegible] eius apparet, & maxi[illegible] æqualiter partium [illegible] mouetur ab illo. Et, quia [illegible] actio [illegible] & etiam motio eius [illegible] in alio [illegible] omnes leges conueniunt in [illegible] in cœlo. Post dixit hæc enim [illegible] principia totius, fm ꝙ totum [illegible] medium quidem est principium, fm [illegible] vero [illegible] declaratum est in libro de motibus [illegible] omne, quod mouetur [illegible] quod [illegible] motor virtute finita, [illegible] totum expelleretur. [illegible] virtutibus perfect[illegible] virtute mouendi, quæ est [illegible] hoc [illegible] appropinquat motori [illegible] maximus [illegible] sphærici [illegible] motoribus [illegible] dignior [illegible]

rum ad illum. &, cũ sit ita, cõstat ꝙ sit illic. idest, & sic est de motu totius, scilicet ꝙ, quanto magis appropinquatur motori, tanto erit velocius. motor igitur est in partibus velocioribus totius, s. in circulo maximo orbis maximi, qui facit diurnũ motum. Hanc autẽ appropinquationem debemus intelligere fm esse, nõ fm locum. quod enim est non in corpore, non est in loco. & quasi innuit per hoc, qm̃ principium mouẽdi est ex nobiliori, s. ex medio sphęræ, quæ est maximus circulus. & hoc manifestum est sensui, qm̃ motio corporis sphęrici à suo medio est melior, & nobilior.

Documẽtũ.

Habet autem dubitationem, si contingat aliquid, quod mouetur, mouere cõtinue, sed nõ, vt id, quod pellit, iterum et iterum, et eo ꝙ consequenter sit, cõtinue. Aut enim ip̃m oportet pellere, aut trahere, vel vtrũq;, aut alterum aliquid excipiens aliud ab alio, sicut dudum dictum est in ijs, quæ proijciũtur, si, cum diuisibilis sit aer, aut aqua, mouet, sed ut qui semper mouetur. vtroq; autẽ modo nõ possibile est vnum esse, sed contiguum. Solus itaque is continuus est, quo ipsum imobile mouet. semp enim similiter se habens, & ad id, quod mouetur similiter se habebit, & continue.

Sed est hic quęstio difficilis. motor quidẽ potest mouere cõtinue, & non fm idem, fm ꝙ expellit vnum post aliud: & sic continuatio eius est successio. Ad quod est dicẽdũ, qm̃ necesse est, aut ꝙ semper expellat, aut attrahat, aut agat vtrũq;, aut agat aliud, cui succedit vnũ post aliud, vt diximus superius in re proiecta. aer. n. qa est aptus vt diuidatur, similiter & aqua, mouet per suum motũ semper modis diuersis. sed impossibile est fm vtrũq; modum ꝙ motus sit vnus, sed successiuus. Continuus igitur est solus, qui mouetur à nõ moto. qm̃, cum semper sit eodẽ mõ, & ideo etiam apud illud, quod ab illo mouetur, est eodem modo continue.

Vult declarare in hoc capitulo, qm̃ ex ipsa cõtinuatione motus sequitur ꝙ iste motor nõ sit corpus, sicut 85
oportet etiam ꝙ sit vnus, & ꝙ illud, quod mouetur ab illo, sit motũ vnum. Motor enim corporeus, quia non mouet, nisi expellendo, aut attrahendo, aut vtrũq; agẽdo: attrahens autem, & expellens non eodem modo se habẽt erga illud, quod mouetur in initio expulsionis, aut attractionis, & in fine, scilicet in propinquitate, & remotione. motor ergo, qui est corpus, non est consimilium dispositionum apud illud, quod mouetur: motus ergo illius non est cõtinuus. Et dixit Sed est hic quęstio difficilis. motor quidem potest mouere continue, idest motu continuo vero, & hoc non sic procedit in statu mouendi, sicut procedit corpus, quod mouet aliquid expellẽdo vnum post aliud, idest expulsionem post aliam, quod enim [illegible] est sic mouere, non mouet continue in rei veritate, sed fm sensum, verumtamen successiue mouet. Et hoc intendebat, cum dixit & sic cõtinuatio eius est successio. idest & cõtinuatio eius, q̃ videtur sensui, est successio vera. D. incœpit soluere hanc quæstionem, s. qm̃ impossibile est aliquẽ motorem, qui mouet, continue mouere, & dixit Ad qđ est

est dicendum, quoniam necesse est, aut ꝙ semper expellat, aut attrahat, aut agat vtrũq;. idest quoniam necesse est, posito ꝙ motor sit corpus, & ꝙ mouet motu continuo, quòd semper expellat vnum post aliud, aut quòd semper attrahat, aut quòd aliquãdo expellat, aliquando attrahat: & hoc etiam semper. Post dixit aut agat aliud, cui succedit, &c.1. aut ꝙ motor, cui⁹ motus existimatur esse continuus, sit plus q̃ vnum, q mouebit rem motã successiue, vt diximus de motu lapidis. expellentis enim modi isti sunt, s. aut quod separeť ab expulso, & remaneat expulsum in motu, aut ꝙ non separetur ab illo. Post dixit aer enim, quia est aptus vt diuidatur, &c.1. & motus, qui fit per expulsionem, ĩ qua expulsum non separatur ab expellente, non est continuus. fit. n. aut ĩ aere, aut in aqua. sed, quia aer, & aqua multum sunt apti ad diuisionem, & passionẽ, ideo mouent per suum motum illud, quod in eis mouetur motu inæquali, sed diuersimode. aptitudo enim ĩ eis ad diuisionem, & passionem non est eodem modo in omnibus suis partibus. Et videtur ꝙ hic sermo cõmunis est omnibus, qui in medio mouentur, siue expellens separetur ab expulso, siue non. Et, cum dedit causam, qua motus expulsi non est æqualis, dixit sed impossibile est secundum vtrũq; modum, &c.1. & corpus mouere corpus motu ęquali in rei veritate impossibile est: siue motor sit vnus ex initio motus vsq; ad finem, siue plures: vt accidit in motu lapidis. Nam, cum posuerimus virtutem motoris intransmutabilem, similiter virtutem illius, quod mouet, impossibile est hoc poni in illo medio, in quo fit motus propter diuersitatem partium in aptione. quare necesse est ꝙ status motoris apud illud, quod mouetur, diuersificetur in motu. Post induxit cõclusionem, quam intendit. Deinde inducet causam, qua motus illius, quod mouet, & nõ mouetur, sit ęqualis, & est contraria illi, & dixit Continuus igitur solus est qui mouetur à non moto. Deinde dedit causam in hoc, & dixit quoniam, cum semper sit eodem mõ, &c. idest, motus autem, qui fit à motore, qui nõ mouetur, est continuus, et vnus, quia motor eodem modo se habet ad rem motam, cum sit immobilis, et intransmutabilis: motor vero, qui mouetur, nõ eodem modo se habet, quia mouetur: & ideo non æquali motu mouet.

Expellentis isti sũt modi, aut ꝙ sepeŕ ab expulso, & expulsum remaneat in motu, aut ꝙ nõ sepeŕ ab illo. Idem. 7. Ph. t. c. 10.

Determinatis autem his manifestum est ꝙ impossibile est primum mouens, & immobile habere aliquam magnitudinem. Si. n. magnitudinem habet, necesse est aut finitam ipsam eẽ, aut infinitam. Quod igitur infinitam non cõtingat magnitudinem esse ostensum est prius in Physicis. Quod autem finitã impossibile est habere infinitam potentiam, & ꝙ impossibile est à finita moueri aliquid infinito tempore demonstratum est nunc: primum autem mouens perpetuo mouet motu, & infinito tempore: manifestum itaq; est ꝙ indiuisibile est, & impartibile, & nullam habens magnitudinem.

His ergo distinctis manifestum est ꝙ primus motor, qui non mouetur, non potest habere magnitudinem omnino. Nam, si haberet, necesse esset vt esset finita, aut infinita. Etiam declarauimus ĩ sermone nostro naturali, quoniam impossibile est magnitudinem esse infinitam. Et nũc declarauimus quoniã finitum non potest habere virtutem infinitam, & ꝙ finitum non potest mouere tempore infinito: sed primus motor mouet motu æterno, tempore infinito: ergo manifestum est ipsum eẽ indiuisibilem, & impartibilem, & nullam habere magnitudinem.

In hoc capitulo induxit conclusionem, quam à primo intendit. Quoniam, cũ induxit propositiones, quæ 86
necessariæ sunt ad hoc, & soluit quæstiones, quæ accidunt in illis propositionibus, quibus vsus est, concludit quòd primus motor, de quo declaratum est ipsum non moueri, non habet corpus, idest non habet formam in materia. Et dixit manifestum est quod primus motor, qui nũquam mouetur, non potest habere magnitudinem, i. &, cũ iam ostendimus ꝙ omnis corporis finiti actio est finita, & similiter omnis virtus in corpore, & ꝙ primi motoris actio est infinita, manifestum est ꝙ primus motor non habet magnitudinem omnino. Post dixit Nam, si haberet magnitudinẽ, &c.1. nam, si hoc non est verũ, contradictorium eius erit verum, scilicet quòd habet magnitudinem, et posuit hoc, quasi añs, & dixit &, si habet magnitudinẽ, necesse est ꝙ sit finita, aut infinita. Deinde destruxit vtraq; partẽ consequentis, vt sequente destructo destruat antecedens, & dixit Etiam declarauimus in sermone, etc.1. in Tertio tractatu huius libri. illic enim declarauit quoniam omne corpus est finitum. D.d. Et nunc declarauimus, &c.1. &, si est corpus finitum, constat ꝙ virtus eius est finita. in corpore enim finito nõ potest esse virtus infinita. Post dixit sed primus motor mouet motu eterno, tempore infinito. idest ergo virtus eius est infinita, &, cum sit manifestum, quoniã omnis corporis virtus est finita, et ꝙ primi motoris virtus est infinita, concluditur in secũda figura primum motorem non esse corpus, nec virtutem in corpore.

1 Phy. t. c. 40 & [illegible]

Librorum Octo de Physico auditu finis.

AVERROIS CORDVBENSIS

EXPOSITIONIS MEDIÆ SVPER LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS LIBER PRIMVS,

Iacob Mantino Hebræo, medico, interprete.

Rincipale huius libri propositum est inuestigare causam materialem primam, communem omnibus rebus naturalibus: & tres amplectitur partes, seu summas. Prima continet ea, quæ, vt libri exordium, se habent. Secunda Antiquorū opiniones de huiusmodi principio, earūdemq; destructionem. Tertia propriam de huiusce principio opinionem.

Prima Summa tria amplectitur capita.

In Primo agitur de huius scientiæ consyderatione.

In Secundo de generibus demõstrationum, q̃ in ea fiunt.

In Tertio vero de modo doctrinæ, qua procedere debemus in hac scientia.

Caput Primum de proposito huius scientiæ.

1 Dicam igitur q;, cum hæc ars, quæ de rebus speculatur mobilibus, sit contemplatiua: & propositum artis contemplatiuæ est [illegible] rei, de qua consyderatur in ea arte: videmur enim vnumquodq; exacte scire, cum causas, & prima principia illius rei cognoscimus, & tandem eius elementa, & simplicia, ex quibus constat: hoc autem ita se habet in omnibus rebus, quæ quatuor obtinent causas: &, cum hæc ars sit vna ex speculatiuis, eius igitur propositum, seu intentum est quatuor rerum naturalium causas pertingere, hoc est Materiam, Formam, Efficiens, & Finem, tum remotas, tum propinquas, tum etiā proprias, tum cōmunes: & propterea huius libri propositum est reddere causas primas communes omnibus rebus naturalibus, & omnia, quæ consequentia ex hoc, prout vires huius scientiæ se extēdunt, hoc est, primam materiā, & causam vltimam mouentem: nam ad cognitionem primæ formę, & primi finis, non dantur in hac scientia propositiones, quæ in eo ducunt, & post hoc ostendetur, quod de his duobus ad sciam Diuinā attinet tractare.

Caput secundum de demonstrationum generibus, quæ fiunt in hac scientia.

2
3 Genera demonstrationum, quibus nanciscimur causas, [illegible] hac scientia quæruntur, sunt demonstrationes quia, seu signo nominatæ. Nam vtraq; reddit [illegible] ex notioribus nobis [illegible] quidem [illegible] posteriores ad priores, quæ sunt [illegible] notiores [illegible] autem posteriores [illegible] terra [illegible] & hoc [illegible] priores vero sunt [illegible] tem [illegible] demonstrationū ducentium in notitiam [illegible] expectantur [illegible] cognita [illegible] Mathematicis [illegible] propterea in Mathematicis via scientiæ opposita est huic: ibi.n. à priori ad posterius, hic vero a posteriori ad prius. ibi igitur cognita apud nos sunt simpliciter cognita, & apud naturam: propter quod & ipsæ demonstrationes, quæ ibi fiunt, sunt absolute, seu simplices. sed quæ hic, non sunt simpliciter cognita, & apud naturam: icciro maior pars demõstrationū, quæ hic fiunt, sunt a signo, seu demõstrationes qa.

Caput Tertium de modo docendi in hac scientia.

Modus vero doctrinę, qui in hac scientia fit, est 4 primo contemplari, quę communia sunt cun- 5 ctis rebus naturalibus, tam causas, q̃ consequentia: ex his mox ad partialia proficisci, vt ratio huius libri se habet ad alios, sibi posteriores, qui positi sunt in hac scientia. quæ quidē res ita se habet, propterea quia communia sunt proprijs notiora nobis, vt cōposita simplicibus. eadem igitur causa, ob quam ad horum cognitionem procedimus à compositis ad simplicia, proficiscimur in ordine doctrinæ à communi ad propriū, hoc est velle iter agere a notiori nobis ad ignotius. Ipsa autem communitas, seu vniuersitas in hoc negocio se habet ad partialitatem, veluti cōposita ad simplicia. Hinc est quod totum notius est sensu eius partibus: quemadmodum nomina sunt apud intellectū notiora definitionibus. Indicium vero, ostendens scientiam, seu notitiam communem esse propria, apud nos priorem, est quod puer statim, cùm in eo virtus dignoscitiua oritur, putat mulierem, quācunq; viderit, esse eius matrem, & virum quēlibet, patrem. Extat adhuc alia causa, ob quam in ordine doctrinæ procedit à communi ad proprium, quia videlicet ea doctrina non contingit repetere declarationem eiusdem rei. nā, si ad demonstrationes hac non procederemus doctrina, cogeremur seorsum probare res communes inesse cunctis rebus, quibus sunt communes: vt probare equum obtinere materiam primam, & hominem, atq; inanimatum, & stirpē. Adde etiam quod propositiones eiuscemodi demonstrādi generis nō essent proprię, neq; primæ: vt medicis, euenire solet, cum demõstratiue quatuor elementa inesse homini probare tentant. Hęc igit sunt, quæ in præfatione huius libri continentur.

Summula Secunda Primo in duas secatur partes.

In Prima parte adducūtur opiniones, quæ possunt de pricipijs rerum sensibilium afferri habeturq; sermo cū his, q in hac sciētia errorē non ppriū cōmiserunt.

In Secūda fiet verbum cū illis, qui circa principia proprium, atq; proportionatū cōmiserunt errorem.

Prima pars diuiditur in quatuor capita.

In Primo capite cōtinentur opiniones, quæ de hoc pncipio afferri possunt, & earum authores.

In Secundo earum genera varia, & quæ nam à Physico destrui, vel non destrui debeāt. quod, si cū eo genere sermonem faciet, quod non spectat ad Physicū et cōtradicere, loquet quidem vt Philosophus, non vt Physicus, huiusq; rei rationem reddet.

In Tertio destruet opiniones illorū, qui nō sunt naturaliter locuti, pręter destructionem syllogismorū eorū.

In Quarto destruet ipsorum syllogismos.

Caput Primum.

6 Dicamus autem, Principium vel vnum, vel plura oportet esse. &, si vnum, vel mobile, vt nōnulli Physici Aerem, alij vero Aquam esse principiū autumant: vel immobile, vt Parmenides, & Melissus censere videntur: vel finitum in magnitudine, aut infinitum. Et, si plura, vel mobilia

quoq;

quoq;, vel immobilia, licet nemo ita censeat, vel finita, vel infinita, vt opinati sunt Anaxagoras, & Democritus, & hoc, vel quia per se, & sm formā sint vnum, sed infinita in multitudine, & numero, vt sunt partes indiuisibiles, quæ atomi vocantur, sm opinionem Democriti: putabat.n. ipse res naturales cōstare ex partibus indiuisibilibus infinitis, differētibus tm̄ numero, et figura: vel vt sint infinita, eo quod sunt partes similares, vt Anaxagoras opinatus est: credit nāq; ipse ex qualibet similari particula, vt osse, & carne, prouenire infinitas partes similares, quæ quidem differant in qualitatibus contrarijs.

Caput Secundum.

8 Qui igitur asserit principium esse vnum, & immobile, errat profecto in hac arte, errore improprio, cum tollat motum: huius autem scientiæ professor contēplatur de entibus naturalibus, prout sunt mobilia: icciro qui hāc profitetur scientiā, nequit sermonem proprium secum habere, postq̃ primas propositiones naturales ei negauerit. Itidem neq; cum eo, qui pluralitatem, & motum negat, & dicit ens esse vnum, & īmobile, & non intelligit per nomen entis, id, quod nomē pricipij denotat. Et hoc quidem est, quod primo conijci potest ex Parmenide, & Melisso. nam licet ex verbis Antiquorum haberi possit eos vti nomine entis vice nominis principij, idemq; indicare, non tamen decet nos censere ita eos intelligere, præsertim cum dicāt ens esse vnum, & immobile, ita, vt intelligant principium, cum ipsum principium exposcat aliquid, cuius est principium, adeo, vt adsit ibi pluralitas de necessitate, videlicet principium ipsum, & id, cuius est principium: & ideo non decet sciētiam Naturalem profitentem, facere sermonem cum his duobus viris, cum ipsi negent pluralitatem rerum, quarum causa est ipsa compositio, quæ resultat ex pluralitate principiorum, eorumq; varietate, cum negēt principia ipsa, negantq; naturam, cum motum negent. Hæc autem sunt veluti radices, & præpositiones, quæ supponit tanq̃ per se nota, atq; cognita huius scientiæ professor. Quilibet autem artifex potest deceptionibus contra ipsum inductis cōtradicere, si eę intra principia sint. qm̄ obiectiones, quibus vtetur ad fallacias illas ammouendas, ex principijs quidem in ea arte concessis eas componet, siue in ea arte fuerint per se notę, siue ab alia receptę fuerint. Si vero delictum, vel deceptiones in ipsismet existāt principijs, nequaq; potest habere principia ad ea, quatenus est illius artis professor, quibus demoliatur illas deceptiones. Si igitur non fuerint de se notę, ad eam tunc attinet scientiam, in qua demonstratiue probantur. At, si fuerint de se manifestę, tunc ad artem spectat vniuersalē hre sermonē cōtra eū, qui in eis delinqt: hoc aūt vel artis Dialecticę vel pmæ Philosophię est officium.

11 Exemplum autem tum proprię, tum improprię deceptionis est, veluti contigit illis duobus Antiqs in quadratura circuli: nam alter putabat se circulū quadrasse, eùm lunarem quadrauerit figuram: alter vero, cùm fecisset in circulo figuram triangularem ęquilateram, & super quālibet eius costā formaret triangulū æquicrurium censebat, si ita semper egisset, coniungere costas vltimi trianguli super circuli circūferentiam. Ad Geometram nāq; spectat primum refellere errorem, respōdereq; ei, probando circulum nō diuidi, vsq; quo desinat in figuras lunares, impossibileq; sit ipsas figuras lunares circulum mensurare. Secundo vero delicto nequit Geometra contradicere. qm̄ ille, qui eo vsus est, vnū ex Geometræ fundamentis profecto negat, quod est, omne quantum posse in infinitum diuidi. Hæc ergo est potissima causa, ob quā tenetur qui hanc defendit scientiam, nō habere sermonem cum his duobus, s. Parmenide, & Melisso. Sed huius sciētiæ professor cogitur supponere quod datur pluralitas in rebus sensibilibus, variaq; principia, ex quibus oritur huiuscemodi pluralitas, & natura quoq;, quæ quidem est principiū motus harum rerum sensibilium. Secunda autem cau 10 sa est, quia huiusmodi opinio est falsa in arte Dialecticæ, & sensui aduersatur, veluti qui dicit contraria eadē eē simul. In syllogismis quoq;, quos hi duo viri ad hāc sentētiam afferunt, perspicuum qppe est peccatum, vt ex eorū rationibus manifeste haberi potest: & si Melissi ratio sit satis peior, cum & in figura, & propositionibus delinquat. propter hæc igitur non tenetur pfessor huius scientiæ loqui cum his duobus viris. At, licet nō 12 teneatur secū alloqui, nihilominus verbū cum eis facere Dialecticū, vt inqt Arist. habet aliqd Philosophiæ.

Caput Tertium.

In hoc capite incipit arguere contra conclusionem, quam inferunt, quæ est, s. ens est vnum: cōtra quos dupliciter inuehit. Primo ratione nominis subiecti, diuidendo. s. nomē ipsius entis in omnia ea, de quibus dicitur in Dialectica arte, & probabit ens nō esse vnū, aliquo illorum modorum, quibus dicitur nomen entis in ea arte, s. Dialectica. Secundo ratione prædicati: & hoc etiam diuidēdo ipsum vnum in eas res famosas, de quibus dicitur in arte Dialectica, & probat neutro illorum modorum ens esse vnum.

Primum Argumentum.

Nos interrogamus eos vtrum hoc nomen ens signi- 13 ficet primo apud eos vnam rem, vel plures. Et, si dicāt 14 partes, vt nos quoq; dicimus significare decem prædicamenta, tunc concedunt pluralitatem. Et, si vnā, tunc iterum quæremus vtrum illa res sit vna genere, vel specie, aut indiuiduo. Si igitur dicāt vnam genere, vel specie, concedent quidem ens esse plura, quoniam genus in species diuiditur, & ipsa species in indiuidua. At, si dicāt esse vnam numero, tunc quæremus ab eis vtrum indiuiduo substantiæ, vel accidentis. &, si accidentis, tunc dicemus accidens non posse esse sine subiecto. ens igitur erit duplex, s. accidens, & subiectum. &, si substantiæ, tunc id esse impossibile asseremus, cum oporteat ipsum vel finitum, vel infinitum, quæ sunt quantitatis affectus denominare. erit igitur duplex etiā, videlicet substantia, & quātitas. deinceps interrogabimus eos vtrum ipsum ens, quod est vnum indiuiduo, habeat definitionē, vel ne. &, si definitionem habere negēt, negabunt ergo ipsum habere naturam. si vero definitionē habere asserant, ergo habebit oīno partes definitionis, quæ cum definito existant. vt gr̄a exempli homo sit ens vnum oportebit inq̃ inesse ei partes definitionis, hoc est aīal, & rationale, quæ sunt eius definitio. neq; potest quis censere hęc eē accidentia in homine, videlicet aīalitas, & rōnalitas: qm̄ oporteret & ipsum cōpositum ex ipsis esse accn̄s. Hac igit rōe entia sunt plura, licet non distinguantur ab ente, qđ est vnū.

Secundum Argumentum.

VTrum autem scientiæ Naturalis professor formam expertem materiæ contemplari teneatur, aut seorsum materiam, vel vtrunq;, id dubium habet, cùm hæc duplex sit natura, de qua igitur hanc inuestigare debeat Physicus ambiguitas est: vtrum scilicet alterum horum tātum scrutari debeat, an cogatur vtrunq; inuestigare, postquam tenetur perquirere compositum ex ipsis. &, si vtrunque, vtrum eadem vtriusque habeatur scientia, vel duæ sint notitiæ. Si quis igitur Antiquorum verba perspexerit, purabit profecto de materia speculandum esse: quoniam de forma consyderationem admodum imbecillem habuerunt. Sed, cùm ars imitetur naturam: & in arte ad eundem spectet scire formam, & materiam, vt gratia exempli ad Medicam scientiam scire sanitatem, & eius subiectum, quod est pituita, & bilis: & ad Ædificatoriam artem formam ædium cognoscere, earundemq; materiā, quę est trabes, & rabulæ: oportet igitur vt ad Physicam scientiam hoc magis attineat, scire videlicet vtrasque has naturas. Adde etiam quòd forma est finis, & materia est subiectum finis & præparatio ad eum: oportet autem finem, & id, ad quod est finis, eiusdem esse scientiæ. finis etenim, & id, quod propter finem, est correlatiuum: relatiua aūt ad eandē spectant scientiam, corūq; scientia eadē existit. Quod autem forma sit finis indicium est, quia est finis motus in generatione: quāuis nō sit necesse oē vltimum esse finē, nisi optimū fuerit. ideireo mors ultimū est, non tñ finis. Oūditur iterū notitiā materię, et formę in eadē existere

existere scientia. quoniam Effectrices artes quædam materiam & faciunt, & adinuenunt, quędā vero eam simpliciter adinuenunt, vt Ædificatoria ars, quę clauos, & lateres, ex quibus ędes conficiuntur, adinuenit. quædam altæ materiam præparant, vt ars extruendarum nauium: quę quidem nauem producit, & quo pacto ligna incidi debeant ipsa edocet. Si artes igitur factiuę materiam de nouo efficiunt, opus erit profecto naturalis scientię professorem eam cognoscere: nam, sicut se habet ars ad artificialia, ita scientia in rebus naturalibus: communicant enim in cognoscendo. differunt tamen naturales res ab artificialibus, quoniam hæ* efficiuntur, naturales vero non. Neque inconuenit dicere artes inferiores, quæ scilicet Architectonicis inseruiunt, materiam procreare, propterea quia Architectonicę artes, quarum finis est forma, et artes sibi inferiores ad suum dirigunt finem, solēt eas artes inferiores ad cognoscendam materiam instituere. quoniā generatim Architectonicæ artes duæ sunt. Alia quidem, quæ artem sibi subiectam edocet, artem formæ, materiamq; propriam illi formæ duntaxat notificat, vt Nauicularia, quæ lignariam particularem sibi suppositam docet, figurāq; meliorem, qua nauis nauigare valeat: instituit: qui quo pacto præcingenda sint ligna idonea ad perficiendum huius figuræ opificium. Alia vero est ars, quæ formam efficit, aliam tamen statuit ad præparandam materiam illi formæ, vt ars naugia, quæ formam nauis conficit, & artem incidendi ligna pro naui, id est formam incidendi docet: nam non ex quauis sectione ligna erunt apta vt ex eis fiat nauis. oportet ergo seruiles artes, quę quidē sub se nullam aliam cōmēt artē, materiam innouare. Et hęc ofa cogunt Physicum de materia differere: est enim materia ad aliquid dicta: & ideo quatenus refertur ad formam, eam contemplamur, & formam, quatenus est in materia, quo fit, vt si nostra consyderatio vsque ad formas se extendat, non tamen sequestratur à formis materialibus, immo desinit in immaterialiorem earū, vt est anima: verum eam cōsyderat prout ad materiam sese refert. Quòd autem naturales formæ sint materiales ratione ostenditur, cum omnes à materialibus gignantur formis. hominem enim homo generat, & sol: homo autem propinquum est agens, sol vero remotum. sed tractare de formis separatis ad primam spectat Philosophiam. Ex his igitur habes Physicum consyderare vtrunq;, & qualiter ea contempletur.

* a.l. efficiūt s. finis ē facere.

Tertia Summula habet quatuor capita.

In Primo capite habetur quot sint causæ.

In Secundo de casu, & fortuna tractatur.

In Tertio soluūtur dubia, quæ in causa finali occurrūt.

In Quarto habetur ad quam necessitas in rebus naturalibus referatur causam.

Caput Primum.

28

Ausam quadrifariā dici annuimus. Prima est ea causa, ex qua res fit, & est ipsa materia: vt æs le habet ad statuam, & aurum ad annulum. hæc aūt multiplex existit. nam vel est materia per modum cōpositionis, vt sunt literæ materia syllabarum, & dictionum: vel tranmutationis, vt panis, qui sanguinis est materia: vel est materia vtroque modo insimul, videlicet compositionis, & tranmutationis, vt aqua, & terra, quę animalium, et plantarum existunt materia. Dicimus quoque partes esse subiectum ipsius totius, sed nō eo modo quo supra. Idēidem proponēs syllogismū subiectum appellamus conclusionis, sed alio modo à prædictis oibus. Secunda est forma, & ratio significans qd esse essentiā rei. & hęc quoq; causa tripliciter dī. Vno modo, s. de toto, qđ resultat ex partibus, & est id, quo aliquid dī esse totum, & cōpletum. Alio modo de cōpositione, quæ resultat in ipsis cōpositis. Alio vero de forma naturali in materia. Tertia est de efficiente, à quo principiū actionis oriē, vt se habet medicus ad sanitatē, & ædificator ad ædes. Quarta est id, cuius grā res est, quę quidem finis existit, vt sanitas exempli grā, & exercitium: est. n. exercitium sanitatis grā: & summatim quęcūq; sunt ante finē, pp finē sunt. & hoꝝ alterum alterius est grā iuxta rōnem, qua ad finem magis accedit, vt medicaminis potio exēplī causa est grā extractionis humoris, qui morbum facit, & humoris extractio est sanitatis grā: hoꝝ aūt oium propositū est ipsa sanitas: diffident tñ inter se, cum alia artes, alia vero mīstra existant. Quòd aūt grā harū cārum his quatuor cōtineantur satis est manifestum, cum tñ his quatuor respōdeatur interroganti, pper quid aliquid fit: quibus habitis desyderiū sistit, neq; deineceps quæritur propter qd fit: &, si tandem responsiones, quæ ad interrogationē propter qd perquirant, non nisi in vna harum causarū inuenientur. nam q̄cq; per formam respondemus, vt si quæramur in Geometria, pper quid ista linę sunt ęquales, & respondemus qa a centro circuli ad circumferentiā exeunt. Sed nōnunq; p primum mouens respondemus, vt si interrogemur, propter qd illi hoīes, qui Camelos equitant, currunt cōtra nos, respondemus ad interficiendum Platonem. Aliqñ tñ per finalem respondemus cām, vt, si quæratur cur bellum geritis contra huiusmodi populū, respondebimus vt fidem, quā obseruare teneni, cos subire cogamus. Nōnunq; vero p materialē, vt si quæratur, quare lcamnū est putrefactum, & respōdeat quia est ex ligno. Physicus aūt ad vnū quæritum, vel ad plura pōt oibus his causis respōdere. Vt quidem, vt, si interroget, quam ob causam hō interit, poterimus in huius responsione quatuor afferre causas, vt q̄ dicatur, quia est animal rationale, vel quia eius causa efficiens, aut custodiens remouit, vel ppinquior ei existit, hoc est ignis sol, vel qa ex contrarijs constat, vel quia melius est eū mori. pluribus aūt, atq; variis interrogationibus itidem fiet, vt, si quæratur cur homo moriatur, & afferatur causa materialis ad id, et dicatur quia est compositus ex contrarijs, vel aliquis quærat cur homo remanet vnus post mortem, & respondeatur per causam formalem, & dicatur quia est rationalis.

Tres autem causę in generatione multarum rerum generabilium contingit q̄q: vt eędē sint subiecto, & specie, tres tñ in respectu, & comparatione, agens videlicet, & forma, et finis. quod patet in rebus, quę à sibi similibus in specie generātur. vt causa efficiens hominis exempli causa est ipsa forma hominis, & est vna specie: eius autem finalis causa i generatione est forma ipsius quoq; nam ea pfecta ab agente, cessat agēs mouere. est igitur finis in comparatione ad motū, sed in comparatione ad rem generatā est forma, & in respectu ad gñans est efficiens. Tres igit hæ causę in gñatione sunt vna subiecto, tres in respectu. Hoc tñ accidit in rebus, quę mouentur à motore propinquo, qui est eiusdē speciei ipsius mobilis, cum fuerit etiam mobile. Sed de motore remoto immobili non consyderat huius scientiæ professor. sufficit enim sibi attingere ipsum esse. et propter hoc tres sunt cōmētarii, q de rebus hñtur. Primus est de rebus mobilib⁹ corruptibilibus. Secūdus de mobilibus incorruptibilibus. Tertius vero de immobilibus, atq; incorruptibilibus. & is pmæ Philosophiæ sciam habet. Principia igit mōuētia duo sunt gñe, vnū naturale, qđ quidem mouet, et mouet, aliud non naturale, qđ mouet, & non mouet. Cū igit ex dictis pateant ō, & quot genere sint ipsa principia, indagandum modo est quo

pacto ad ea, quorum sunt principia, quaue ratione ad
72 se inuicem referantur. Dicamus ergo hæc quatuor ad
eandem rem se referre eisdemmet quatuor modis, quibus ei sunt causæ. Vnum, videlicet se esse agens, aliud materiam, aliud vero formam, quartum denique finem dicimus. vt, si dixerimus aliquid ex quo fuerit, & à quo, & quid sit eius quiditas, & propter quid, & fortasse per hæc quatuor respondemus, vt paulo ante diximus, respondēdo ad interrogationem propter quid de eadem re, & forte per duo, vel tria respondebimus.
73 Idemque nonnunq; fortasse referetur ad aliquid, & ad
eius cōtrarium, vario, ac vario tamen modo, vt nauta gratia exempli, qui si naui præsit, est causa eius liberationis, si vero absit, eius perditionis causa erit. Sunt & harum causarum aliæ aliis inuicem causæ, vt exempli causa exercitium est causa sanitatis, atque roboris corporis, huiusq; robur est causa exercitij: hoc tamen vt efficiēs causa, illud vero vt finis. Eademq; est ratio materiæ, & formæ, videlicet quod materia est causa formæ, eo quod est eius materia, & forma est causa materiæ, eo quod est eius perfectio, seu actus.
74 Et, postquam declarata est proportio, quam habent
causæ rei ad ipsam rem, & ad inuicem, nunc de numero specierum inuentarum in vnoquoq; quatuor generum considerandum est: videntur enim in his species generibus similes esse. de generibus autem sermonem præterij, reliqui igitur de speciebus verbum facere. Dicamus ergo species causarum summarum esse quatuor, propinquam scilicet partialem, vel remotam vniuersalem, vel per se, vel per accidens, vel simplicem, vel compositam, & harum quælibet est vel in potentia, vel in actu. propinqua autem exemplum est, vt medicus, qui est causa sanitatis propinqua: remota vero est
75 ipsius medici. per se quoq; cum dicimus medicū esse causam sanitatis, sed per accidēs, vt cum dicimus eundem esse causam sanitatis, si accidat medicum esse egrotum.
76 Huiusmodi autem causæ per accidens possunt vel
simplices, vel compositæ esse: simplices quidē, vt quæ nunc dicta est causa, cōposita vero, vt si dicamus medicum ægrotum. Itidem & simplices, atq; compositæ possunt aliquo modo esse per se, vt ferrum compositū ex cuspide mucronis, & ære deauratum est causa candelabri. At, quæ sunt in actu causæ, sunt illæ, quæ cum rebus, quarum sunt causæ, reperiuntur, vt quod medicat cum medicato, & ædificans cum ædificato. Quæ vero in potentia sunt sine, quę cum patiō non inueniuntur, neque privantur a suis priuationem, nam ædificator inuentus priuata adhuc domo, non tamen corrumpitur ad
77 eius corruptionem. Vnusquisque tamen rei semper
propinquiorem causam inuestigare debemus: in eam enim fit rei rogatio propter quid. Scire quoq; oportet causarum genera esse generum causas, inductionū vero, & singularium singulares, vt ars Medica exempli gratia est causa sanitatis, & singularis medicus est causa sanitatis. Potentiales causæ quoque in potentia sunt earum rerum quarum potentia causę, & quę in actu earum, quę in actu. Habes igitur ex his quę, & quot sunt causæ ex quo vt ad rem, cuius sunt causæ, ad seminem referantur. Nec te latet cognitionem numerum causarum esse nec etiam illi, qui hanc scientiam contemplantur: quoniam habitis generibus vniuersalibus eorum tota natura constantiū inuestigabuntur demceps. Itaq; eam diligentiā in qualibet re particulari. Hęc igitur est via, qua Plotto, quam præscire debet, qui hanc artem contemplatur.

Caput Secundum.

78 POstęq; Arist. tractauit de causis, scilicet quæ, & quot sint, incepit deinceps scrutari de rebus,
quarum euentus ad casum referitur, et ad id, quod sponte fit, vtrum videlicet casus, & id, quod sponte fit, (seu secundum quod ipsum) sint aliqua prędictarum causarum, vel aliquid aliud: & si aliud, quid nam sit illud: &, si aliud, quid interſit inter fortunam, et id, quod sponte fit. Et dicit primo duas esse Antiquorum opiniones de
79 ipsa fortuna, & eo, quod sponte fit. Vna est, quæ tenet
ea esse vnam ex præcedentibus causis, efficientem videlicet causam, & quod fortuna, & casus, & id, quod sponte fit, nihil proprium significant in voce sua. quod duabus probant rationibus. Prima est, quòd ea, quæ * à casu fiunt, nō possunt referri ad causas* terminatas. Secunda est, quòd, si fortuna significaret aliud genus causarum quam prædictarum, Antiqui non subticuissent ipsum. Alia opinio est, quæ tenet fortunam esse
80 aliam causam præter illas quatuor prædictas, diuinam
tamen, cuius essentia est ignota. hæ igitur duæ fuerunt Antiquorum opiniones de fortuna, & eo, quod sponte. Quòd autē ipsa fortuna, et id, quod sponte, sint aliud,
81 quàm prædictæ quatuor causæ, est de se notum. dicimus enim Soc. interfecisse Platonem ex electione, non
82 dicimus tamen eum interfecisse à fortuna: dicimus tamen interfecisse sibi obuium a fortuna: et ideo dicimus persecutum fuisse quēpiam, quem offendisse Deus voluit. Hęc igitur quod casu fit, & id, quod per electionem, manifeste sunt duæ res distinctæ. Idēirdem quod a fortuna, & id, quod à natura prouenit. nam sextus digitus dicitur à fortuna productus, non tamen à natura. sunt igitur, & hęc duo inter se distincta, fortuna videlicet, & natura, cum id, quod ex eis prodijt, sit diuersum.
83 Ratio autem, quam afferūt, quod Antiqui nihil de fortuna locuti fuerunt, nulla est. quoniam tempus potest veritatem ostendere. qui enim fuerunt illis recentiores locuti sunt de fortuna, ad eam q; aliquid rerum asciperunt. & ideo ei id adscribunt, qu a nihil aliud cognoscunt, cui possint id attribuere, & propterea dicūt multa hominis membra esse a fortuna, quia ignorant eorū
84 causas, & propter hoc nonnulli eorum cœlum, eiusque motum, & ordinem ad fortunam referunt: latent enim
85 eos huiusmodi rerum causæ, & hinc apparet quòd nomen fortunæ nihil prædictarum causarum potest significare apud eos. Qui autem putat multas harum rerū
86 inferiorum ad fortunam referri, magis excusatione dignus est, quàm qui ordinem, ac rectitudinem apparentē à corporibus cœlestibus et attribuit. nam nihil à fortuna in hoc genere rerum vt innouari, sicut in generabilium genere vī, quæ subiacent, ſ. cœlestibus corporibus. & propterea Arist. potius arguit contra Democritum, & qui cœlestia corpora ad fortunam refert, q̄ contra eum, qui multa interiora illis ad fortunam refert. Habito igitur q̄ fortuna est aliquid in re, inuestigandum est quid sit. Dicamus ergo neminem latere q̄
88 eorum, quæ fiunt, quædam semper, vt solis ortus, atq; occasus, quædam vero vt frequenter fiunt, vt calor in æstate, & frigus in hyeme. dantū ut raro, sicut frigus in æstate, & calor in hyeme. ea autem, quæ à fortuna fiunt, nec in rebus necessarijs, neq; in his, quæ vt in pluribus sunt, fieri manifestū est. sed in his, quæ vt in paucioribus sunt, quæ à natura, & electione fiunt. Sed, cum ea, quæ raro fiunt, dupliciter se habeant, nam quædam propter aliquam causam, atque finem fiunt, vt res, quæ à natura, & electione sunt. quoniam ea, quæ a natura, & electione oriuntur, propter aliquam causam certe fiunt, cum natura nihil frustra agat: quædam vero alia à rebus, quæ nullam causam intendunt, omnino fiunt, vt cùm temere pilos è mento euellimus, nulloque proposito ad id habito. Constat autem ea, quæ à fortuna fiunt, non esse huius generis, quod raro fit, sed eius, quod propter aliquam fit causam,

causam, & si raro etiam fiat: vt gratia exempli, siquis domum egreditur, id quidem propter aliquam agit causam, siue vt balneum, vel plateam, aliquodue oraculum petat, aut aliqua alia causa proposita. Si autem in itinere contingat se aureum inuenire, tunc dicimus aureī inuentionem fuisse à fortuna, ipsumq; fuisse inuentum propter rem, quæ est à fortuna, quæ scilicet est id, quod raro est, quod fuit ex egressu domus, qui fuit propter aliquam causam. Constat igitur in genere eius, quod raro euenit, fieri aliquid propter aliquam causam. Habitis duabus propositionibus notis, quarum vna est, quòd fortuna fit è his, quæ sunt vt in pauctoribus, alia vero, quòd fortuna fit ex his, quę sunt alicuius causę gratia, cōcluditur in tertia figura quòd aliquid eorum, quæ raro fiunt, prouenit ex rebus, quæ sunt propter aliquā causam. Duo igitur habemus hic, scilicet fortunam, & id, quod à fortuna prodnt. ipsa autem fortuna est causa, & quod ab ea prouenit, causatū. si autem id, quod à fortuna oritur, raro quidem, & ex his, quæ alicuius causæ gratia fit, habemus igitur fortunam esse causam rei, quæ per accidens euenit. nam ideo Socrates è domo egressus fuit, vt balneum, vel forum ad mercaturam peteret: & hoc fit vt ſi pluribus, & per se: sed quòd aureū inuenerit in itinere, causa quidem per accidens fuit ipse exitus e domo. Constat igitur fortunam esse causam efficientem per accidens rei, quæ raro fit, eo, quod huiusmodi res oritur ex rebus, quæ sunt alicuius causæ gratia: quæ quidem res (vt diximus) à natura, & arte prouenitur. cum autem dicimus fortunam esse causam per accidens, intelligi debet quod id, quod ex ea prouenit, est raro: non q̄ sit quid accidens causæ per se, præter hoc, quòd agat aliquid in id, quod per accidens, & à fortuna. nam in hoc differt à cęteris causis per accidens. dicimus enim Geometram esse causam sanitatis per accidens, & raro, cum accidit Geometram esse Medicū: sed nihil penitus agit Geometra in rem aliquam tam vt raro, quàm vt frequenter, sed hoc est quid accidens causæ per se, quæ est ipsa medicina. fortuna autem refertur ad res, quę fiunt à natura, & intellectu propter aliquam causam, cum huiusmodi res non assequuntur suum finem, propter quem sunt, & prodeunt ex eis res non intentæ, eliq; ex causis efficientibus, per accidens tamen. Cum igitur nec id, quod proponitur, neque aliud prodnt, tunc dicimus id esse inane, et frustra. sed, si id, quod non est propositum prouenit ab eis, tunc à fortuna id prouenire dicimus: sed, quia fortuna est causa per accidens, ideo est imperfecta, & interminata, & incognoscibilis. & quemadmodum in causis per se datur aliquid propinquum, & remotum, ita in causa per accidens. vt si quis ægrotans egrediatur domum alicuius rei causa, & cum uentus offenderit, vel caput abraserit ob aliquam causam, & inde sanatus fuerit. nam ventus est propinquior causa sanitatis, quàm abrasio capitis: quoniam ventus ideo ualitudinem efficit, quia ægroto temperaturam contrariam eius ægrotatiuæ temperaturæ præstat, cuius causa sanitatem adeptus est: sed capitis rasio ideo fuit sanitatis causa, quia induxit fungositatem capitis, qua vapores transpirant: & sic ex vaporum exhalatione
56 prouenit sanitas. Bona autem fortuna est, cùm quis
offendit aliquem finem, quem desiderabat præter hoc, quòd eum proposuerit: mala vero, cùm eius rei fini quis obuius fuerit, à qua se præcauebat. Sed casus prosperus est inuenire à fortuna multas res desyderatas: quemadmodum infœlix est malas reperire res fortuna quadam. hinc fit quòd in fortuna, in casuq; forlici firma spes haberi non decet, neque quis seipsum isdem con-
57 solari. Id vero, quod sponte (seu ex se) fit, inuentur
quoque in rebus, quæ raro fiunt, & ex his, quæ ob ali-
quam causam. Interest autem inter hæc, quoniam quod sponte fit, communius est eo, quod fortuna, & casu. Quod enim ex se fit, in rebus, quæ à natura, & electione reperiuntur: id vero, quod à fortuna, in his duntaxat, quæ ab electione: quæ quidem sunt res, quæ aguntur, cuius rei indicium est, qm̄ communis opinio, quæ putat bonum casum, atque fortunam esse quoddam felicitatis genus, adeo, quòd vulgus nullam aliam præter hanc cognoscunt felicitatem, hoc est, vt, cùm homo ambulat ad sua negocia agenda, accidant ei casus per optimi, & res laudabiles, præter hoc, quod eas decreuerit. Quamobrem, nulli felicitas, & casus optimus præterq; homini asscribitur, nisi forte similitudine quadam, atque translatione (seu transumptione) vt cum lapides, ex quibus idolum conficitur, beatos vocamus. Id vero, quod sponte, & in animantibus, & in
60 multis inanimatis reperitur, vt cùm dicimus equum
currentem sponte venisse ad nos, si contigerit eum arripuisse fugam, & nos accepersimus ipsum: vel, cùm dicimus lapidem cecidisse, & fuisse sedes ex se, sup quem aliqut sedeant: vt si, cùm in terram ruit, contingat eum sibi contrahere situm, qui, vt super ipsum sedeatur, idoneus sit. Idēirdem quod ipsōre fit in humana arte, quod
61 bonæ, & malæ fortunæ proprium nomen sibi vsurpa-
62 uit, & apud vulgus felicitas, & infelicitas, (seu dolor)
63 nuncupatur. hoc autem nomen, scilicet quod ex se, vel
64 sponte, à Græca lingua originem assumpsit ab eo videlicet, quod est inane, seu temere. quoniam, cùm aliquæ res propter aliquem reperiuntur finem (vt diximus) & huiusmodi earum finis non eueniat, dicimus tunc eas temere euenisse: &, si in eis inuenerimus aliquid, quod non solet euenire ex ipsis, tunc id spōte fieri assērimus. In idiomate tamen nostro videtur nomen fortunæ esse commune ad id, quod à natura, & electione prouenit, vel dicitur largo modo de eo, quod à natura oritur. sed, vtcūq; sit, hæc non est presentis contemplationis, et, quia id, quod ex se fit, nō prouenit ex suis propriis causis, sed ex eo, quod per accidēs, ideo ex rebus, quæ numero vacant, prodire potest. nam ex multis rebus thesaurus reperiri potest, vt fodiendo terram ad arbores plantandas, vel puteum fiendū, aut ędificandas ædes, vel his similibus, ex quibus thesaurus à fortuna prodire potest. Quid igitur sit fortuna, quidq; id, quod sponte, quid denique inter ipsa interſit iam habes. diximus. n. ea ad genus efficientis causarum per accidens referri, hoc est causarū, quæ à natura, & electione prouenunt. Et, quia iam expositum est fortunam ipsam, atq; id, qđ sponte in his, q̄ ab intellectu, & natura prouenunt, inueniri. intellectus igitur, & natura priora sunt fortuna. & eo, quod ex se: quoniam ea, quę per se priora sunt his, quæ per accidens. Hinc quoq; habent hęc etiamnum eorum, qui causam vniuersi fortunę asscribunt. quoniam, si darentur causæ, e quibus vniuersum totum prodiret, tunc non darentur res, quæ prouenirēt ab illis causis per se: & sic id, quod p accidens, esset expers rei, quę per se, & prius ea, quod est talium.

Caput Tertium.

QVoniam autem ex quatuor causis Antiqui tantum Materialem considerarunt: nam de Formali, Finali, atque Efficienti minimum quid attigerunt: ideo id, quod forma vocatur, & finis, inæqui naturam materiæ putarunt, ex eaq; de necessitate prouenire, & tum primum, tum vltimum negarunt finem. Videtur enim, inquiunt, pluuiam non vt fruges germinent descendere, sed quia accidit ipsi vapori ascendenti infrigidari in superiori parte aeris, ex quo fit pluuia, quæ descendit, & femina pullulare facit. Itidem in membrorum animalis generatione,

ita, vt dẽtes gratia exempli quidam lati, quidam vero acuti reperiuntur, non vt ad terendum lati, & ad incidendum acuti existant, sed quia ipsos molares, qui ex materia terrena, craslaq; oriuntur, contingit esse latos, et ex materię tenuitate acutorum dentium acutos oriri de necessitate. Dicunt aũt generationem aialis tunc perfici, & idoneam reddi, cùm huiusmodi contingẽtia (seu fortuna) accidit i oibus eius mẽbris, sed * defectus (seu destructio) accid t in generatione eius, cùm huiusmodi contingens non euenit in oibus eius membris, q̃ ex ipso aſali genita sunt. Quare naturã posse procreare indiuidua aſalium, ex pluribus spẽbus composita certe affirmant: vt forte fortuna contigit cuidam animali habere quædam eius membra alterius animalis, & alterii alterius, vt Empedocles asserit posse oriri aial, cuius superiores partes sint humanæ, inferiores vero boũmæ, his igitur rationibus priores tollebãt finalem causam. hac quoq; ratione res gigni existimabant.

* a.l. defetur generatio.

77 Nos tamen dicimus quicquid à natura generatur, id vel vt semper gigni, vt aial, quod ex mare, & fœmina procreatum est, vel vt i pluribus, vt quintus digitus in homine, vel vt i paucioribus, vt sextus. in prius autem dictis aperte patuit ea, quæ raro fiunt, sponte, & fortuna fieri. Quod igitur ex animali gignitur, atq; planta, oportet à fortuna, vel à natura prodire: sed non à fortuna: quoniam tunc animal, & planta raro inuenirentur: & oporteret id, quod est per accidens, esse denudatum ab eo, quod per se, et vt nõ postponatur ei. Iam tamen est probatum ipsam fortunam, & id, quod sponte, esse posteriora rei naturali, hinc autem innui potest quòd re vera natura alicuius rei gratia agit.

78 Potest adhuc idem monstrari, si naturam arti comparemus. est enim ipsa causa finalis apertissima in arte. i ídẽdem quicquid est ante finem, esse propter finem,

79 nemo ambigit. si rem igitur animaduertas, non te latebit naturam in hoc æqua lance cum arte procedere. nam, si domus gratia exempli à natura produceretur, non nisi vt ab arte prodiret. hoc tamen primo naturæ, quàm artis tribuendum est. ars enim naturam imitatur. Iccirco suis figuris (seu descriptionibus) inuenimus eam perficere id, in quo natura deficit, vel illius opus facile reddit, vt ars Medica, et Agricultura. constat igitur eandem esse proportionem priorum ad posteriora in arte, quæ est in natura. priora videlicet i his propter posteriora exittere. sed, si in naturalibus priora posteriorum gratia fiunt, & ita q; se habet natura, quæ dicitur de materia cum ea, quę de forma. patet ergo in ea iam propter formam existere, formamq; esse finem in generatione. Neq; quod casu in rebus naturalibus euenire solet, prohibet naturam non agere propter aliquid. Quemadmodum si in arte aliquod committatur crimen, non propterea oportet eam non propter aliquid operari. nam, si grammaticus in suis delinquat sermonibus, medicusq; in potionis exhibitione, id quidem raro, & per accidens contingit. peccata itidem, quæ in animalium procreatione euenire solent, sunt prorsum huius generis, videlicet quod raro euenit, & ex necessitate materiæ corruptionesq; principii, quod est promptum finem assequi, sed eum imperfectum adipiscitur: non q̃ corruptio et aduenial ad recipiendum alium finem, et ideo nos non assentimus aliquod animal gigni, cuius superior, pars media sit humana, & media iterior alterius animalis, vt multi Antiquorum id pro possibi lt in contestio habent. Nam quodlibet ex quolibet non fit, neq; quodlibet principium est cuiuslibet finis principium: immo proportiones finisq; generatione, ad sua principia sunt profecto terminatæ. Impossibile igitur est dari illa portenta, quæ Antiqui arbitrati sunt. Si tamen accidat aliquod monstrum in procreationibus, id quidem in vna duntaxat specie reperitur: vt, si agnus cum duobus capitibus nasci videatur. quod etiam raro euenit. Antiquorum adhuc quidam arbitrati sunt 86 causam finalem inueniri in artibus tantum, quæ intellectu, & consultatione vtunt. nihil tamen dicunt. quoniam id, cuius gratia, perspicuũ est in artibus, quę non exercent intellectum, que nadmodum & in his, quæ eo vtuntˇ, vt Lignaria, Fabrilis, et Sutoria. neminem. n. latet has propter aliquid operari: & si Sutor non consyderet peruentũ finis illius, neq; etiam Faber lignarius, vt cõsyderat Medicus atq; Nauta. In his igitur rebus nihil interest inter cunctas artes inuicem, neq; inter artem, & naturam, nisi quòd ars extra, natura vero intra rem existit. Adest & Tertia ratio, quę ostendit naturã propter aliquid agere perquirendo. videlicet * singulas operationes eius, tum in animalibus, tum in stirpibus, & præsertim in animalibus * discursẽtibus, quę operationes agunt terminatas, non ab arte ordinatas, neque intellectu, vt araneam texere, & apes cellulas sexagonas struere, reliquaq; animalia: ex quorum operationibus abũde apparet ea propter . liquam agere causam, quod & ex vtilitatibus membrorum animalium satis aperte constat. In plantis quoque idem perspicuum est, & si minus pateat, vt folia emittere pro fructus custodia, corticem vero granorum pro eorundem tutela. Porrò quod de pluuia in argumentum afferunt nos non assentimus: neque dicimus pluuiam à casu euenire, sed dicimus hoc, vt semper ex motu, scilicet solis in circulo obliquo. id autem, quod est vt semper, & necessarium, non fit à casu, immo propter aliquem finem. quod quidem ob duo euenit, quorum alterum necessarium, alterum vero melius existit. Necessarium quidem est, vt scilicet elementa remaneant in specie seruata: & ideo ex sese inuicem quibusdam terminatis temporibus generãtur. nam generatio, & corruptio accidit eis propter contrarietates, quas habent: ordo tamẽ, & restitudo propter motus cœlestes. Id vero, quod præstat, seu melioris notæ gratia existit, est propter mixtionem aquæ cum terra, vt plantæ, cæteraq; corpora ex elementis genita oriantur. Ex his igitur habes naturam propter aliquid agere, causamq; rei finalem esse ipsam formam.

* a.l. partes operationũ

* a.l. ꝓpar-tibus.

Caput Quartum.

QVoniam Antiqui præponebant necessitatem 87 ipsi materiæ in generatione: putabant. n. materiam esse generationem, ac si quis diceret murum, ideo esse de necessitate murum, quia natura ipsius grauis ẽ deorsum mergi, leuis vero sursum eleuari. & ideo lapis infertur, lignum vero supertus existunt: contentaneum igitur est perquirere vtrum necessitas rebus naturalibus tribuatur ratione finis earũ, qui est ipsarum forma, vel ratione materiæ. Constat 88 autem necessitatem inuentam in generatione parietis contra id, quod ipsi arbitrabantur, esse habere. non. n. adinuentis lignis, & lapidibus, clausq; paries inuenitur de necessitate: immo econtra scilicet dato pariete, oportet lapides, latereſq; dari. Hoc autem patet per interrogationem, propter quid. nam, si quis nos interroget propter quid paries ex ligno, & lapidibus constet, respondebimus protectionis gratia, & non dicimus, quia ex ligno, & lapidibus est, ideo protegit. Idẽtidem i naturalibus rebus necessitas debet referri ad id, quod in artificialibus referi. quicqd aũt est ante finem, debet nẽcio inueniri, cùm finis inuenit. Extat & in doctrinis 89 necessitas quoquomodo similis ei, quæ in naturalibus. intelligo illud necessarium, quod inter duo se consequentia existit ex suppositione. nam, si præmissæ sunt, oportet dari cõclusionẽ de necessitate, neq; hoc cõuertitur

uitur ita, q̃ data conclusione dentur præmissæ per se existentes. Verũtamen in doctrinis opposito modo consecutionis res se habet cum his, quæ ex natura. quoniã in his ex posterioribus tempore inferuntur priora tempore, veluti se habet materia cũ forma, in illis vero posteriora tempore, hoc est ipsa conclusio, à prioribus tẽpore inferuntur, quæ sunt ipsę præmissę. sed, quia principium cogitationis in rebus actiuis est finis actionis, ideo præmissæ re uera sunt finis, quæ quidem in actione fuerunt principium, et ipsa conclusio ponitur perinde, ac si ante finem. quod quidem ideo euenit, quia accidit rebus posterioribus in generatione, vt sint priores cognitione, & ecõtra posterioribus cognitione, vt sint priores generatione. & propter hoc consecutio ratione cognitionis est oppositа ei, quæ ratione generationis, & principium cogitationis non est principiũ generationis, & neq; finis cogitationis est finis gñationis.

90 Ex his ergo habemus q̃, si forma adest oportet materiam quoq; priorem ei de necessitate adesse. & quòd necessitas in rebus naturalibus * est veluti ꝓportio est materiæ ad formam. & propterea in hac scientia nulla potest dari definitio, quin in ea appareat materia: cum impossibile sit inueniri ipsam formam denudatã à materia. Sed reliqua necessaria, quę res insequitur naturales, vt est ipsa corruptio, & defectus, ratione quidẽ materiæ, etusq; motuum ens insequuntur: ea vero, quæ præsidij gratia res sectantur, id quidem ratione formæ fit. Interest tamen hæc necessitas ab ea, q̃ inter prima, & vltima. quoniã hæc est ex ipsamet natura materiæ, illa vero ex proportione causarum ad esse inuicem. Antiqui tamẽ has duas necessitates domina esse censebãt, formamq; esse quid existens ex necessitate materiæ, quemadmodum & multa accidentia ex eius necessitate reperiuntur. & hic desinit Secundus liber.

* a.l. existit in proportione.

AVERROIS
EXPOSITIO MEDIA
IN TERTIVM LIBRVM PHYSICORVM.

Hic liber Tertius tres continet summas.

In Prima summula probat ad professorem huius scientiæ necessario attinere tractare de accidentibus (seu consequentibus) communibus rerum naturalium: & huius rei causam assignabit, & est veluti præfatio ad ea, quæ postea dicentur.

In Secunda notificat quid sit motus, & eius definitionem tradit, vt ex natura sui tradi potest.

In Tertia muestigat de infinito, & declarat quo pacto reperiatur.

Prima Summula.

1 DIcamus q̃, cum in definitione Naturæ accipiatur motus: cum dictũ iam sit Naturam esse principiũ motus, & quæritur: cogaturq; Physicus tractare de omnib⁹ partibus huius definitionis, & de eius consequentibus, ergo cogitur tractare de definitione motus.

Porrò, cum in definitione motus ipsum continuum appareat: in ipso autem continuo appareat infinitum: ergo qui de motu consyderat, cogitur quoq; de infini-
2 to consyderare, atq; de continuo. Præterea, cum tempus, & locus sint de his, quæ motum consequuntˇ, ideo cogit etiam huius scientiæ professor de eisdem consyderare. Et quoniam vacuum similatur loco, & plures Antiquorum putabant ipsum fuisse necessarium pro multis rebꝰ naturalibus, iccirco cogit & de eo ingrere.

Hæc inquam sunt vniuersalia consequentia, q̃ cunctis entibus naturalibus sunt communia, de quibus cogitur primo tractare huius scientiæ professor in hoc libro, antequam de proprijs consyderet, atq; cõmpletur: quemadmodum hoc idem cogitur agere de causis vniuersalibus, vt tam in huius libri prælatione dictum fuit. Quapropter huius libri propositum nihil aliud est quàm de causis vniuersalibus, ac de vniuersalibus consequentibus consyderare.

Secunda Summula sex continet capita.

In Primo capite agitur de his, quæ præponi, ac præcedere maximè debent, quæ tanquam recepta, & parata proprie esse debent apud eum, qui motum definire intendit.

In Secũdo traditˇ definitio motus ex illis rebus ꝓpriis.

In Tertio traditur adhuc alia definitio motus ex rebus communibus, non propriis, quas Logicales vocãt.

In Quarto, quo nam pacto vna, & eadem res dicatur esse in potentia, & in actu.

In Quito destruitur opinio Antiquorum de definitione motus, & talis destructio erit ratio ad id, quod diximus de motu. Item traditˇ in eo causa, ob quam sit difficile venari definitionem eius, nec non quantum assequatur mouens, & mobile de potentia, & de actu.

In Sexto soluitur dubium de motu, videlicet in quo nã magis supat motus, an in mouente, vel in mobile.

Caput Primum.

EA autem, quæ præscire debet, qui vult 3
veram motus definitionem sucnire, sunt videlicet tres propositiones. quarũ Prima est, quòd entia naturalia quandoque in potentia, quandoq; in actu reperiuntur, & quòd hoc est commune omnibus decem prædicamentis.

Secunda propositio est, quòd motus habet rationẽ relationis, (seu ad aliquid) quãuis in aliquo alio prædicamento reperiri possit: quoniam agens, & patiens, & mouẽs, & mobile, quodlibet horum dicitur in relatione, & respectu ad aliud: licet mouens dicatur esse in prædicamento, quod est agere, & mobile in prædicamento quod est pati. cuius rei ratio est, quia aliqua est relatio per se existens, sicut quantitas, et substantia, vel lutì duplum, & dimidium, pater, & filius: aliqua vero insequitur reliqua prædicamenta, hoc est, quòd se habet veluti quoddam consequens illius prædicamenti. Relatio vero, quæ reliqua insequitur prædicamenta, exempli causa est ipsorum quinq; respectuum, (seu habituum, seu proportionum) hoc est prædicamentum quando, & vbi, & habere, atque agere, & pati.

Tertia propositio est, quòd hoc nomen motus dicitur quodam genere analogię, & quòd non est ex nomi- 4
nibus vnuocis, neq; ex merę æquiuocis. 5

Ex vnuocis autem ideo non est, quia motus non reperitur primo, nisi in mobili.

Mobile vero aliud est in substantia, aliud in quantitate, aliud in qualitate, aliud in prædicamento vbi. in sunt̃q; vnicuiq; horum prædicamentorum duo genera motus contraria, alterum quidẽ * ignobilius, alterũ 6
vero * nobilius, vt motus gñationis, & corruptionis in substãtia, motus incremẽti, & decremẽti in quantitate, & albedinis, & nigredinis in q̃litate, & sursum, ac deorsum in p̃dicamẽto vbi: hęc aũt q̃tuor p̃dicamẽta nullũ

* a.l. fm defectum.
* a.l. fm excellum.

habent genus cõe eis: necessum igitur est nomen motus dict de eis eo modo, quo dr̃ de eis nomen entis, & principij. Manifestum quoq; est nomen motus nõ dici de eis eo modo, quo dr̃ de eis noĩa mere æquiuoca. nã, si ita esset, tunc nullũ reperiretr̃ p̃dicamentum, quod ea amplecteretur: ſ erum illud est ex noĩbus, quæ dr̃ secundum prius, & posterius (vt ita dixerim) velut reliqua nomina, quæ de reliquis omnibus dicuntur prædicamentis, aut de pluribus vno.

Caput Secundum.

6 His igitur sic expositis dicamus, neminem posse ambigere motum non posse ingredi sub genus eoꝝ, quæ sunt in actu: qm̃ hæc quiescunt, neq; etiam sub genus eoꝝ, quæ sunt in potentia pura: qm̃, dum perseuerant esse in potẽtia, sunt priuata. Si motus ergo nõ potest esse sub aliquo horũ generum, relinquit igitur vt consteт ex aliqua re, q̃ sit in potentia, & actu: vt solent esse ipsa media, quæ inter duo extrema opposita, cõtrariaq; reperiunt. Hoc autem ita se hr̃e nõ cium est, cum ipse motus sit quidã incessus procedens ab ipsa potẽtia ad actum. intelligo ipsum, ſ. esse quendã transitum ipsius mobilis, eiusq; extrũ de potentia ad actũ. Manifestum igit est ipsum Motum esse actum (seu perfectionẽ) rei, q̃ est in potentia, ea rõne, qua est i potentia. Addidimus autẽ hęc verba, ſ. ea rõne, qua est in potentia. qm̃ hoc est propria eius dria, quę eius esse custodit. (Qm̃ ipse actus (seu perfectuo) vel est actus quiescẽs, in quo ſ. nihil potentiæ relictum est, quatenus est talis actus: & hoc quidẽ est finis ipsius motus, vel est actus imperfectus, qui nondum est perfectus, qui quidem seruat id, quod est in potentia. hoc aũt est illud, quod correspondet ipsi motui, eiq; conuenit. exempli causa figuræ, quæ quide habet tria tempora: Aliud aũ, subquo est figura in potentia. Aliud vero, sub quo est figura ita tu: Aliud adhuc, sub quo efficitur figura: nempe cum mouetur de potentia ad actum. & propterea eius motus est actus rei, q̃ est in potentia figura, ad id, quod est in actu figura. Manifestumq; est hanc potentiã custodire id, quod est in potentia, in ipsis contrarijs, quæ hñt medium. n.a in contrarijs, in quibus non datur medium, non reperitur huiusmodi actus. hinc fit, q̃ nõ reperitur motus, nisi in cõtrarijs hñtibus medium, vt in Quinto libro huius operis exacte probabit̃. Hinc autẽ apparere põt q̃ continuum (seu cõtinuatio) est de natura motus. qm̃, cum ipsum mobile quieſcit, destruit eius motus, neq; vlla potẽtia in eo relicta est, quatenus iam quiescit. verum, si i eo fuerit aliqua potentia, id qdẽ erit ea ratione, qua * põt mouerι alio motu: & ideo corrupta potentia corrumpitur & motus. si ergo motus debet repetiri, oportet iubnecre q̃ reperiatur potentia contũcta actui eius: & ob id ipsa potentia est eius, ppria differentia. Constat autem hanc definitionem, cunctis generibus motus inhærere. nam motus in substãtia est actus rei, quę in potentia substantia, quatenus est i potentia. Identidem de motu in qualitate, & in quolibet quatuor prædicamẽtorum. Hæc inq̃t est definitio motus, tumpta ex rebus proprijs, (seu proportionalibus.)

* a.l.foret.

Caput Tertium.

7 Dicit adhuc Arist. q̃ motus est actus ipsius mobilis, quatenus est mobile. hæc aũt definitio patet iductiue a similibus, & particularibus. nam Ædificatio est actus ædificabilis, quatenus est ædificabile: & Reuolutio est actus reuolubilis, quatenus est reuolubile: itidem et Caletactio est actus caletactibilis, in quãtum est caletactibile. Ædificatio. n. non est cũ perfectione domus, neq; dum domus est in potẽtia: immo ipsa ędificatio est via à priuatione domus ad esse ipsius domus in actu, & perfectè. ex hac ergo inductione p̃batur motum esse actum mobilis, in quantum est mobile. Sumitur autẽ ipsum mobile in definitione motus, propter id, quod iam p̃diximus: nempe, quia ineſt motui vt sit ad aliquid, sed accipimus ipsum mobile ĩ definitione motus, quia est notius motu. Hæc autem dria, quæ in hac definitione sumit̃, licet non sit illa dria sumpta ĩ prima definitione, cum hæc sit dria sumpta ratione subiecti, tñ adhuc ipsa magis præstat q̃ illa, quæ in 19 prima definitione fuit sumpta: cũ non habeat eã æquiuocationem, quam habet nomen potentię. quontã potentia reperitur in decem prædicamentis: sed illa potentia, quæ in definitione motus accipitur, est illa, quæ in quatuor prædicamentis reperitur.

Caput Quartum.

CVm autem potentia, & actus insint vni, et eidẽ 8 rei, siue duabus diuersis rationibus, & in relatione ad duas res: vt aqua calida, q̃ est actu calida, & frigida potentia: siue respectu eiusdẽ rei, sed duobus varijs temporibus: ideo necesse est, vt qcquid est huius gñis, videlicet quicqd habet in se actum, & potentiam, & est ſ. ipsum compositum ex materia, & forma, vt mouens moueat à mobili, ita vt sit vnũquodq; eoꝝ mouens, & mobile: qm̃ eorum alterum mouet alterum, quatenus est in actu, & mouet ab eo, quatenus est in potentia. Vtrum autem oẽ mobile ita se habeat post hoc iuestigabitur: cum probatum sit dari mouẽs, in quo nulla sit potẽtia: & tale mouẽs non põt esse mobile. Mouet aũt aliquid ratione suæ formæ: sed mouet 9 ratione suæ materiæ. sed, quia id, quod est in potentia, non mouetur, quatenus est in potentia, cũ sit hac ratione priuatio, & ideo materia nunq̃ mouet, ideo est necesse vt mobile sit aliquid i actu. verum non mouetur, in quantum est in actu, qm̃ hac ratione quiesceт, sed mouetur, quatenus est in potẽtia. Si ergo aliqua res fuerit aliquid i actu, & aliqd aliud in potẽtia, tunc eius actio, quatenus est in potentia, erit ipse motus, vt gratia exẽpliæs est in potentia statua, sed in actu æs: sed non mouetur, quatenus est in actu æs, sed mouet, quatenus est in potentia statua. Hoc aũt ita se habet, qa hęc duo esse sunt diuersa, videlicet potentia, & actus. nam, si essent idem, non posset imaginari aliquid tale, q̃ moueatur. Quod aũt hæc duo sint diuersa, & q̃ sint vnum subiecto, & duo ratione, ratio est, quia nos inuenimus vnũ, & idem corpus esse diuersum per potentias cõtrarias, quas habet, sicut homo põt sanari, & ægrotare. Quòd si hõ, & positas, quam obtinet, esset idem, tunc vtræq; potentiæ contrariæ essent idem. quod est impossẽ. Igit̃ mobile est in actu vna res, & in potẽtia alia res, & eius actio, quã habet, inquantũ est in potentia, est ipse motus. & sic debet intelligi potẽtia, & actus i ipso mobili.

Caput Quintum.

EX reprobatione eoꝝ, quæ Antiqui dicebant de 12 definitione motus, probatum est definitiõe motus esse, vt diximus. Nam eorum quidã dicebãt motũ esse alietatẽ (seu nõ ens, seu nihil, seu aliud) & exitum ab æqualitate, alij dicebant ipsum non esse. Et, si motus esset alietas, vt dicunt, sequeretur q̃ quicquid esset aliud, moueretur. oia autem entia sunt alia ad seinuicem, non tñ omnia mouent̃. Et, si dicant q̃ p̃ aliud intelligant alterationem, (seu transmutationẽ) tunc dicemus eis, q̃ permutarunt tantũ nomen synonymũ, vt ensis est gladius. Antiqui autem ideo motum de- 13 nominabant his denominationibus, quia putabant ipsum non habere definitionem, cum non habeat aliquã partem particularem, seu determinatã, vel indiuiduã in actu, nec in substantia, neq; in quantitate, neque in qualitate, neq; in vbi, vel in reliquis prędicamẽtis. en- 14 tia autẽ indiuidua in actu quiescunt quidẽ. putabãt igitur q̃, cũ non sit ens in actu, erit priuatio: quia non datur mediũ apud eos inter ens in actu, & priuationẽ. Si ergo est priuatio, non habet definitionem: & ideo dicebant q̃ est alietas, et quid nõ existens, & non ens. erat autẽ apud eos difficile dare ei definitionem, cũ nõ possint eum ponere in ipso actu, neq; in priuatiõe, quia videbant ipsum esse aliquid, et q̃ differat à priuatione. et ideo dicẽdũ est q̃, licet sit manifestum ex se ipsum esse actũ impfectũ, nihilominus est difficilis apprehensionis, & cõceptiõis: & tõ erat res difficilis apud Antiqs.

Caput Sextum.

18 CVm autẽ dictum sit à nobis, motum esse actũ ipsius mobilis: ex hoc aũt videatur sequi dubiũ quoddã, videlicet si ponamus motum esse in ipso mobili, & non in motore: quod quidẽ dubium dignũ est consideratione. Dubiũ igitur tale est. Si mouẽs est aliud à mobili, & eorũ actio simul est motus, vtrũ 20 eorum actio sit vna, vel duæ. Qm̃, si actio mouẽtis est eadẽmet actio ipsius mobilis, tũc sequeretur q̃ agens, et passum essent idem, & docens, & discens. qd̃ est ab- 19 surdum. At, si eorũ actiones sint diuersę, vt re uera videntur esse, cũ altera motio, altera vero mobilitas nuncupetur, vtrũ igitur ipsa motio existat in agẽte, & mobilitas in patiente, vel vtraq; simul reperiantur siue in agente, siue in patiente, nã non est danda quarta diuisio super has tres diuisiones: qm̃ dicere q̃ motio sit in patiente, & mobilitas in agente esset absurdum. sed, si 30 dicamus mobilitatem esse in passo, & motionẽ in agẽte, ea ratione, qua sunt duæ res, idest duo motus, tunc alterum duorum sequetur, videlicet vel q̃ omne mo- * a.l.mouet uẽs * est mobile, uel q̃ motus reperietur in re imobili, &, vt semel dicam, sequeretur ex hoc vt res moueret seipsam. Quòd, si & motio, & mobilitas essent simul vtraq; in agente, aut in patiente, tunc sequeretur hoc incõueniens, scilicet, q̃ actio propria alicuius rei non esset in ea re: & erit actio ipsius mobilis in ipso mouente, & actio mouentis in ipso mobili: & sic mobile erit mo- 40 uens, & mouens erit mobile respectu eiusdẽ. quod est absurdum. Ad hęc sequeretur, vt in eadẽmet re reperirentur duo motus varij simul. Quid igitur obsecro erunt ij duo motus? Tandẽ, si ponamus vtrunq; motum simul esse in mouente, tũc sequeretur, q̃ * mobile * a.l.mouẽs nõ moueret non moueretur. &, si ponantur in ipso mobili, tunc se- * a.l.mobile non mouetur. quetur q̃ * mouens non mouebit. Hæ igitur sunt difficultates, & ambiguitates, quę insurgunt, si ponamus has duas actiones esse simpliciter vnam, aut duas simpliciter, & absolute.

